ALTER TOMVS OPERVM D. CAECILII CYPRIANI.

*

Quorum catalogum uersa pagella reperies.



APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1550.

CONTENTA IN HOC VOLVMINE.

Aduersus Iudæos, libri III.
De hæreticis baptizandis.
Contra epistolam Stephani.
Sententiæ episcoporum de hæreticis baptizandis.
De duplici martyrio ad Fortunatum.
Quæ falsò Cypriano uidentur adscripta.
De montibus Sina & Sion aduersus Iudæos.
De reuelatione capitis beati Ioannis.
In symbolum Apostolorum.
De singularitate clericorum.
De cardinalibus operibus Christi & cæt.
De laude martyrij.
De disciplina & bono pudicitiæ.
Ad Nouatianum hæreticum epistola.
Orationes duæ.
Sermo Augustini de beato Cypriano.

D. CYPRIANI

ADVERSVS IVDAEOS LIber primus ad Quirinum, cuius argumentum subscripta epistola continet.

CYPR. QVIRINO FILIO SAL.

OBTEMPERANDVM fili charissime desiderio tuo spirituali, impensissima petitione diuina magisteria poscenti, quibus nos Dominus per scripturas sanctas erudire dignatus est & instruere, ut à tenebris erroris abducti, & luce eius puræ & candida luminati, uiam uitæ per sacramenta salutaria teneamus. Et quidem sicut petisti, ita à nobis sermo compositus, & libellus compendiosa breuitate digestus est, ut quæ scribantur non copia latiore diffunderem, sed quantum memoriæ exigis necessaria quæq; colligerem, quibus nõ tam tractasse, quàm tractantibus materiam præbuisse uideamur. Sed & legentibus breuitas huiusmodi plurimum prodest, dum non intellectum legentis & sensum liber longior spargit, sed subtiliore compendio, id quod legitur, tenax memoria custodit. Complexus sum ucrò libellos duos pari æqualite * moderatos: Vnum quo ostendere nixi sumus Iudæos secundum quæ fuerant ante prædicta, à Deo receßisse, & indulgẽtiam Domini, quæ sibi & pridem data, & in posterum promissa fuerat, perdidisse: succeßisse uerò in eorum locum Christianos fide Dominum promerentes, & de omnibus gentibus

* al's, moderatus:

ac de toto orbe uenientes. Item libellus alius continet Christi sacramentum, quòd idem uenerit qui secundum scripturas annũtiatus est, & gesserit ac perfecerit uniuersa, quibus intelligi & cognosci posse prædictus est: quæ legenti tibi interim prosunt ad prima fidei liniamenta formanda. Plus roboris tibi dabitur, & magis ac magis intellectus coruus operabitur scrutanti scripturas ueteres ac nouas plenius & uniuersa librorum spiritualium uolumina perlegenti. Nunc nos nunc de diuinis fontibus impleuimus modicum, quod tibi interim mitteremus. Bibere uberius & saturari copiosius poteris, si tu quoq; ad eosdem diuinæ plenitudinis fontes mecum pariter poturus accesseris. Opto te fili charissime semper bene ualere.

CAPVT PRIMVM.

Libellus primus, Iudæos in offensam Dei grauiter deliquisse, quòd Dominum dereliquerint, & idola sequuti sint.

2 Item quòd prophetis non crediderint, & eos interfecerint.

3 Antè prædictum quòd Dominum neq; cogniturí, neq; intellecturi, neq; recepturi essent.

4 Quòd scripturas sacras intellecturi Iudæi non essent. intelligi autem haberent in nouissimis temporibus posteaquàm Christus uenisset.

5 Nihil posse Iudæos intelligere de scripturis, nisi prius crediderint in Christum.

6 Quòd Hierusalem perdituri essent, & terrã quam occeperunt relicturi.

7 Item quòd essent amissuri lumen Domini.

8 Quòd circuncisio prima carnalis euacuata sit, & secunda spiritualis repromissa sit. Quòd

9 Quòd lex prior quæ per Moysen data est, cessatura esset.

10 Quòd lex noua dari deberet.

11 Quòd dispositio alia & testamentũ nouũ dari haberet.

12 Quòd baptisma uetus cessaret, & nouum inciperet.

13 Quòd iugũ uetus euacuaretur, & iugũ nouũ oriretur.

14 Quòd pastores ueteres cessaturi essent, & noui incipe-
rent.

15 Quòd domus & templum Dei Christus futurus esset, & cessasset templum uetus, nouumq; cœpisset.

16 Quòd sacerdotium uetus cessaret, & nouus sacerdos ueniret, qui in æternum futurus esset.

17 Quòd propheta alius sicut Moyses promissus sit, scilicet, qui testamentum nouum daret, & qui magis audiri deberet.

18 Quòd duo populi prædicti sint maior & minor, id est, uetus Iudæorum, & nouus qui esset ex nobis.

19 Quòd ecclesia, quæ prius sterilis fuerat, plures filios habitura esset ex gẽtibus quàm quot synagoga antè habuisset.

20 Quòd gentes magis in Christum credituræ essent.

21 Quòd panem & calicem Domini & omnem gratiam eius amissuri essent Iudæi, nos uerò accepturi, & quòd Christianorum nouum nomen benediceretur in terris.

22 Quòd ad regnum cœlorum magis gentes quàm Iudæi perueniant.

23 Quòd solo hoc Iudæi accipere ueniam possint delictorum suorum, si sanguinem Christi occisi baptismo eius abluerint, & in ecclesiam transeuntes præceptis eius obtemperauerint.

LIBRI PRIMI

CAPVT I.

IVDAEOS in offensam Dei grauiter deliquisse quòd Dominum reliquerint, & idola sequuti sint, in Exodo populus ad Aaron: Exurge & fac nobis Deos qui nos præcedant, quia Moyses uir hic, qui nos eiecit de Aegypto, quid ei acciderit, non scimus. Item Moyses ad Dominum: Precor te Domine, deliquit populus hic delictum grãde: fecerunt sibi Deos aureos & argẽteos, & si dimittis eis, dimitte: sin autem, dele me de libro quem scripsisti. Et dixit Dominus ad Moysen: Si quis deliquerit ante me, delebo illum de libro meo. Item in Deuteronomio: Sacrificauerunt dæmonijs & non Deo. Item in libro Iudicum: Et fecerunt filij Israël malignum contra Dominum Deum patrum suorum, qui eiecit eos de terra Aegypti, & sequuti sunt Deos gentium, qui circa illos sunt, & offenderunt Deum, & seruierunt Baal. Item illic: Et adiecerunt filij Israël iterum facere malignum contra Dominum. Et seruierunt Baal & dijs alienigenarum, & reliquerunt Dominum, & non seruierunt illi. Derelictus est Iuda, & abominatio facta est in Israël & in Hierusalẽ, quoniã profanauit Iudas sancta Domini, in quibus dilexit & affectauit Deos alienos. Exterminabit Dominus hominẽ qui facit hæc, & humilis efficietur in tabernaculis Iacob apud Malachiel. II.

Exod.32.

Deut.32.

Iud.2.

Quòd prophetis non crediderint & eos interfecerint, apud Hieremiam Dominus dicit: Misi ad uos seruos meos prophetas, ante lucem mittebam, & nõ audiebatis me, neq; intẽdebatis auribus uestris, dicens: Conuertatur unusquisq; à uia

Hier.7.

à uia sua mala, & à nequißimis affectionibus uestris à seculo & usq; in secula. Nolite ambulare post Deos alienos ut seruiatis eis, & ne adoraueritis, ne incitetis me in operibus manuũ uestrarũ ad dispergendos uos, & non audistis me. Item in Regum libro tertio Helias ad Deũ: Aemulando æmulatus sum Dominum Deum omnipotentem, quia dereliquerunt te, altaria tua demolierunt, & prophetas tuos interfecerunt gladio, & remansi ego solitarius, & quærunt auferre animam meam. Item in Esdra: Desciuerunt à te & abiecerunt legem tuam post dorsum suum, & prophetas tuos interfecerunt, qui obtestabantur eos, ut reuerterentur ad te.

3.Reg.19.

III.

Quòd dominum neq; cognituri, neq; intellecturi, neq; recepturi essent, apud Esaiam: Audi cœlum, & præbe aurem terra, quoniam Dominus loquutus est: Filios generaui & exaltaui, ipsi autem me spreuerunt. Agnouit bos possessorem suum & asinus præsepe Domini sui, Israël autem non cognouit, & populus me non intellexit. Væh genti peccatrici, populo pleno peccatis, * semini nequam, filij scelesti reliquistis Dominum, & in indignationem misistis illum sanctum Israël. Item apud eundem Dominus dicit: Vade & dic populo isti: Aure audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non uidebitis. Incrassaui enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos concluserunt, ne fortè uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & reuertantur, & curem illos. Item apud Hieremiam Dominus dicit: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & effoderunt sibi lacus detritos qui non poterunt aquã portare. Item apud eundem: Ecce sermo Domini factus est eis in maledictum, non uolunt illum. Item apud eundem Dominus dicit: Cognouit tempus suum turtur & hirundo, ruris

Esa.1.

*al's, semen

Hier.2.

Ibid.20. & 8.

passeres custodierunt tempora introitus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Quomodo dicetis, Sapientes sumus, & lex Domini nobiscum est? Incassum stylus verax effectus est mœchatura falsa, scribæ confusi sunt, sapientes tremefacti sunt, & capti sunt, quia uerbum Dei reprobauerunt, & sapientia nulla est in eis. Item apud Salomonem: Quærunt me mali & nō inuenient me, quia odio enim habuerunt sapientiam, sermonem autem Domini non receperunt. Item in psalmo: Redde eis retributionem eorum, quoniam non intellexerunt in operibus Domini, & in operibus manuum eius destruet eos. Item in Psalmo: Non cognouerunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulabunt, commouebuntur omnia fundamenta terræ. Item in Euangelio secundum Ioannem: In sua propria uenit, & sui eum nō receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatē ut filij Dei fierent, qui credunt in nomine eius.

Psal.27. & 13. Ioan.1.

III.

Quòd scripturas sacras Iudæi intellecturi non essent, antequàm Christus uenisset: apud Esaiam: Et erunt uobis hæc omnes sermones sicut sermones libri, qui signatus est, quem si dederis homini scienti literas ad legendum, dicet: Non possum legere, signatus est enim. Sed in illa die audient surdi uerba, & omnes libri, & qui in tenebris, & qui in nebula sunt, oculi cæcorum uidebunt. Item apud Hieremiam: In nouissimis diebus cognoscetis ea. Item apud Danielem: Multi pertransibunt, & plenior erit scientia. Item: Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum adusq; tempus consummationis, quo addiscant multi, & impleatur agnitio, quoniam cum fuerit dispersio, cognoscent omnia hæc. Paulus ad Corinthios in epistola prima. Nolo enim uos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt. Item in epistola ad Corinthios secunda: Obtusi sunt sensus eorum usq; ad hunc diem. In hoc eodem uelamento in lectione ueteris testamenti manente, quod non reuelatur, qui in Christo euacuatur, & usq; hodiernum, si quando legitur Moyses, uelamentum est super cor eorum. Mox autem ut conuersus est ad Dominum, auferetur uelamentum. In Euangelio Dominus post resurrectionem: Isti sunt sermones, quos loquutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quia oportet impleri omnia scripta in lege Moysi & prophetis, & psalmis de me. Tunc adaperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit illis: Quia scriptum est Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitentiam & remissam peccatorum usque in omnes gentes.

Esa.29. Hier.23. Dan.12. Luc.24.

V.

Nihil posse Iudæos intelligere de scripturis, nisi credidérint in Christum, apud Esaiam: Et si non credideritis, neq; intelligetis. Vnde Dominus in Euangelio: Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis uestris. Iustum autem stare iustitiam, & illic esse uitam, prædictum est apud Abacuc: Iustus autem ex fide mea uiuet: tamen Abraham pater gentium credidit. In Genesi: Credidit Abraham Deo, & deputatum est ei ad iustitiam. Item Paulus ad Galatas: Abraham credidit Deo, & deputandum est ei ad iustitiam. Cognoscitis ergo, quia qui ex fide sunt filij Abrahæ. Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes Deus, prænuntiat Abrahæ quia benedicentur in illo omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicti sunt cum fideli Abraham.

Esa.7. Ioan.8. Abac.2. Gen.15. Galat.3.

VI.

Quòd Hierusalem perdituri essent, & terram quam accepérant relicturi apud Esaiam: Terra uestra deserta, ciuitates uestræ igni exustæ, regionem uestram in conspectu uestro alieni comedent eam, & deserta & subuersa à populis alienis derelinquetur filia Sion, sicut casa in uinea, & sicut custodiarium in cucumerario, quasi ciuitas quæ expugnatur.

Esa.1.

tur. Et nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, qua-
si Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similaremus. Item in
Matth.23. Euãgelio Dominus dicit: Hierusalem Hierusalẽ quæ occidis
prophetas, & lapidas missos ad te, quoties uolui colligere
filios tuos, sicut gallina pullos sub alas, & noluisti? Ecce re-
linquetur uobis domus uestra deserta.

VI.

Esa.2. Quòd essent amissuri lumen Domini: apud Esaiam: Ve-
te ambulemus in lumine Domini, dimisit enim populũ suum
Ioan.1. domum Israël. Item in Euangelio: Fuit lumen uerum, quod
illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In
hoc mundo fuit, & mũdus per ipsum factus est, & mundus
Ioan.3. eum non cognouit. Item illic: Qui non credidit, iam iudi-
catus est, quia non crediderit in nomine unici filij Dei. Hoc
autem est iudicium, quoniam lux uenit in seculum, & magis
dilexerunt tenebras, quàm lumen.

VII.

Quòd circuncisio prima carnalis euacuata sit, & secun-
da spiritualis repromissa sit: apud Hieremiam: Hæc dicit
Dominus uiris Iuda, & qui habitant Hierusalem: Renouate
te inter uos nouitatem, & ne seminaueritis in spinis, circun-
cidite Deo uestro uos, & circuncidite præputium cordis ue-
stri, ne exeat sicut ignis ira mea, & exurat, & non sit qui
Deut.30. extinguat. Item Moyses dicit: In nouissimis diebus cir-
cuncidet Deus cor tuum, & cor seminis tui, ad Dominũ
num Deum amandum. Item apud Iesum Naue. Et di-
xit Dominus ad Iesum: Fac tibi cultellos petrinos mu-
mis acutos, & abcide & circuncide secundò filios Israël.
Coloss.2. Item Paulus ad Colossenses. Circuncisi estis circuncisione
non manufacta in expoliationem carnis, sed in circuncisione
Christi. Item quòd Adam primus à Deo factus in circuncisione
& Abel iustus, & Enoch qui deo placuit & translatus est
Et Noë qui terris omnibus ob delicta percuntibus solus

quo humanum genus seruaretur electus est: ut Melchisedech
sacerdos, secũdum cuius ordinem Christus repromissus est,
hinc quòd illud signaculum seminis non profecit. Signo au-
tem Domini omnes signantur.

IX.

Quòd lex prior quæ per Moysen data est, cessatura
esset apud Esaiam: Tunc manifesti erunt qui signant legem,
ne discedant. Et dices: Expecto Deum qui auertit faciem
suam à domo Iacob, & fidens ero in illum. Item in Euange-
lio: Omnes prophetæ & lex usque ad Ioannem prophetaue-
runt. Matth.11.

X.

Quòd lex noua dari haberet: apud Michæam: Quoniam
lex de Sion proficiscetur, & sermo Domini ab Hierusalem. Mich.4.
Et iudicabit inter plurimos populos, & reuincet, & deteget
nabilitas nationes. Item apud Esaiam: De Sion enim procedet Esa.2.
lex, & uerbum Domini de Hierusalẽ, et iudicabit inter gen
tes. Item in Euangelio secundum Matthæum: Ecce uox de Matth.3.
nube dicens: Hic est filius meus dilectus in quo bene sensi,
ipsum audite.

XI.

Quòd dispositio alia & testamentum nouum haberet da
ri: apud Hieremiam: Ecce dies ueniunt dicit Dominus, & Hiere.23.
consummabo in domum Israël, in domum Iuda testamentum
nouum. Non secundum testamentum quod disposui patri-
bus eorum in diem qua apprehendi manus eorum, ut educe-
rem eos de terra Aegypti, quia non permanserunt in testa-
mento meo, & ego neglexi eos dicit Dominus. Quia hoc te
stamentum quod disponam domui Israël post dies illos di-
cit Dominus: Dans leges meas, in sensum illorum scribam
illas, & ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in plebem, &
non docebunt unusquisque fratrem suum, dicentes, Dignosce
Dominum: quia omnes scient me à minimo usq; ad maximũ
eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccato-

rum

rum eorum non ero memor amplius.

Quòd baptisma uetus cessaret, et nouum inciperet: apud
Esa.43. Esaiam: Nolite priora meminisse, & antiqua nolite repu-
re. Ecce facio noua quæ nunc orientur, & cognoscetis, & p-
ciam in deserto uiam, & flumina in loco inaquoso adaqua-
re genus humanum, electam plebem meam quam acquisi-
ut uirtutes meas exponeret. Item apud eundem: Si sitierint
per deserta adductis illis findetur petra, & fluet aqua & b-
bet plebs mea. Item in Euangelio secundum Matthæum
Matth.3. Ioannes dicit: Ego uos quidem baptizo in aqua & in poe-
tentia: qui uenit post me fortior me est, cuius non sum ido-
neus calciamenta portare. Ipse uos baptizabit spiritu sancto
Ioan.3. & igne. Item secundum Ioannem: Nisi quis natus fuerit ex
aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.
Quod enim natum est de carne, caro est: & quod natum est
ex spiritu, spiritus est. XII.

Quòd iugum uetus euacuaretur, & iugum nouum dare-
Psal.2. tur: in Psalmo: Ad quid tumultuatæ sunt gentes, & popu-
meditati sunt inania? Astiterãt reges terræ & principes co-
lecti sunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum
eius. Disrumpamus uincula eorum, & abijciamus à nobis iu-
Matth.11. gum eorum. Item secũdum Matthæũ Dominus dicit: Ve-
te ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos re-
quiescere faciã. Tollite iugum meum super uos, & discite à
me quia mitis sum & humilis corde, et inuenietis requiẽ a-
nimabus uestris. Iugum enim meum bonũ est, et sarcina mea
Hier.30. leuis. Apud Hieremiam: In illa die contribulabo iugũ à ce-
uice illorum, & uincula illorum disrumpam, & non opera-
buntur alijs, sed operabũtur Domino Deo, & Dauid regi
suscitabo ipsis. XIII.

Quòd pastores ueteres cessaturi essent et noui inciperent:
apud

apud Ezechielem: Propterea hoc dicit Dominus: Ecce ego
super pastores: & inquiram oues meas de manibus eorũ, &
auertam eos, ut non pascant oues meas, & iam non pascent
eas, & extraham oues meas de ore eorũ, & pascam eas cũ
iudicio. Apud Hieremiam Dominus dicit: Et dabo uobis pa-
stores secundum cor meum, & pascent uos pascentes cũ di- Hier.3.
sciplina. Item apud Hieremiam: Audite uerbũ Domini gen- & 31.
tes, & nuntiate in insulis quæ longe sunt, dicite: Qui disper-
git Israël congregabit illum, & custodiet sicut pastor gre-
gem suum. Quia eruit Dominus Iacob, et eruit de manu for-
tioris illius.

Quòd domus & templum Dei Christus futurus esset, &
cessasset templum uetus nouumq; cœpisset: Regum secundo:
Et fuit uerbũ Domini ad Nathan dicens: Vade & dic seruo
meo Dauid: Hæc dicit Dominus: Tu non ædificabis mihi do-
mum ad habitandũ, sed erit cum impleti fuerint dies tui, &
dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuũ post te, qui
erit de utero tuo, & parabo regnum eius, hic ædificabit do-
mum nomini meo, & erigam thronum eius in secula, et ego
ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, & fidem
consequetur domus eius, & regnum eius usque in secu-
la in conspectu meo. Item in Euangelio Dominus di- Mar.13.
cit: Non relinquetur in templo lapis super lapidem qui
non dissoluatur, & post triduum aliud excitabitur sine
manibus. XVI.

Quòd sacrificium uetus euacuaretur, & nouum celebra-
retur: apud Esaiam: Quid mihi multitudinem sacrificiorum Esa.1.
uestrorum? dicit Dominus, Plenus sum: Holocausta & pin-
guamina agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum
nolo. Quis enim exquisiuit ista de manibus uestris? Item in
Psalmo quadragesimo nono: Non edam carnes tauro-
rum

rum, aut sanguinem hircorum bibam. Sacrifica Deo sacrificium laudis, & redde altißimo uota tua. Invoca me in die pressuræ, & eruam te & clarificabis me. Item in Psalmo eodem: Sacrificium laudis clarificabit me, & illic uia est, in qua ostendam illi salutare Dei. Item in Psalmo quarto: Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate Deum. Itẽ apud Malachiã: Non est uoluntas mihi cum eis, dicit Dominus, & sacrificium acceptum non habebo ex manibus uestris. Quoniam à solis ortu & usq; in occasum magnificatum est nomen meum apud gentes, & in omni loco incensi offerent nomini meo, & sacrificium mundum, quoniam magnum est nomen meum apud gentes, dicit Dominus. XVII.

Malach.1.

Quòd sacerdotium uetus cessaret, & nouus sacerdos æternus succederet, qui in æternum futurus esset: in Psalmo: Ante luciferum genui te. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Item in Regum primo Deus ad Heli sacerdotem: Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui omnia quæ sunt in corde meo faciet, & ædificabo ei domum fidelem, & transibit in conspectu Christorum meorum omnibus diebus, & erit qui remanserit in domo tua, ueniet adorare in obolo pecuniæ & pane uno. XVIII.

Psal.109.

1.Reg.2.

Quòd propheta alius sicut Moyses promissus fuisset, qui testamẽtum nouum daret, & qui magis audiri deberet. Item in Deutorõomio Deus ad Moysen: Et dixit Dominus mihi: Prophetam excitabo eis de fratribus eorum sicut & te, & dabo uerbum meum in ore eius, & loquetur ad eos ea quæ præcepero. Et quisquis non audierit quæ loquetur prophetа ille in nomine meo, ego uindicabo. De quo & Christus in Euangelio secundum Ioannem: Scrutamini

Deut.18.

Ioan.5.

scripturas, in quibus putatis uos uitam æternam habere, hæ sunt quæ testimonium perhibent de me, & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Nolite putare quia ego uos accuso apud patrem, est qui uos accuset Moyses, in quem speratis. Si enim credidissetis Moysi, crederetis & mihi, de me enim ipse scripsit. Si autem illius scripturis non creditis, quomodo uerbis meis credetis? XIX.

Quòd duo populi prædicti sint maior & minor, id est, ue tus Iudæorum, & nouus qui est ex nobis futurus, in Genesi: Et dixit Dominus Rebeccæ: Duæ gẽtes in utero tuo sunt, et duo populi de utero tuo diuidentur, et populus populum superabit, et maior seruiet minori. Item apud Oseę: Vocabo nõ populum meum, populum meum, & non dilectum, dilectũ: erit enim quo loco dicetur non populus meus, illo loco uocabuntur filij Dei uiui. XX.

Gen.25.

Osee 2.

Quòd ecclesia quæ prius sterilis fuerat, plures filios habitura esset ex gentibus, quàm quot synagoga antea habuisset: apud Esaiam: Iocundare sterilis, quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum. Dixit enim Dominus: Dilata locum tabernaculi tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. Noli parcere, longas fac mensuras tuas, & palos tuos confirma. Adhuc in dexteram tuam & in sinistram extende, & semen tuum possidebit gentes, & ciuitates desertas inhabitabit. Noli timere quia reuinces. Neque reuereris, quia maledicta es, quoniam confusionem æternam obliuiscēris. Sic & Abrahæ, cum de ancilla natus esset prior filius, Sara sterilis diu mansit, & serò in senecta de pollicitatione peperit filium Isaac, qui fuit typus Christi. Sic & Iacob accepit uxores duas, maiorem Liam oculis infirmioribus in typum synagogæ, minorem speciosam

Esa.54.

ſam Rachel in typum eccleſiæ, quæ & ſterilis diu manſit, poſtea peperit Ioſeph, qui & ipſe fuit typus Chriſti. & Regum primo legitur Helcana uxores duas habuiſſe, Fennanam cum filijs, & Annam ſterilem, ex qua naſcitur Samuel, non ſecundum ordinem generandi, ſed ſecundum miſerationem & promißionem cum illa oraſſet in templo, & natus Samuel typus fuit Chriſti. Item in Regum primo: Sterilis ſeptem peperi, & quæ plurimos habebat filios infirmata eſt. Filij autem ſunt eccleſiæ ſeptem. Vnde

Apoc. 1. & Paulus ſeptem dona ſpiritus ſcripſit, & Apocalypſi eccleſias ſeptem ponit, ut ſeruetur ſeptenarius numerus dies ſeptem, quibus Dominus mundum fecit, ut Angelos ptem qui aßiſtunt & conuerſantur ante faciem Dei, ſicut Raphael Angelus dicit in Tobia: & lucerna ſeptiformis in tabernaculo teſtimonij, & oculi Domini, qui mundum ſpeculantur, & lapis cum oculis ſeptem, ut Zacharias dicit, & ſpiritus ſeptem & candelabra in Apocalypſi ſeptem, & columnæ ſeptẽ ſuper quas ædificauit domum ſapiẽtia Salomonem.

XXX

Quòd gentes in Chriſtum magis creditura eſſent quàm

Gen. 12. neſi: Et dixit Dominus ad Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & uade in terram, quam tibi oſtendero, & faciam te in gentem magnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus, & benedicam qui te benedixerit, & maledicam te maledixerit, & benedicentur in te omnes tribus terræ.

Gen. 27. de hoc ipſo in Geneſi: Et benedixit Iſaac Iacob: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus. Et det tibi Deus de rore cœli, & à fertilitate terræ multitudinem frumẽti, uini & olei, & ſeruient tibi gẽtes, & adorabunt te principes, & eris Dominus fratris tui, & ma-

ledixerit tibi, ſit maledictus, & qui benedixerit tibi, ſit benedictus. De hoc ipſo in Geneſi: Vt uidit autem Ioſeph Gen. 48. quòniam poſuit pater ſuus manum dexteram ſuper caput Effraim, graue illi uiſum, & apprehendit Ioſeph manum patris ſui auferre à capite Effraim ad caput Manaſſe. Dixit autem Ioſeph ad patrem ſuum: Non ſic pater, hic eſt primiuus meus, ſuperpone dexteram tuam ſuper caput eius. Ipſe autem noluit, & dixit: Scio fili ſcio, & hic erit in populum, & hic exalzabitur, ſed frater eius iunior maior illo erit in multitudinem gentium. Item in Geneſi: Iuda te laudabunt Gen. 49. fratres tui, manus tuæ ſuper dorſum inimicorum tuorum. adorabunt te filij patris tui, catulus leonis Iuda de frutice fili mi aſcendiſti, recubans obdormiſti uelut leo, & uelut catulus leonis. Quis excitabit illum? Non deficiet princeps de Iuda, & dux de femoribus eius, quoadusq; ueniant depoſiti illi, & ipſe erit ſpes gẽtium. Deligans ad uitem pullum ſuum, & ad ilicem pullum aſinæ ſuæ. Lauabit in uino ſtolam ſuam, & in ſanguine uuæ amictum ſuum. *Formidoloſi oculi eius à uino, & candidi dentes eius magis, quàm lac. *Diuerſa lectio. legendum opinor formoſi.

Iuda in numero de populo noſtro ſcriptum eſt: Ecce populus quaſi populus leoninus conſurget. In Deuteronomio: Deut. 28. Omnes gentes in caput, incredulus autẽ populus in caudam. Audite uocem tubæ, & dixerunt: Non audiemus. Propter hoc audient gentes, & qui paſcent pecora in eis. In Pſalmo decimoſeptimo: Conſtitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi, in auditu oris obediuit mihi. De hoc ipſo apud Hieremiam Dominus dicit: Prius quàm Hier. 1. te formarem in utero noui te, & prius quàm exires de uulua ſanctificaui te, & prophetam in gentibus poſui te. Item apud Eſaiam: Ecce poſui illum teſtem nationibus, Manſcipem & imperatorem gentibus. Item apud eun-

dem: Gentes quæ non nouerunt te, inuocabunt te: & pop-
Ibid.11. qui ignorabant te, ad te confugient. Item apud eundem: E
erit in illa die radix Ieſſe, qui ſurgens imperabit omni
gentibus, & in illum gentes ſperabunt, & erit requies e
Ibid.9. honor. Item apud eundem: Terra Zabulon & Terra N
ptalim uia maris, & qui maritima inhabitatis, & trans I
danem gentium populus ambulans in tenebris, uidete lum
magnum qui habitatis in regione umbræ mortis. Lum
Eſa.66. lucebit ſuper uos. Item apud eundē: Sic dicit Dominus Deu
Chriſto meo Domino, cuius tenui dexteram, ut exaudia
eum gentes. Fortitudinem tuam diſrumpet, & in illum g
tes ſperabunt, & ciuitates cōcludentur. Item apud eund
Venio colligere omnes gentes & linguas, & uenient & u
debunt claritatem meam, & dimittam ſuper eos ſignum
& mittam ex eis conſeruatos in gentes, quæ longe ſunt, q
non audierunt nomen meum, neq; uiderunt gloriam meam
& nuntiabunt claritatem meam inter gentes. Item apu
eundem: Et in omnibus his non ſunt conuerſi, igitur extend
ſignum in gentes, quæ ſunt longe, & attrahet illas à ſumm
terræ. Item: Quibus non eſt nuntiatum de eo, uidebunt, &
Eſa.65. qui non audierunt, intelligent. Item: Manifeſtus ſum his
qui me non quærunt, inuentus ſum ab eis, qui me non inter
rogabant. Dixi, ecce ſum genti, quæ non inuocauit nomen
Act.13. meum. De hoc ipſo in Actis Apoſtolorum Paulus: Vob
primum oportuerat indicari uerbum Dei: ſed quia expu
ſtis illud, nec uos dignos uitæ æternæ iudicaſtis, ecce con
uertimus nos ad gentes, ſic enim dixit per ſcripturas Dom
nus: Ecce lucem poſui te inter gentes, ita ut ſis in ſalutem
uſq; ad fines terræ.

XXII.

Quòd panem & calicem Chriſti, & omnem gratia
eius amiſſuri eſſent Iudæi, nos uerò accepturi, & quòd Ch

ſtianorum nouum nomen benediceretur in terris: apud
Eſaiam ſic dicit Dominus: Ecce qui ſeruiunt mihi, manduca- Eſa.65.
bunt, uos autem eſurietis. Ecce qui ſeruiunt mihi, bibent, uos
autem ſitietis: qui mihi ſeruiunt lætabuntur, uos autem con-
fundemini: & ſeruos meos uocabo nomine alio, quod bene-
dicetur in terra. Item illic: Igitur extollet ſignum in gentes,
quæ ſunt longe, & attrahet illas ab extremo terræ. Et ecce
cito leuiter aducnient, non eſurient neq; ſitient. Item illic:
Ecce iracq; dominator Dominus Sabaoth auferet à Iudæa,
& ab Hieruſalem ualentem & ualidum, ualentiam panis
& ualentiam aquæ. Item in pſalmo triceſimo tertio: Guſta-
te & uidete quoniam Dominus dulcis eſt. Felix eſt uir, qui
ſperat in eum. Timete Deum omnes ſancti eius, quoniam
non eſt inopia eis qui eum metuunt. Diuites egueruntet
eſurierunt: qui autem inquirunt Dominum, non egebunt
omni bono. Item in Euangelio ſecundum Ioannem Domi- Ioan.6.
nus dicit: Ego ſum panis uitæ, qui ueniet ad me, non eſuriet,
& qui in me crediderit, non ſitiet unquàm. Item illic ipſe: Si Ibid.7.
quis ſuit, ueniat & bibat. Qui credit in me, flumina de uen
tre eius fluent aquæ uiuæ. Item illic ipſe: Niſi ederitis car- Ibid.6.
nem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebi-
tis uitam in uobis.

XXIII.

Quòd ad regnum cœlorum magis gentes quàm Iudæi
perueniant, in Euangelio Dominus dicit: Multi uenient ab
Oriente, & occidente, & recumbent cum Abraham &
Iſaac & Iacob in regno cœlorum. Filij autē regni exibunt
in tenebras exteriores. Illic erit ploratio & ſtridor den-
tium.

XXIIII.

Quòd ſolo hoc Iudæi accipere ueniam poſſint delicto-
rum ſuorum, ſi ſanguinē Chriſti occiſi baptiſmo eius ablue-
rint, & in eccleſiam eius tranſeuntes præceptis eius ob-

Esa.1. *temperauerint: apud Esaiam Dominus dicit: Iam non re-*
xabo peccata uestra. Cum extenderitis manus, auertam fa-
ciem meam à uobis, & si multiplicaueritis preces, nõ exau-
diam uos, manus enim uestræ sanguinis plenæ. Lauamini,
mundi estote, auferte nequitias ab inimicis uestris. Discite
spectu oculorum meorum, cessate à nequitijs uestris. Discite
bonum facere, exquirite iudicium, conseruate eum qui iniu-
riam patitur, iudicate pupillo, & iustificate uiduam, &
uenite disputemus. Item Dominus dicit: Et si fuerint pec-
cata uestra ut phœniceum, ut niuem exalbabo: & si fue-
rint quasi coccinum, ut lanam inalbabo. & si nolueritis,
& audieritis me, bona terræ edetis. Si autem nolueritis &
non audieritis me, gladius uos consumet. Os enim Domi-
ni locutum est ista.

LIBRI SECVNDI CAPVT I.

Christum primogenitum esse, & ipsum esse sapientiam
Dei, per quem omnia facta sint.

2 Quòd sapientia Dei Christus, & de sacramento incar-
nationis eius, & passionis, & calicis, & altaris, &
Apostolorum qui nisi prædicauerunt.

3 Quòd idem sit sermo Dei.

4 Quòd Christus idem manus & brachium Dei est.

5 Quòd idem angelus & Deus Christus.

6 Quòd Christus Deus uenturus esset illuminator & sa-
uator generis humani.

7 Quòd cum à principio filius Dei fuisset, generari de-
nuo haberet secundum carnem.

8 Quòd hoc futurũ esset signũ natiuitatis eius, ut de uirgi-
ne nasceretur homo & Deus, hominis & Dei filius.

9 Quòd & homo & Deus & Christus ex utroque ge-
nere concretus ut mediator esse inter nos & pa-
trem posit.

10 Quòd semine Dauid secundum carnem nasci haberet.

11 Quòd in Bethleem.

12 Quòd humilis in primo aduentu suo ueniret.

13 Quòd ipse sit Christus, quem Iudæi occisuri essent.

14 Quòd ipse dictus sit ouis & agnus, qui occidi haberet,
& de sacramento passionis.

15 Quòd idem & lapis dictus sit.

16 Quòd deinde idem lapis mons fieret, & impleret to-
tum orbem.

17 Quòd in nouissimis temporibus idem mons manifesta-
retur, super quem gentes uenirent, & in quem iusti
quique ascenderent.

18 Quòd ipse sit sponsus ecclesiam sponsam habens, de qua
filij spiritualiter nascerentur.

19 Quòd cruci illum fixuri essent Iudæi.

20 Quòd in passione crucis & signo uirtus omnis sit &
potestas.

21 Quòd in hoc signo crucis salus sit omnibus qui in fron
tibus notantur.

22 Quòd in medio die in passione eius tenebræ futuræ essent.

23 Quòd à morte non uinceretur, nec apud inferos re-
mansurus esset.

24 Quòd ab inferis tertia die resurgeret.

25 Quòd cum resurrexisset, acciperet à patre omnem po-
testatem, & potestas eius æterna sit.

26 Quòd peruenire non posit ad Deum patrem, nisi per
filium eius IESVM *Christum.*

27 Quòd ipse iudex uenturus sit.

28 Quòd ipse sit rex in æternum regnaturus.

29 Quòd ipse sit & iudex & rex.

LIBER SECVNDVS ADVERSVS IVDAEOS.

CAPVT PRIMVM.



HRISTVM primogenitum esse, & ipsum esse sapientiam Dei, per quem omnia facta sint, in prouerbijs: Dominus condidit me initium uiarum suarum, in opera sua ante secula fundauit me in principio antequam terram faceret, & antequàm abyssos constituret, produceret fontes aquarum, antequam montes collocarentur, ante omnes colles genuit me Dominus. Eccl. regiones & inhabitabilia, & fines inhabitabiles sub cœlo. Cum pararet cœlum, aderã illi, & cum secerneret suum sedem. Cum super uentos ualidas faceret desuper nubes, & cum confirmatos ponebat fontes sub cœlo, quando sortis suæ cum ciebat fundamenta terræ, eram penes illum disponens, & eram cui adgaudebat. Quotidie autem iocundabar ante faciem eius in omni tempore, cum lætaretur orbe perfecto. Item apud eundem in Ecclesiastico: Ego ex ore altissimi prodij ante omnem creaturam. Ego in cœlis feci, ut oriretur lumen indeficiẽs, & nebula texi omnem terram. Ego in altis habitaui, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli circuiui, & profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra steti. In omni populo & in omni gente primatum tenui, & omniũ excellentium & humilium corda propria uirtute calcaui. Spes omnis in me uitæ & uirtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me. Item in psalmo octogesimooctauo: Et ego primogenitum ponam illum altissimũ apud reges terræ. In æternum seruabo

Prouerb. 8.

Ecclesiast. 24.

illi misericordiam meam & testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in seculum seculi semen eius. Si derelinquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint, uisitabo in uirga eorum facinora, & in flagellis delicta eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Item in Euangelio secundum Ioannem Dominus dicit: Hæc est autẽ uita æterna, ut cognoscant te solum & uerum Deum, & quem misisti IESVM Christum. Ego te clarificaui in terra, opus perfeci quod dedisti mihi ut faciam. Nunc tu clarifica me apud teipsum claritate quam habui apud te, prius quàm mundus fieret. Item Paulus ad Colossenses: Qui est ergo imago Dei inuisibilis & primogenitus omnis creaturæ. Item illic: Primogenitum à mortuis ut fieret in omnibus ille primatum tenens. Item in Apocalypsi: Ego sum alpha & ω mega, initium ac finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ uitæ gratis. Quòd idem sit & sapiẽtia & uirtus Dei, Paulus ad Corinthios: Quoniam Iudæi signa desiderant, & Græci prudentiam quærunt, nos autem prædicamus IESVM crucifixum, Iudæis quidẽ scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem uocatis Iudæis & Græcis Christum Dei uirtutem & Dei sapientiam. II. Quòd sapientia Dei Christus, & de sacramento incarnationis eius, & passionis, & calicis, & altaris, & Apostolorum qui mihi prædicauerunt, apud Salomonem in Prouerbijs: Sapientia ædificauit sibi domum, & subdidit columnas septem. Mactauit suam hostiam, miscuit in cratera uinum suum, & parauit suam mensam, & misit seruos suos cum excelsa prædicatione ad craterem, dicẽs: Qui est insipiens, declinet ad me. Et egentibus sensu dixit: Venite edite de meis panibus, & bibite uinum quod miscui uobis: Derelinquite stultitiam, & quærite prudentiam, & corrigite scientiæ intelli

Prouerb. 9.

Ioan. 17.

Coloss. 1.

Apoc. 21.

1. Cor. 1.

telligentiam.

Quòd Christus idem sit sermo Dei, in psalmo quadrage-
simo quarto: Eructauit cor meum sermonem bonum, dic-
ego opera mea regi. Item in psalmo tricesimosecundo: Ser-
mone Dei cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uir-
tus eorum. Item apud Esaiam: Verbũ consummans & bre-
uians in iustitia, quoniam sermonem breuiatum faciet Deus
in toto orbe terræ. Item in psalmo centesimosexto: Misit ser-
Ioan.1. monem suum, & curauit illos. Item in Euangelio secundum
Ioannẽ: In principio fuit sermo, & sermo erat apud Deum,
& Deus erat sermo. Hic erat in principio apud Deũ, omnia
per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factũ
est. In ipso uita erat, & uita erat lux hominum, & lux lu-
cet in tenebris, & tenebræ illam non comprehenderunt.
Apoc.6. Item in Apocalypsi: Et uidi cœlum apertum, & ecce equus
albus, & qui sedebat super eum, uocabatur fidelis & ue-
rus, æquum iustumq; iudicans, & præliaturus, eratq; co-
opertus ueste conspersa sanguine, & dicitur nomen eius
sermo Dei. IIII.

Esa.50.& 59. Quòd Christus idem manus & brachium Dei sit, apud
Esaiam: Nunquid non ualet manus Dei, ut saluos faciat? aut
generauit aurem ut non exaudiat? Si peccata uestra inter
uos & Deum separant, & propter peccata uestra auertit
faciem suam à uobis ne misereatur, manus enim uestræ in-
quinatæ sunt sanguine, & digiti uestri in peccatis. Labia
autem uestra loquuta sunt facinus, & lingua uestra iniusti-
tiam meditatur. Nemo loquitur uera, neq; est iudicium ue-
rum. Fundunt in uanis & loquuntur inania, qui parturiunt
dolorem, & pariunt facinus. Item apud eundem sic dicit
Dominus: Cœlum mihi thronus, & terra suppedaneum pe-
dum meorum. Quam mihi domum ædificabitis? aut quis
locus

locus ad requiem mihi? omnia enim ista fecit manus
mea. Item: Domine Deus altum est bracchium tuum, Esa.52.
& non sciebant: cum cognouerint autem, confunden-
tur. Item, Reuelauit Dominus brachium suum san- Psal.97.
ctum in conspectu omnium gentium, uidebunt omnes
gentes & ipsa suprema terræ salutem à Deo. V.

Quòd idem angelus & Deus Christus, in Genesi ad A- Gen.22.
braham: Et uocauit eum angelus Domini de cœlo, &
dixit illi: Abraham Abraham. Ille autem dixit: Ecce
ego. Et dixit: Noli imponere manum tuam super
puerum, neque feceris illi quicquam. Nunc enim cogno-
ui quoniam times Deum tuum, & non pepercisti filio
tuo dilectissimo propter me. Item illic ad Iacob: Et
dixit mihi angelus in somnis: Ego sum quem uidisti in Gen.31.
loco Dei, ubi unxisti mihi titulum lapideum, & uoui-
sti mihi uotum. Item in Exodo: Deus autem præibat Exod.15.
eos, die quidem per columnam nubis, ostendens illis
iter, nocte autem in columna ignis. Item illic: Promouit an-
gelus Dei, qui præcedebat exercitum filiorum Israël. Item:
Ecce ego præmitto angelum meum ante faciem tuam ad
custodiendum te in itinere, ut te inducat in terram quam
tibi præparaui. Obserua enim & obaudi eum, ne fueris
inobaudiens, & non deerit tibi, nomen enim meum in
illo est. Vnde ipse in Euangelio dicit: Ego ueni in nomine Ioan.5.
patris mei, & non recepistis me. Cum alius uenerit in no-
mine suo, illum accipietis. Et iterum in psalmo 117. Benedi-
ctus est qui uenit in nomine Domini. Quòd Deus Christus,
in Genesi: Dixit autem ad Iacob: Exurge & ascende in lo-
cum Betheli, & habita illic & fac illic altare Deo, qui tibi Gen.35.
apparuit cum fugeres à facie Esau fratris tui. Item apud
Esaiam: Sic dicit Dominus Sabaoth: Fatigata est Aegy- Esa.45.

ptus, negotiatio Aethiopum & Sabaim uiri alti ad te transgredientur, & tui erunt serui, & postea ambulabunt uincti compedibus, & adorabunt uincti compedibus. Et interpellabunt quoniam in te Deus est, & non est alius Deus praeter te. Tu enim es Deus, & non sciebamus: Deus Israël saluator. Confundentur & reuerebuntur omnes qui aduersantur tibi, & cadent in confusione. Item apud eundem: Vox clamantis in deserto, parate uiam Domino, rectas facite semitas Dei nostri. Omnis riuus implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt omnia tortuosa in directum, & aspera in campum, & uidebit omnis claritas Domini, & uidebit omnis caro salutare Dei, quoniam Dominus locutus est. Item Baruch: Hic Deus noster & non deputabitur alius absq; illo: qui inuenit omnem uiam prudentiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Item apud Zachariam Deus dicit: Et transibunt per mare angustum, & percutient in mari fluctus, & arefacient omnes altitudines fluminum, & confundentur omnes iniuriæ Assyriorum, & sceptrum Aegypti auferetur, & confortabo eos in Domino Deo ipsorum, & in nomine eius gloriabuntur, dicit Dominus. Item apud* Moysen dicit Dominus: Non faciam iuxta iram indignationis meæ, non finam deleri Ephraim, quoniam Deus ego sum, & non homo in te sanctus, & non introibo in ciuitatem, post Deum ibo. Item in psalmo 44. Thronus Deus in secula seculorum, uirga æquitatis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis super participes tuos. Item in psal. 45. Vacate & cognoscite quoniam ego sum Deus. Exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra. Item in psalmo 81. Non cognouerunt neque intellexerunt, in

Esa. 40.

Baruch 3.

Zach. 10.

*al. Oseæ 11.

tenebris ambulabunt. Item in psalmo sexagesimoseptimo: Cantate Deo, psallite nomini eius, uiam facite illi qui ascendit super occasum, Deus nomen illi. Item in Euangelio secundum Ioannem. In principio fuit sermo, et erat apud Deum, et Deus erat sermo. Et idem Dominus ad Thomam: inijce huc digitum tuum, et uide manus meas, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas et dixit illi: Dominus meus et Deus meus. Dixit illi Iesus: Quoniam uidisti et credisti: Beati qui non uiderunt et crediderunt. Item Paulus ad Romanos: Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus cognatis meis secundum carnem, qui sunt Israëlitæ, quorum adoptio, & claritas, & testamentum, & legis constitutio, & famulatus, & promissiones, quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia* benedictus in secula. Item in Apocalypsi: Ego sum alpha & ω mega, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ uitæ gratis, qui uicerit possidebit ea, & erit illi in Deum, & ipse erit mihi filius. Item in psalmo octogesimoprimo: Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos discernens. Et iterum ego dixi dij estis, & filij altissimi omnes. Vos autem sicut homines moriemini. Quòd si iusti qui fuerint & præceptis diuinis obtemperauerint, dij dici possunt, quanto magis Christus Dei filius? Sicut ipse in Euangelio dicit secundum Ioannem: Non ne est scriptum in lege, quoniam dij estis? Si illos dixit Deos, & non poterit solui, quem pater sanctificauit & misit in seculum, uos dicitis: quoniam blasphemas: quia dixi, filius Dei sum? Si non facio facta patris, nolite mihi credere: & si non uultis mihi credere, factis credite, & cognoscite quoniam in me est pater, & ego in illo. Item in Euangelio secundum Matthæum: Et uocabis nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus.

Ioan. 1. & 20.

Rom. 9.

* Mirum est in exemplarib⁹ etiã uetustissimis nõ addi, Deus, quum sit apud Græcos.

Apoc. 21.

Ioan. 10.

Matth. 1. Emmanuel.

Quòd

Quòd Christus Deus uenturus esset illuminator & sa-
Esa.35. uator generis humani, apud Esaiam: Confortamini manu
resolutæ & genua debilia: & hortamini, qui estis pusillani
mes, nolite metuere. Deus noster iudicium retribuet, ipse
ueniet & saluos nos faciet. Tunc aperiētur oculi cæcorum
& aures surdorum audient. Tunc saliet claudus sicut
seruus, & plana erit lingua mutorum, quia rupta est in
deserto aqua, & riuus in terra sitienti. Item illic: Non
senior neque angelus, sed ipse Dominus liberabit illos,
qui diligit eos, & parcet, & ipse redimet eos. Item il-
lic: Ego Dominus Deus uocaui te in iustitia, ut teneam
manum tuam & confortabo te, & dedi in testamentum ge-
neris mei, in lumen gentium, aperire oculos cæcorum, pro-
Esa.42. ducere de uinculis uinctos, & de domo carceris sedentes in
tenebris. Ego Dominus Deus, hoc nomen mihi est, claritatem
tem meam alteri non dabo, neque uirtutes meas sculpti-
Psal.24. bus. Item in psalmo: Vias tuas Domine ostende mihi, &
semitas tuas edoce me, quia tu es Deus saluator meus. Vn-
Ioan.8. de in Euangelio secundum Ioannem Dominus dicit: Ego
sum lumen mundi, qui me secutus fuerit, non ambulabit in
tenebris, sed habebit lumen uitæ. Item secundum Matthæum
Matth.1. Gabriel angelus ad Ioseph: Ioseph fili Dauid, ne metueris
assumere Mariam uxorem tuam. Quod enim ex illa natum
fuerit, de spiritu sancto est. Pariet autem filium, & uoca-
bis nomen eius Iesum. Hic enim saluum faciet populum
Luc.1. suum à peccatis eorum. Item secundum Lucam: Et Za-
charias impletus est spiritu sancto & prophetauit, dicens:
Benedictus Dominus Deus Israël, qui prospexit redem-
ptionem populo suo, & excitauit nobis cornu salutis in do-
mo Dauid pueri sui. Item illic: Angelus ad pastores:

Ne timueritis: ecce enim annuntio uobis, quoniam na-
tus est uobis hodie saluator, qui est Christus Iesus in ciuita-
te Dauid.

VII.

Quòd cùm à principio filius Dei fuisset, generari denuo
haberet secundum carnem: In psalmo 11. Dominus dixit ad
me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me et dabo
tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam termi-
nos terræ. Item in Euangelio: Et factum est, ut audiuit sa- Luc.1.
lutationem Mariæ Helisabet, exultauit infans in utero eius,
& impleta est spiritu sancto, & exclamauit uoce magna,
& dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus
uentris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei
ad me? Item Paulus ad Galatas: At ubi aduenit adimple- Gal.4.
tio temporis, misit Deus filium suum factum de muliere. 1.Ioan.4.
Item in epistola Ioannes: Omnis spiritus, qui confitetur Ie-
sum Christum in carne uenisse, de Deo est: qui autem ne-
get eum in carne uenisse, de Deo non est, sed de Anti-
christi spiritu.

VIII.

Quòd hoc futurum esset signum natiuitatis eius, ut de
uirgine nasceretur homo & Deus, hominis & Dei filius,
apud Esaiam: Et adiecit Dominus loqui ad Achaz: Pete tibi Esa.7.
signum à Domino Deo tuo in altitudinem sursum, & in al-
titudinem deorsum. Et dixit Achaz: Non petam, & non
tentabo Dominum Deum meum. Et dixit: Audi itaque do-
mus Dauid, non pusillum uobis certamen cum hominibus,
quoniam Deus præstat agonem. Propter hoc dabit Deus
ipse uobis signū: Ecce uirgo in utero cōcipiet, et pariet filiū,
& uocabis nomē Emmanuel. Butyrū & mel manducabit,
ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Hoc semen di-
xerat Deus de muliere procedere, quod calcaret caput dia-
boli in Genesi. Tunc dixit Deus ad serpentem: Quid tu hoc
feci

Gen.3. feciſti? Maledictus tu ab omni pecore, & ab omni be-
re beſtiarum terræ. Pectore tuo & uentre repes, &
tibi terra cibus omnibus diebus uitæ tuæ. Et ponam inimi-
tiam inter te & mulierem, & inter ſemen tuum & ſemen
eius, ipſe tuum obſeruabit caput, & tu obſeruabis
neum eius.

Ipſe refertur ad Chriſtum.

Quòd homo & Deus Chriſtus ex utroq; genere con-
tus, ut mediator eſſe inter nos & patrem poſſet, apud
Hier.17. remiam: Et homo eſt, & quis cognoſcet eum? Item in Nu-
Num.24. ris: Orietur ſtella ex Iacob, et exurget homo ex Iſrael, &
illic: Procedet homo ex ſemine eius, & dominabitur mul-
*al's, gog rum gentium, & exaltabitur * ipſum regnum, & aug-
tur regnum eius, & Deus duxit eum in Aegyptum, &
claritas uniformis ei, & edet carnes inimicorum ſuorum, &
craſitudines illorum emedullabit, & baliſtis ſuis confo-
inimicum. Recubans requieuit quaſi leo, & quaſi ca-
leonis. Quis ſuſcitabit eum? qui benedicunt te, benedi-
Eſa.61. ſunt, & qui maledicũt te, maledicti ſunt. Item apud Eſa-
Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me, &
nuntiare pauperibus miſit me, curare contribulatos cor-
prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis uiſum, uocare
num Domino acceptabilem & diem retributionis. Vi-
Luc.1. Euãgelio Gabriel ad Mariam: Spiritus ſanctus ſuper-
in te, et uirtus altiſſimi obrũbrabit te, quapropter &
naſcetur ſanctum, uocabitur filius Dei. Item in epiſtola
1.Cor.15. li ad Corinthios priore: Primus homo de terra limo, ſecun-
dus homo de cœlo: qualis ille è limo, tales & qui de limo:
qualis cœleſtis, tales & cœleſtes: quomodo portauimus
ginem eius qui de limo eſt, portemus & imaginem eius
de cœlo eſt.

Quòd ex ſemine Dauid ſecundum carnem naſci ha-

in Regum ſecundo: Et fuit uerbum Domini ad Nathan di- 2.Reg.7.
cens: Vade & dic ſeruo meo Dauid: Hæc dicit Dominus: Nũ
tu ædificabis mihi domum ad habitandum: ſed erit cum im-
pleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſci-
tabo ſemen tuum poſt te, qui erit de utero tuo, & parabo
regnum eius. Hic ædificabit domum nomini meo, & cri-
bo thronum eius uſque in ſeculum. Et ego ero illi in pa-
trem, & ipſe erit mihi in filium, & fidem conſequetur do-
mum eius, & regnum eius uſq; in ſeculum in conſpectu meo.
Item apud Eſaiam: Et exibit uirga de radice Ieſſe, & flos Eſa.11.
de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eũ ſpiritus Do-
mini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & for-
titudinis, ſpiritus ſcientiæ et pietatis, et implebit eũ ſpiritus ti-
moris Domini. Itẽ in pſalmo: Iurauit Deus ipſi Dauid in ueri Pſal.131.
tate, et nõ reprobauit eum, de fructu uentris tui ponã ſuper
thronũ tuum. Item in Euangelio ſecundũ Lucam: Et dixit Luc.1.
angelus ad illam: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam
apud Deum: Ecce concipies in utero, & paries filium, &
uocabis nomen eius IESVM. Hic erit magnus, et filius al-
tiſſimi uocabitur, & dabit illi Dominus Deus thronum Da-
uid patris ſui, & regnum Iacob in ſecula, & regni eius non
erit finis. Item in Apocalypſi: Et uidi librum in dexte- Apoc.5.
ra Dei ſedentis ſuper thronum, ſcriptum intus & retro,
ſignatum ſignis ſeptem, & uidi angelum fortem prædi-
cantem uoce magna. Quis dignus eſt accipere librum, &
aperire ſigna eius? Nec quiſquam poterat, neque in cœ-
lo, neque ſuper terram, neque ſub terra aperire librum,
neque proſpicere eum. Et ego flebam multum quòd ne-
mo dignus repertus eſſet qui aperiret librum, aut uide-
ret illum. Et unus de ſenioribus dixit mihi, Ne flueris:
ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, &

ſolue

soluere septem signa eius.

Mich.5. Quòd in Bethleem nasceretur, apud Michæam: Et tu Bethleem Effrata non exigua es, ut constituaris in mille Iuda, ex te mihi procedit, qui sit princeps apud Israel, & possessiones eius à principio à diebus seculi. Item in

Matth.2. Euangelio: Et cum IESVS natus esset in Bethleem in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente aduenerunt Hierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & uenimus cum muneribus adorare illum.

XII.

Quòd humilis in primo aduentu suo ueniret, apud Esaiam: Domine quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Annuntiauimus coram ipso sicut pueri, sicut radix in terra sitienti. Non

Esa.53. est figura ei neq; claritas, & uidimus illum & non habuit figuram neq; speciem. Sed figura eius sine honore & deficiens præter cæteros homines. Homo in plaga positus & sciens ferre imbecillitatem, quia aduersa est facies eius, inhonoratus est, & non est computatus. Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet, & nos putauimus esse illum in dolore, & in plaga, & in uexatione: ipse autem uulneratus est propter facinora nostra, et infirmatus est propter peccata nostra. Doctrina pacis nostræ super illum, & liuore eius sanati sumus. Oës sicut oues errauimus, homo uia sua errauit. Et Dominus tradidit illum pro peccatis nostris, & ipse propterea q; uexatus est, nõ aperuit os suum.

Ibidem 53. Itẽ apud eundem: Non sum contumax neq; contradico, dorsum meũ posui ad flagella, & maxillas meas ad palmas, faciem autẽ nõ auerti à fœditate sputorum, & fuit Deus auxiliator

Esa.42. meus. Itẽ: Nõ clamabit, neq; audiet quis in plateis uocẽ eius. Arundinẽ quassatam nõ confringet, & linũ fumigans nõ extinguet,

sed in ueritate proferet iudicium. Fulgebit & non quassabitur quoadusq; ponat iudicium in terra, & in nomine eius gentes credent. Item in psal. 21. Ego autem sum

psal. vermis, & non homo, maledictum hominum & abiectio populi. Omnes qui uidebant me, despiciebãt me, & locuti sunt labijs, & mouerũt caput. Sperauit in Domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam uult eum. Item illic: Aruit uelut testa uirtus mea, & lingua mea adglutinata est faucibus meis. Item apud Zachariam: Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem illum maximum stantem ante faciem angeli Domini, & diabolus stabat ad dexteram eius aduersari

Zach.3. ei. Iesus erat indutus uestibus sordidis, & stabat ante faciem angeli, & respondit, & ait ad eos qui stabant ante faciem eius, dicens: Auferte uestimenta sordida ab eo, & inducite eum mutatorijs, & imponite cidarim mundam super caput eius, & dixit ad eum: Ecce abstuli iniquitates tuas.

Philip.2. Item Paulus ad Philippenses: Qui in figura Dei constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine IESV omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESVS Christus in gloria Dei patris est.

XIII.

Quòd ipse sit IESVS Christus, quem Iudæi occisuri

Sap.2. sint, in Sapientia Salomonis: Circumueniamus iustum, quoniam insuauis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & exprobrat nobis peccata legis. Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat. Factus est nobis

in traductione cogitationum, grauis est nobis etiam ad
dendum, quoniam dissimilis est alijs uita illius, & mu
sunt uiæ illius, tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, &
continet se à uijs nostris quasi ab immunditijs, & præfer
noxissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum.
Videamus ergo si sermones illius ueri sint, & tentemus qu
uentura sint illi. Contumelia & torméto interrogemus il
ut sciamus reuerentiam illius. Morte turpissima condemn
mus eum. Hæc cogitauerunt, & errauerunt, excæcauit enim
Esa.57. illos malitia ipsorum, & nescierunt sacramenta Dei. Item
apud Esaiam: Videte quomodo iustus perit, & nemo intel
git, & uiri iusti tolluntur, & nemo recognoscit. A facie
enim iniustitiæ saluatus est iustus, & erit in pace sepultura
eius. De hoc ipso antè prædictum est in Exodo: Innocentem
Exod.23. & iustum non occides. Item in Euangelio: Iudas pœnitentia
Matth.27. ductus, sacerdotibus & senioribus dixit, peccaui tradens
sanguinem iustum.

XIIII.

Quòd ipse dictus sit ouis & agnus, qui occidi habe
Esa.53. & de sacramento passionis, apud Esaiam: Sicut ouis ad im
molationem adductus est, & sicut agnus coram tondentibus se
sine uoce, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium
eius sublatum est, nationem eius quis enarrabit? Quoniam
auferetur à terra uita eius, à facinoribus populi mei adduc
ctus est ad mortem, & dabo malos pro sepultura eius, &
ipsos diuites pro morte eius, quia facinus non fecit, neq; do
dias ore suo, propterea ipse confitetur multos, & fortes
diuidet spolia, propterea quòd tradita est ad mortem anim
eius, & inter facinorosos deputatus est. Et ipse peccata mu
torum pertulit, & propter facinora illorum traditus est.
Hier.11. Item apud Hieremiam: Domine significasti mihi et cogn
scam, tunc uidi meditationes eorum. Ego sicut agnus mans

malitia productus sum ad uictimam: in me cogitauerunt co
gitatum, dicentes: Venite, mittamus lignum in panem eius,
& fraudemus à terra uitam eius, et non erit in memoria no
men eius amplius. In Exodo Deus ad Moysen: Accipiant sin Exod.12.
guli ouem per domum tribuum, ouem sine uitio, perfectum
masculum anniculum, & erit uobis. Ab agnis & hœdis ac
cipietis, & occident illum omne uulgus filiorum Israël ad
uesperam, & accipient de sanguine eius, & ponent super
duos postes, & super limẽ in domibus, in quibus edent eum
in ipsis, & edent carnes istas nocte assatas igni, & azyma
cum lactucis agrestibus edent. Non edetis de eis cruda neq;
coctu in aqua, sed assata igni, caput cum pedibus & intera
nea, nihil derelinquentes ex his mane, & ossa non confrin
getis ex eo. Quæ autem relicta fuerint ab eo usq; in mane,
igni crementur. Sic autem comedetis eum: Lumbi uestri
precincti, & caligæ uestræ in pedibus uestris, & edetis
eum festinanter, quia pascha Domini est. Item in Apoca- Apoc.5.
lypsi uidi in medio throni, & quatuor animalium, & in
medio seniorum agnum stantem quasi occisum, habentem
cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus
Dei missi per orbem terræ. Et uenit & accepit librum de
dextera sedentis in throno. Et cum accepisset librum, qua
tuor animalia, & uiginti quatuor seniores prostrauerunt se
ante agnum, habentes singuli aureas citharas plenas odo
ribus, quæ sunt orationes sanctorum, & canticum nouum cantabant dicentes: Dignus es Domine
accipere librum & aperire signacula eius, quoniam occisus es,
& emisti nos de sanguine tuo ex omni tribu & lingua, &
populo, & natione: & eos regnum Deo nostro, sacerdo
tes fecisti, & regnabunt super terram. Item in Euange
lio: Altera die uidit Ioannes IESVM uenientem ad se, & Ioan.1.

ait: Ecce qui aufert peccata mundi.

Quòd idem lapis dictus sit, apud Esaiam sic dicit Dominus: Ecce ego mitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, Esa.28.
summum angularem honoratum, & qui crediderit in eum
non confundetur. Item in psalmo: Lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino Psal.117.
factus est iste, & est mirabilis in oculis nostris. Iste dies
quem fecit Dominus, exultemus & iocundemur in eo. O
Domine salua igitur, ô Domine dirige igitur, benedictus
qui uenit in nomine Domini. Item apud Zachariam: Ecce Zach.3.
ego adduco puerum meum, ortus nomen ei est, quoniam lapis, quem dedi ante faciem Iesu, super ipsum unum septem
oculi sunt. Item in Deuteronomio: Et scribes super lapides Deut.27.
omnem legem hanc manifeste nimis. Item apud Iesu Naue Iosue 24.
Et accepit lapidem magnum, & statuit eum illic contra Dominum, & ait Iesus ad populum: Ecce lapis iste erit uobis
in testimonium, quòd audieritis omnia quæ dicta sunt à Domino, quanta locutus est ad uos hodie: erit ipse uobis in testimonium in nouissimo dierum, quando recesseritis à Deo uestro. Item in actibus Apostolorum Petrus: Principes populi, Act.4.
& seniores Israël ecce nos interrogamur hodie à uobis super benefacto hominis infirmi in quo iste saluatus est. Sit uobis omnibus notũ & omni populo Israël. quia in nomine Iesu Christi Nazareni quem uos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in illo ipse in conspectu uestro sanus astitit, in alio autem nullo. Hic est lapis qui contemptus est à uobis ædificãtibus, qui factus est in caput anguli. Non est enim
nomen aliud sub cælo, in quo oportet saluari nos. Hic est lapis in Genesi, quem ponit Iacob ad caput suum, quia capu- Gen.28.
uiri Christus, & dormiens uidit scalam ad cœlum pertingentem in qua constitutus erat Dominus, & angeli ascendebant, quem lapidem consecrauit & unxit, sacramento unctionis Christum significans. Hic est lapis in Exodo super quem sedit Moyses in cacumine collis, quando Iesu Naue contra Amalech dimicauit, & sacramento lapidis, & stabilitate sessionis Amalech superatus est ab Iesu, id est, diabolus a Christo uictus est. Hic est lapis magnus in Regum primo, super quem posita est arca testamenti, quando eam ab Allophylis remissam & reddità in plaustro boues reportauerunt. Item hic est lapis in Regum, quo Dauid frontem Goliæ percussit & occidit, significans diabolum & seruos eius inde prosterni, uicta scilicet ea capitis parte quam signatam non habent. Quo signo nos tuti semper sumus, & uiuimus. Hic est lapis, quem cum alienigenas Israël uicisset, statuit Samuel, & appellauit nomen eius Abenezer, id est, auxiliator.

Exod.17. 1.Reg.4. 1.Reg.17.

XVI.

Quòd deinde idem lapis mons fieret, & impleret totam terram, apud Danielem: Ecce imago nimis magna, & conplatio eius imaginis metuenda & elata stabat contra te, cuius caput fuit ex auro bono, pectus & brachia eius argentea, uenter & femur ærea, pedes autem ex parte ferrei, ex parte autem fictiles, quoadusq; abscissus est lapis de monte sine manibus concidentium, & percussit imaginem super pedes ferreos & fictiles & comminuit eos minutatim, et facta sunt simul ferrum & testa, & æramentum, & argentum, & aurum facta sunt minuta quasi palea, aut puluis in æstate, & uentilauit illa uentus, ita ut nihil remanserit ex illis, & lapis qui percussit imaginem factus est mons magnus, & impleuit totam terram.

Dan.3.

XVII.

Quòd in nouissimis temporibus idem mons manifestaretur, super quem gentes uenirent, & in quem iusti quique confugerent, apud Esaiam: Et erit in nouissimis temporibus Esa.2.

manifestus mõs domus Domini super uerticem montium, & exaltabitur super colles, & uenient super illum omnes gentes, & ambulabunt multi & dicent: Venite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob, & nuntiabit nobis uiam eius, & ambulabimus in illa. De Sion enim procedet lex, & uerbum Domini ab Hierusalem, & iudicabit inter gentes, & redarguet populum multum, & conflabunt gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces, & iam non discent pugnare. Item in psalmo: Quis ascendet in montem Domini, & quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundus corde, qui non accepit in uano animam suam, & non subdole iurauit proximo sibi: iste accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari.

Psal. 23.

XVIII.

Quòd ipse sit sponsus ecclesiam habens sponsam, de qua filij spiritualiter nascerentur, apud Iohel: Canite tubam in Sion, sanctificate ieiunium, & indicite curationem, aggregate populum, sanctificate ecclesiam, excipite maiores natu, colligite paruulos lactentes, procedat sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Item apud Hieremiam: Et adhuc ram de ciuitatibus Iuda, & de quadriuijs Hierusalem uocem lætantium, & uocem gaudentium, uocem sponsi, & uocem sponsæ. Item in psalmo: Et ipse uelut sponsus egrediens de thalamo suo. Exultauit ut gigas uiam currere, à summo cæli egressio eius, & occursio eius usq; ad summum eius, & non est qui latcat à calore eius. Item in Apocalypsi: Veni ostendam tibi nouam nuptam uxorem agni, & duxit me in spiritu in montem magnum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo, à Deo habentem claritatem Dei. Item in Euangelio: Vos mihi testes estis quoniam dixi eis, qui missi sunt ab Hierosolymis ad me, quia non

Iohel. 2.

Hier. 16.

Psal. 18.

Apoc. 21.

Ioan. 3.

sum Christus, sed quoniam missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est. Amicus autem sponsi est, qui stat & audit eum, & gaudio gaudet propter uocem sponsi. Huius rei mysterium ostensum est apud Iesu Naue, quando iussus est excalciare se, quòd scilicet sponsus non ipse esset. Erat enim in lege, ut quisquis nuptias recusaret, calciamentum deponeret, calciaretur uerò ille qui sponsus futurus esset. Et factum est cum esset Iesus in agro Iericho, circumspexit oculis, & uidit hominem stantem ante faciem suam, & frameam tenentem in manu eius, & dixit: Noster es, an aduersariorum? Ille autem dixit: Ego sum dux uirtutis Domini, nunc aduenio. Et Iesus cecidit ad terram, & ait illi: Domine quid imperas famulo tuo? & ait dux uirtutis Domini: Solue calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est. Item in Exodo Moyses iubetur calciamentum deponere, quòd nec ipse sponsus esset. Et apparuit angelus Domini in flamma ignis de rubo, & uidit quoniam rubus ardoret igni, & non cremabatur. Et dixit Moyses: Transiens uidebo hoc grande uisum, cur utiq; non crematur rubus. Vt uidit autem quoniam accedit uidere Moyses, uocauit eum Dominus Deus de rubo, dicens: Moyses Moyses. Qui dixit: Quid est? & dixit, Ne accesseris huc, nisi solueris calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est. Et dixit ei, Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Hoc autem manifestum est in Euangelio secundum Ioannem. Et respondit illis Ioannes: Ego quidem baptizo in aqua, in medio autem uestri stat, quem uos nescitis, ipse est enim de quo dixi: Post me ueniens homo ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Item in Euangelio secundum Lucam: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes,

Mos uetus. Iosue 5.

Exod. 3.

Ioan. 1.

Luc. 12.

& uos similes hominibus expectantibus dominum suum
quando ueniat à nuptijs, ut cum uenerit & pulsauerit, ape-
riant ei. Felices serui illi, quos aduenienis dominus inuene-
Apoc.19. rit uigilantes. Item in Apocalypsi: Regnauit Dominus
Deus omnipotens, gaudeamus & exultemus, & demus ei
gloriæ claritatem, quoniam uenerunt nuptiæ agni, & uxor
eius se præparauit. XIX.

Esa.65. Quòd crucifixuri illum essent Iudæi, apud Esaiam: Ex-
pandi manus meas tota die ad plebem contradicentem, &
contumacem mihi, qui ambulant uias non bonas, sed post
Hier.11. peccata sua. Item apud Hieremiam: Venite & mittamus li-
gnum in panem eius, & eradamus à terra uitam eius. Item
Deut.28. in Deuteronomio: Et erit pendens uita tua ante oculos tuos,
Psal.21. ac timebis die ac nocte, & non credes uitæ tuæ. Item in psal-
mo: Et foderunt manus meas, & pedes meos, dinumera-
uerũt omnia ossa mea. Ipsi autẽ contẽplati sunt, & uiderunt
me, diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam
sortem miserunt. Tu autem Domine ne elongaueris auxi-
lium tuum: in auxilium meum attende. Libera à gla-
dio animam meam, & de manu canis unicam meam. Sal-
ua me ex ore leonis, & à cornibus unicornis humilita-
tem meam. Enarrabo nomen tuum fratribus meis, in me-
Psal.118. dio ecclesiarum laudabo te. Item in psalmo: Confige cla-
Psal.140. uis de metu tuo carnes meas. Item in psalmo: Alleuatio ma-
nuum mearum sacrificium uespertinum. De quo sacrifi-
Sopho.1. cio Sophonias dicit: Metuite à facie Domini Dei, quoniam
propè est dies eius, quia apparauit Dominus sacrificiũ suũ,
Zach.12. sanctificauit electos suos. Item apud Zachariam: Et inue-
Psal.76. buntur me, in quem transfixerunt. Item in psalmo: Excla-
Nume.23. maui ad te tota die, Domine extendi ad te manus meas. Item
in Numeris: Non quasi homo suspenditur, neq; quasi filius
hominis

hominis patitur. Vnde in Euangelio Dominus dicit:
Sicut Moyses exaltauit serpentem in eremo: ita exal- Ioan.3.
tari oportet filium hominis, ut omnis qui crediderit
in filium, habeat uitam æternam. XX.

Quòd in passione crucis & signo uirtus omnis sit
& potestas, apud Abacuc: Texit cœlos uirtus eius, & Abac.3.
laudis eius plena est terra, & splendor eius ut lux
erit, cornua in manibus eius erunt. Et illic constabili-
ta est uirtus gloriæ eius, & constituet dilectionem ua-
lidam, ante faciem suam ibit uerbum, & procedet in
campos secundum gressus suos. Item apud Esaiam: Ec- Esa.9.
ce natus est nobis puer, datus est nobis filius, cuius
imperium super humerum eius, & uocatum est nomen
eius magnæ cogitationis nuntius. Hoc signo crucis & A-
malech uictus est ab Iesu per Moysen. In Exodo dixit Exod.17.
Moyses ad Iesum: Elige tibi uiros & exi, & constitue
cum Amalech in crastinum: Ecce ego stabo in cacumi-
ne collis, & uirga Dei in manu mea. Et factum est cum
leuabat manum Moyses præualebat manus Israël. Vbi
autem submiserat manus, inualescebat manus Amalech:
sed manus Moysi erant graues, & accepto lapide sup-
posuerunt sub eo, & sedebat super eum, & Aaron &
Vr sustentabant manus eius hinc & inde, & factæ sunt ma-
nus Moysi stabiles usq; in occasum Solis, & fugauit Ie-
sus Amalech & omnem populum eius. Et dixit Dominus
ad Moysen, Scribe hoc, ut sit memoriale in libro, & da in au-
res eius, quoniam deletione deleam memoriam Amalech de
sub cœlo. XXI.

Quòd in hoc signo salus sit omnibus, qui in frontibus no-
tantur, apud Ezechielem dicit Dominus: Transi mediam Ezech.9.
Hierusalem, & notabis signum super frontes uirorum qui

ingemunt & mœrent ob iniquitates quæ fiunt in medio eorum. Item illic: Vadite & cædite, & nolite parcere uiris uestris, nolite misereri. Seniores, & iuuenes, & uirgines interficite, ut perdeleantur. Omnem autem signum quem signum scriptum est, ne tetigeritis, & ab omnibus sanctis meis incipite. Item in Exodo Deus ad Moysen: Et erit is sanguis in signo uobis super domos, in quibus ibi eritis, & uidebo sanguinem, & protegam uos, & non erit in uobis plaga diminutionis, cum percutiam terram Aegypti. Item in Apocalypsi: Et uidi agnum stantem in montem Sion, & cum eo 144. millia, & habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Item illic: Ego sum alpha & ω mega, primus & nouissimus, initium & finis. Felices eos qui faciunt præcepta eius, ut sint postes eorum super lignum.

Exod.12. Apoc.14. Apoc.21.

XXII.

Quòd medio die in passione eius tenebræ futuræ essent, apud Amos: Et erit in illo die, dicit Dominus, sol occidet meridie, & obtenebrabitur dies lucis, & conuertã dies festos uestros in luctum, & omnia cantica uestra in lamentationem. Item apud Hieremiam: Et territa est quæ parit, & fudit animam eius. Subijt sol, cum adhuc medius dies esset, confusa est & maledicta, reliquos eorum in gladio dabo, in conspectu inimicorum suorum. Item in Euangelio: A' sexta autem hora tenebræ factæ sunt per totam terram, usq; ad horam nonam. Item in psalmo uicesimonono: Domine abstraxisti ab inferno animam meam.

Amos 8. Hier.15. Matth.27.

XXIII.

Quòd à morte uindicaretur, nec apud inferos remaneret, Dauid ait, in psalmo 15. Non derelinques animã meam apud inferos, neque dabis sanctum tuum uidere interitum. Item in psalmo tertio: Ego dormiui, & somnum cepi, & resurrexi, quoniam Dominus auxiliator mihi. Item secundum

Ioannem: Nemo aufert animam meam à me, sed ego pono eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc enim mandatum accepi à patre meo.

XXIIII.

Quòd ab inferis tertio die resurgeret, apud Osee: Viuificabit nos post biduum die tertio. Item in Exodo: Et dixit Dominus ad Moysen, Descende, & testificare populo, & sanctificabis illos hodie, & cras, & lauẽt uestem suam, & sint parati in perendinum diem: die enim tertio descendet Dominus in montem Sina. Item in Euangelio: Progenies nequam & adultera signum quærit, et signum non dabitur ei nisi signũ Ionæ prophetæ. Quomodo enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ.

Osee 6. Exodi 19. Luc.11.

XXV.

Quòd cum resurrexisset, acciperet à patre omnem potestatem, & potestas eius æterna sit, apud Danielem: Videbam in uisu noctis, & ecce in nubibus cœli quasi filius hominis ueniens, uenit usque ad ueterem dierum, & stetit in conspectu eius, & qui assistebant obtulerunt ei & data est potestas regia, & omnes reges terræ, & genus omne claritatis seruient ei, & potestas eius æterna, quæ non auferetur, & regnum eius non corrumpetur. Item apud Esaiam: Nunc exurgam, dicit Dominus, nunc clarificabor, nunc exaltabor, nunc uidebitis, nunc intelligetis, nunc cognoscetis, uana erit fortitudo spiritus, uos ignis consumet. Item in psalmo 109. Dixit Dominus domino meo, sede ad dexteram meam, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Item in Apocalypsi: Et conuersus respexi, ut uiderem uocem, quæ mecum loquebatur, & uidi septem candelabra aurea, & in medio candelabrorum similem filio hominis uestitum podere, & erat præcinctus supra mamillas zona aurea. Caput autẽ & capilli eius erant

Dan.7. Esa.33. Apoc.1.

erant albi uelut lana aut nix, et oculi eius uelut flamma ignis, et pedes eius aurichalco similes, sicut de fornace ignis, et uox eius ut sonus aquarũ multarũ, & habebat in dextera sua stellas, & ex ore eius gladius utraq; parte acutus exibat, et facies eius splẽdebat ut sol in uirtute sua. Et cũ uidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquã mortuus, et posuit super me dextera suam, dicens: Noli timere, ego sum primus & nouissimus, & uiuus qui fueram mortuus, & ecce sum uiuens in secula seculorum, & habeo claues mortis et inferorũ. Item in Euangelio Dominus post resurrectionẽ discipulis dicit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: ite ergo et docete omnes gentes: tingẽtes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos obseruare omnia quæcunq; mandaui uobis.

Matth.28.

XXV.

Quòd peruenire ad Deum patrem non possit, nisi per filium eius Christum Iesum, in Euangelio: Ego sum uia, & ueritas & uita: nemo uenit ad patrem nisi per me. Item alibi: Ego sum ostium, per me qui introierit, saluabitur. Item illic: Multi prophetæ & iusti cupierunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Item illic: Qui credit in filium, habet uitam æternam. Qui dicto non audiens est in filium, non habet uitam, sed ira Dei manebit super eum. Item Paulus ad Ephesios: Et cum uenisset annuntiauit uobis pacem qui longe, & pacem ijs qui propè, quia per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Item ad Romanos: Omnes enim peccauerunt, & egent claritate Dei, iustificantur autem dono ipsius & gratia per redemptionem quæ est in Christo Iesu. Item in epistola Petri apostoli: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo. Itẽ illic: In hoc enim et mortuus

Ioan.14.

Matth.13.

Ioan.3.

Ephes.2.

Rom.3.

1.Pet.3.

pro delicatum est, ut suscitentur. Item in epistola Ioannis: Qui negat filium, neq; patrem habet: qui confitetur filium, et patrem habet.

1.Ioan.2.

XXVII.

Quòd ipse iudex uenturus sit, apud Malachiam: Ecce dies uenit ardens uelut clibanus, eruntq; omnes alienigenæ, & omnes iniqui stipula, & succendet illos adueniens dies, dicit Dominus. Item in psalmo quadragesimonono: Deus deorum Dominus locutus est, & uocauit terram. A' solis ortu usq; ad occasum, ex Sion species decoris eius. Deus manifeste ueniet, Deus noster & non silebit. Ignis ante eum exardebit, & in circuitu eius procella nimia. Vocauit cœlum sursum & terram, ut separaret populum suum. Colligite sanctos eius, eos qui disponunt testamentum eius in sacrificijs, & annuntiabunt cœli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est. Item apud Esaiam: Dominus Deus uirtutum protector, & comminuet bellum. Excitabit certamen, & clamorem iacebo? Item in psalmo sexagesimoseptimo: Exurgat Deus & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eũ a facie eius. Quomodo deficit fumus, deficiant: quomodo fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Et iusti iocundentur, & exultent in conspectu Dei. Cantate nomini eius, uiam facite illi, qui ascendit in occasum, Deus nomen illi. Turbabuntur à facie eius patres orphanorum et iudices uiduarum. Deus in loco sancto suo, Deus qui inhabitare facit in domo unanimes, producens uinctos in uirtute, similiter eos qui habitant in monumentis. Deus cum transires, prodires in conspectu populi tui, in transeundo in eremum. Item in psalmo 81. Exurge Deus et iudica terram, quoniam tu exterminabis in omnibus gentibus. Item in Euangelio secundum Matthæum: Quid nobis & tibi fili Dauid?

Malach.

Esa.42.

Dauid? Quid huc ueniſti ante tempus punire nos? Iterum
cundum Ioannem: Nihil pater iudicat, ſed omne iudicium
lio dedit, ut omnes honorificent filium ſicut honorificant
trem: qui non honorificat filium, non honorificat patrem
2. Cor. 5. eum miſit. Item in epiſtola Pauli ad Corinthios ſecundo
mnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti ut re
tet unuſquiſque ſui corporis propria, ſecundum quæ egit
ue bona ſiue mala.

XXVII.

Quòd ipſe ſit rex in æternum regnaturus, apud Zacha-
Zach. 9. riam: Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus uenit tibi, iuſtus & ſa
Eſa. 33. uans, mitis, ſedens ſuper aſinũ indomitũ. Item apud Eſaiam:
Quis nuntiabit uobis quia ignis ardet? quis nuntiabit uobis
locum æternum? Ambulans in iuſtitia, & manus abſtinens
à muneribus grauans aures ut non audiat iudicium ſangui-
nis, & comprimens oculos ſuos, ne uideat iniuſtitiam, hic ha-
bitabit in alta ſpelunca petræ fortis. Panis illi dabitur, & aqua
qua eius fidelis: regẽ cum claritate uidebitis. Item apud Ma-
Malac. 1. lachiam: Rex magnus ſum ego, dicit Dominus, & nomen
meum illuſtre eſt apud gentes. Item in pſalmo 2. Ego autem
conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius,
nuntians præceptum eius. Item in pſalmo 20. Commemora-
buntur & conuertẽtur ad Dominum omnes termini terræ,
& adorabunt in conſpectu tuo omnes patriæ gentium, quo-
niam Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium.
Item in pſalmo 23. Auferte portas principes ueſtras & ele-
tollimini portæ æternales, & introibit rex gloriæ & clari-
tatis, Dominus fortis in prælio. Auferte portas principes
ueſtras, & extollimini portæ æternales, & introibit rex
claritatis, Dominus uirtutum, ipſe eſt rex claritatis.
Item in pſalmo 43. Eructauit cor meum ſermonem bo-
num, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus ſcri-

ptæ ueloc ſcribentis, decoris ſpecie ſuper filios hominum. Eſ
ſa. eſt gratia in labijs tuis propterea benedixit te Deus
in ſæcula. Accingere enſe tuo ad femur potentiſſime. Deco-
rem & ſpeciei tuæ intende, & dirige, & regna propter ueri-
tatem & manſuetudinem & iuſtitiam. Item in pſal. 4. Rex
meus & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine mane,
exaudies uocem meam, mane aſſiſtam tibi & contemplabor
te. Item in pſal. 95. Dominus regnauit, exultet terra, iocundẽ
tur inſulæ multæ. Item in pſal. 44. Aſſiſtit regina ad dexterã
tuam in ueſte inaurata. Audi filia, & uide, & inclina aurem
tuam, & obliuiſcere populi tui & domus patris tui. Quo-
niam deſiderauit ſpeciem tuam rex, quia ipſe eſt Dominus
Deus tuus. Item in pſalmo 72. Deus autem rex noſter ante
ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ. Item in Euan
gelijs ſecundum Matthæum: Cum Ieſus natus eſſet in Bethle
em Iudæ in diebus Herodis regis: ecce magi ab Oriente uene Matth. 2.
runt Hieroſolymam, dicẽtes: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæo
rum? Vidimus enim ſtellam eius in oriente, & uenimus a-
dorare eum. Item ſecundum Ioannem dixit Ieſus: Regnum Ioan. 18.
meum non eſt de iſto ſeculo: ſi de hoc ſeculo eſſet regnum
meum, miniſtri mei turbarentur, ne traderer Iudæis. Nunc
autem regnum meum non eſt hinc. Dixit Pilatus: ergo rex
es tu? Reſpondit Ieſus: Tu dicis, quoniam rex ſum: Ego in
hoc natus ſum, & in hoc ueni in ſeculum, ut teſtimonium
perhibeam ueritatis. Omnis qui eſt de ueritate audit uocem
meam.

XXIX.

Quòd ipſe ſit & iudex & rex, in pſalmo 70. Deus iudi-
cium tuum regi da, & iuſtitiã tuam filio regis. Iudicare po
pulum tuum in iuſtitia. Item in Apocalypſi: Et uidi cœlum Apoc. 19.
apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum
uocabatur fidelis & uerax, æquum iuſtum qui prædi-

cat

cat & præliatur. Oculi autem eius erant tanquam flamma
ignis, & super caput eius diademata multa, et portabat no-
men scriptum, nemini alij nisi ipsi soli notũ. Et erat cooper-
tus ueste aspersa sanguine, et dicitur nomẽ eius uerbũ Dei,
et exercitus qui sunt in cœlo sequebantur eum in equis al-
bis induti byßino mũdo, et de ore eius exibat gladius utra-
que parte acutus, ut de eo percuteret nationes, quas ipse pa-
cturus est in uirga ferrea, et ipse calcabit torcular uini ira
Dei omnipotentis, habet etiam in ueste, et in femore suo no-
men scriptum, rex regum et Dominus dominantium. Item
Matth. 25. in Euangelio: Cum uenerit filius hominis in claritate sua,
et omnes angeli cum eo, tunc sedebit in throno claritatis
suæ, et colligentur ante eum omnes gentes, et segregabit
illos ab inuicem, quemadmodum pastor segregat oues ab
hœdis, et statuet oues ad dexteram suam, hœdos autem ad
sinistram. Tunc dicet rex eis, qui ad dexteram eius erunt:
Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis
paratum est ab origine mundi: esuriui enim, et dedistis
mihi manducare, sitiui, et potastis me: hospes fui, et ab-
duxistis me: nudus, et texistis: infirmus fui, et uisitastis
me: in carcere, uenistis ad me. Tunc respondebunt iu-
sti dicentes: Domine quando te uidimus esurientem, et pa-
uimus? sitientem, et potauimus? quando te uidimus hospi-
tem, et abduximus? nudum, et uestiuimus, quando autem
te uidimus infirmari, et in carcere, et uenimus ad te? Et
respondens rex dicet eis: Amen dico uobis, quandiu fe-
cistis uni horum ex fratribus meis minimis, mihi fecistis.
Tunc dicet ijs, qui ad sinistram eius erunt: Discedite à me
maledicti in ignem æternum, quem parauit pater meus dia-
bolo & angelis eius: esuriui enim, & non dedistis mihi man-
ducare: sitiui, & non potastis me: hospes fui, & non abduxi-
stis me:

stis me: nudus, & non uestistis me: infirmus, & in carcere,
& non uenistis ad me. Tunc respondebunt & ipsi dicentes:
Domine quando te uidimus esurientem, aut sitientem, aut ho-
spitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non mi-
nistrauimus tibi? Et respondebit illis: Amẽ dico uobis, quan-
diu non fecistis uni ex minimis his, neq; mihi fecistis: &
abibunt isti in ambustionem æternam, iusti autem in uitam
æternam.

ADVERSVS IVDAEOS LIBER TERTIVS AD QVIRINVM.

CYPRIANVS QVIRINO FILIO SALVTEM.

PRo fide ac deuotione tua, quam Domino Deo exhibes
fili charißime, petisti ut ad instruendum te excerpe-
rem de scripturis sanctis quædam capitula, ad religiosam se-
ctæ nostræ disciplinam pertinentia: lectionis diuinæ succin-
ctam diligentiam quærens, ut animus Deo deditus, non lon-
gis aut multis librorum uoluminibus fatigetur, sed eruditus
breuiario præceptorum cœlestium habeat ad fouendam
memoriam suam salubre & grande compendium. Et quia
tibi plenum dilectionis obsequium debeo, feci quod petisti,
ut laborem semel, ne tu semper laborares. Quantum po-
tuit itaq; mediocritas nostra complecti, collecta sunt à me
quædam præcepta dominica & magisteria diuina, quæ esse
facilia & utilia legentibus poßint, dum in breuiarium pau-
ca digesta, & uelociter perleguntur, & frequenter iteran-
tur. Opto te fili charißime semper bene ualere.

CAP. TERTII LIBRI.

1 De bono opere & misericordia.

2 In opere & elcemosynis, etiam si per mediocritatem minus fiat, ipsam uoluntatem satis esse.
3 Agapen & dilectionem fraternam religiose & sirmiter exercendam.
4 In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit.
5 Humilitatem & quietem in omnibus tenendam.
6 Bonos quoq; & iustos plus laborare, sed tolerare debere, quia probantur.
7 Non contristandum spiritum sanctũ, quem accepimus.
8 Iracundiam uincendam esse ne cogat delinquere.
9 Inuicem se fratres sustinere debere.
10 In Deum solum fidendum, & in ipso gloriandum.
11 Eum qui fidem consecutus est, exposito priore homine, cœlestia tantum & spiritualia cogitare debere, nec attendere ad seculum cui iam renuntiauimus.
12 Non iurandum.
13 Non maledicendum.
14 Nunquàm mussitandum, sed circa omnia quæ accidunt, benedicendum Deum.
15 Ad hoc tentari homines à Deo ut probentur.
16 De bono martyrij.
17 Minora esse quæ in seculo patimur, quàm sit præmium quod promissum est.
18 Dilectioni Dei & Christi nihil præponendum.
19 Voluntati non nostræ, sed Dei obtemperandum.
20 Fundamentum, & firmamentum spei, & fidei esse timorem.
21 Non temere de altero iudicandum.
22 Accepta iniuria remittendum, & ignoscendum.
23 Vicem malis non reddendam.
24 Non posse ad patrem peruenire, nisi per Christum. Adre

25 Ad regnum Dei nisi baptizatus, & renatus qui fuerit, peruenire non posse.
26 Parum esse baptizari, & Eucharistiam accipere, nisi quis factis & opere perficiat.
27 Baptizatum quoq; gratiam perdere, quam consecutus fit, nisi innocentiam seruet.
28 Non posse in ecclesia remitti ei, qui in dominum deliquerit.
29 De odio nominis antè prædictum.
30 Quod quis Deo uouerit citò reddendum.
31 Eum qui non crediderit, iam iudicatum esse.
32 De bono uirginitatis & continentiæ.
33 Nihil patrem iudicare, sed filium, & patrem ab eo non honorificari, à quo non honorificetur filius.
34 Fidelem gentiliter uiuere non oportere.
35 Deum ad hoc patientem esse, ut nos pœniteat peccati nostri & reformemur.
36 Mulierem ornari seculariter non debere.
37 Fidelem non oportere ob alia delicta, nisi ob nomen solum puniri.
38 Seruum Dei innocentem esse debere, ne incidat in pœnam secularem.
39 Datum nobis esse exemplum uiuendi in Christo.
40 Non iactanter nec tumultuose operandum.
41 Ineptè & scurriliter non loquendum.
42 Fidem tantum prodesse, & tantum nos posse, quantum credimus.
43 Posse eum statim consequi qui uerè crediderit.
44 Fideles inter se disceptantes, non debere gentilem iudicem experiri.
45 Spem futurorum esse, & ideo fidem circa ea quæ promissa

missa sunt, patientem esse debere.
46 Mulierem in ecclesia tacere debere.
47 Delicto & merito nostro fieri, ut laboremus, nec Dei opem in omnibus sentiamus.
48 Non fœnerandum.
49 Inimicos quoq; diligendos.
50 Sacramentum fidei non esse profanandum.
51 Quòd nemo in opere suo extolli debeat.
52 Credendi uel non credendi libertatem in arbitrio positam.
53 Dei arcana perspici non posse, & ideo fidem nostram simplicem esse debere.
54 Neminem sine sorde & sine peccato esse.
55 Non hominibus sed Deo placendum.
56 Deum nihil latere ex his quæ gerantur.
57 Fidelem emendari & reseruari.
58 Neminem contristari morte debere, cum sit in uita labor & periculum, in moriendo pax & resurgendi securitas.
59 De idolis quæ gentiles deos putant.
60 Ciborum concupiscentiam nimiam non appetendam.
61 Possidendi concupiscentiam & pecuniam non appetendam.
62 Matrimonium cum gentilibus non iungendum.
63 Grauius delictum est fornicationis.
64 Quæ sint carnalia, quæ mortem parant: & quæ spiritualia, quæ ad uitam ducant.
65 Omnia delicta in baptismo deponi.
66 Disciplinã Dei in ecclesiasticis præceptis obseruandã.
67 Prædictum, quòd disciplinam sanam aspernaturi essent.
68 Recedendum ab eo qui inordinatè, & contra disciplinam

nam uiuat.
69 Non in sapientia mundi nec in eloquentia esse regnum Dei, sed in fide crucis & uirtute conuersationis.
70 Parentibus obsequendum.
71 Patres quoq; asperos esse circa filios non oportere.
72 Seruos cum crediderint plus dominis carnalibus seruire debere.
73 Item dominos mitiores esse debere.
74 Viduas probatas quasq; honorandas.
75 Suorum & maximè fidelium curam plus unumquenq; habere debere.
76 Maiorem natu non temere accusandum.
77 Peccantem publicè obiurgandum.
78 Cum hæreticis non loquendum.
79 Innocentiam fidenter petere, & impetrare.
80 Nihil licere diabolo in homine, nisi Deus permiserit.
81 Mercedem mercenario citò reddendam.
82 Non augurandum.
83 Cirrum in capite non habendum.
84 Non uellendum.
85 Surgendum cum episcopus aut presbyter ueniat.
86 Schisma non faciendum, etiam summa fide & in eadem traditione permaneat qui recedit.
87 Fideles simplices cum prudentia esse debere.
88 Fratrem non circumueniendum.
89 Subitò uenire finem mundi.
90 Vxorem à uiro non recedere, aut si recesserit innuptam manere.
91 Tantum unumquenque tentari, quantum potest sustinere.
92 Non quicquid licet esse faciendum.

93 Prædictum quòd hæreses futuræ essent.
94 Cum timore & honore eucharistiam accipiendam.
95 Bonis conuiuendum, malos autem uitandos.
96 Factis, non uerbis operandum.
97 Et ad fidem & ad consequutionem properandum.
98 Catechumenum peccare non debere.
99 Iudicium secundum tempora futurum, uel æquitatis ante legem, uel legis post Moysen.
100 Gratiam Dei gratuitam esse debere.
101 Spiritum sanctum in igne frequenter apparuisse.
102 Correptionem quoq; bonos libenter audire debere.
103 A' multiloquentia temperandum.
104 Non mentiendum.
105 Frequenter emendandos qui delinquunt in domestico ministerio.
106 Iniuria accepta patientiam tenendam, & ultionem Deo relinquendam.
107 Non detrahendum.
108 Non esse proximo insidiandum.
109 Infirmos uisitandos.
110 Susurrones maledictos esse.
111 Sacrificia malorum acceptabilia non esse.
112 Grauius iudicari de his qui in hoc seculo plus habuerint potestatis.
113 Viduam & pupillos protegi oportere.
114 Dum in carne est quis, exomologesin facere debere.
115 Adulationem pernicioſam esse.
116 Plus ab eo diligi Deum, cui in baptismo plura peccata dimittuntur.
117 Fortem congressionem esse aduersus diabolum, & idcirco fortiter nos stare debere, ut possimus uincere.

De Antichristo quòd in homine ueniat.
Graue fuisse iugum legis, quod à nobis abiectum est: & leue esse iugum Domini, quod à nobis susceptum est.
Orationibus insistendum.

CAPVT I.

DE BONO operis & misericordiæ, apud Esaiam: Exclama, inquit, in fortitudine, & noli parcere, sicut tuba exalta uocem tuam, adnuntia plebi meæ peccata ipsorum, & domui Iacob facinora eorũ. Esa.58.
Me de die in diem quærunt, & cognoscere uias meas concupiscunt, quasi plebs quæ iustitiam fecerit, & iudicium non dereliquerit. Postulant me nunc iudicium iustum, & approximare Deo concupiscunt dicentes: Quid quia ieiunauimus, & non uidisti: humiliauimus animas nostras, & non cognouisti? In diebus enim ieiunij inueniuntur uoluntates uestræ: aut enim subiectos uobis subiungitis, aut ad iudicia liter ieiunatis, aut proximos cæditis pugnis, ut quid mihi ieiunatis? ut hodie audiatur uox uestra in clamore? Non hoc ieiunium ego elegi, nisi humiliet homo animam suam. Si contorseris quasi circulum collum tuum, & saccum & cinerem substraueris, nec sic uocabitur ieiunium acceptum. Non tale ieiunium elegi, dicit Dominus: sed solue obligationem iniustitiæ, resolue suffocationes impotentium commerciorum. Dimitte quassatos in requiem, & omnem consignationem iniustam dissipa. Frange esurienti panem tuum, & egenos sine tecto induc in domum tuam. Si uideris nudum, uesti, & domesticos seminis tui non despicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & uestimenta tua citò orientur. Et præibit ante te iustitia, & claritas Dei circumdabit te. Tunc exclamabis, & Deus exaudiet te. Dum

adhuc loqueris dicet: ecce adsum. De hoc ipso apud Iob
Iob 29. Conseruaui egenum de manu potentis, & pupillo, cui non
erat adiutor, auxiliatus sum. Os uiduæ benedixit me, cum
essem oculus cæcorum, pes quoq; claudorum ego essem,
Tob. 2. & inualidorum pater. De hoc ipso apud Tobiam: Et dixi
Tobiæ filio meo: Vade & adduc quemcunq; pauperem in-
ueneris ex fratribus nostris, qui tamen in mēte habet Deum
ex toto corde suo, hunc adduc & māducabit pariter meum
prandiū hoc. Sustineo te fili donec uenias. Item illic: Omni-
bus diebus uitæ tuæ fili Deum in mente habe, & noli præ-
terire præcepta eius. Iustitiam fac omnibus diebus uitæ tuæ,
& noli ambulare uiam iniquitatis: quoniam agente te ex
ueritate, erit respectus operum tuorum. Ex substantia tua
fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo
paupere, ita fiet ut nec à te auertatur facies Dei. Quomodo
habueris fili, sic fac. Si tibi fuerit copiosa substantia, plus
ex illa fac eleemosynam. Si enim exiguum habueris, ex
hoc ipso exiguo communica. Et ne timueris, cum facis
eleemosynam: præmium bonum repones, repones tibi in
diem necessitatis, quoniam eleemosyna à morte liberat,
& non patitur ire in tenebris. Munus bonum est elee-
mosyna omnibus qui faciunt eam coram summo Deo. De
hoc ipso apud Salomonem in Paræmijs: Qui pauperi mi-
Prouer. 19. seretur, Deo fœneratur. Item illic: Qui dat pauperi, nun-
quam indigebit. Qui autem auertit oculum suum, in mul-
Prouer. 15. ta penuria erit. Item illic: Eleemosynis & fide peccata pur-
gantur. Item illic: Si esurierit inimicus tuus, ciba eum: si
sitierit, potabis eum: hoc enim faciēs, carbones uiuos super-
Eccle. 3. fundes in caput eius. Item illic: Sicut aqua extinguit ignem,
sic & eleemosyna extinguit peccatū. De hoc ipso in Paræ-
Prouerb. 3. mijs: Ne dixeris, abi & reuertere, cras ego dabo, cum possis
contin

continuo benefacere: non enim scis quid contingat sequenti
die. Item illic: Qui obthurat aures suas ne audiat imbecillē, Prouer. 21.
& ipse inuocabit Deū, et nō erit qui exaudiat eum. Itē illic:
Qui cōuersatur sine uituperatiōe in iustitia, beatos filios re-
linquit. Apud eundem in Ecclesiastico: Fili si habes bene fac Eccl. 14.
tiū, et Deo dignas oblatiōes offer, memorare quoniā mors
nō tardat. Item illic: Conclude eleemosynam in corde paupe-
ris, et hæc pro te orabit ab omni malo. De hoc in psalmo 31.
misericordiam & postero prodesse: Iunior fui, etenim senui,
& nō uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panē.
Tota die miseretur et fœneratur, et semē eius in benedictio-
ne est. De hoc ipso in psalmo 40. Beatus qui intelligit super
egenū, & pauperē, in die malo liberabit illum Deus. Itē in
psalmo 111. Distribuit, dedit pauperibus, iustitia eius manet
in æternū. De hoc ipso apud Osee: Misericordiā uolo, quàm Osee 6.
sacrificiū, & agnitionē Dei plus quàm holocaustomata. De
hoc ipso in Euāgelio κατὰ Matthæum: Beati qui esuriūt, et Matth. 5.
sitiunt iustitiā, quia ipsi saturabuntur. Itē illic: Beati miseri-
cordes, quia ipsi misericordiā cōsequētur. Item illic: Thesau-
rizate uobis thesauros in cœlo, ubi neq; tinea, neq; comestu-
ra exterminat, et ubi fures nō effodiūt, et furātur. Vbi enim
fuerit thesaurus tuus, illic erit et cor tuum. Item illic: Simile Matth. 13.
est regnū cœlorū homini negotiāti, quærēti bonā margari-
tam: ubi autē inuenerit pretiosam margaritam, abijt & uēdi-
dit omnia quæ habuit et emit eam. Etiam modicū opus pro-
desse. Item illic: Et qui potauerit unū ex minimis istis calicē Matt. 10.
aquæ frigidæ in nomine discipuli, amē dico uobis, nō peribit
merces eius. Nemini negādam eleemosynā. Item illic. Omni Luc. 6.
poscēti da, et ab eo qui uoluerit mutuari, ne auertaris te. Itē
illic: Si uis ad uitam uenire, serua mādata. Dicit illi, Quæ? & Matth. 19.
dicit IESVS: Nō occides, nō mœchaberis, nō falsum testimo-

nũ dices, Honora patrẽ & matrẽ, & diliges próximũ tuũ tãquam te. Dicit illi iuuenis: Omnia ista obseruaui: Quid adhuc mihi deest? Dicit illi IESVS: Si uis perfectus esse, uade & uende omnia tua, & da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. Item illic: Cum uenerit filius hominis in manie ſtate ſua, & omnes Angeli cũ eo, tunc ſedebit in throno claritatis ſuæ, & colligentur ante eum omnes gentes. Et ſegregabit illos ab inuicẽ, quemadmodũ ſegregat paſtor oues ab hœdis. Et ſtatuet oues ad dexterã ſuam, hœdos autẽ ad ſiniſtrã. Tunc dicet rex eis, qui ad dexterã ſuã ſunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum eſt ab origine mundi. Eſuriui enim, et deditis mihi manducare. Sitiui, & potaſtis me. Hoſpes fui, & addixiſtis me. Infirmatus ſum, & uiſitaſtis me. In carcere fui, & ueniſtis ad me. Tunc reſpondebũt ei iuſti dicẽtes: Domine quãdo te uidimus eſurientẽ, & pauimus, ſitientẽ, & potauimus? Quãdo te uidimus hoſpitẽ, & adduximus: nudum, et operuimus? Quãdo autẽ te uidimus infirmũ, et in carcere, et uenimus ad te? Reſpõdẽs rex dicit: Amẽ dico uobis, quãm diu feciſtis uni horũ ex fratribus meis minimis, et mihi feciſtis. Tunc dicet illis, qui à ſiniſtris eius ſunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternũ, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare. Sitiui & non potaſtis me. Hoſpes fui, & non adduxiſtis me. Nudus fui, & non ueſtiſtis me. Infirmus & in carcere, & non uiſitaſtis me. tunc reſpondebunt & ipſi dicẽtes: Domine quando te uidimus eſurientẽ, aut ſitientẽ, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, et nõ miniſtrauimus tibi? Et reſpondebit illis: Amen dico uobis, quãm diu non feciſtis uni de minimis his, neq; mihi feciſtis. Et ibũt iſti in ambuſtionẽ æternam: Iuſti autem in uitam æternam. De hoc ipſo in Euã-

gelio autẽ Lucam: Res ueſtras uendite, & date eleemoſynam. Item illic: Qui fecit quod eſt intus, fecit quod et foris eſt. Verumtamen date eleemoſynam, et ecce uobis omnia ſunt munda. Item illic: Ecce dimidium ex ſubſtantia mea do egenis, & ſi cui quid fraudaui, quadruplum reddo. Dixit autem IESVS, quia ſalus hodie domui huic facta eſt, quoniam & ipſe filius eſt Abrahæ. De hoc ipſo ad Corinthios ſecunda: Vbera abundantia illorum inopiam ſuppleat, ut & illorum abundantia noſtræ inopiæ ſit ſupplementum, ut ſit æqualitas, ſicut ſcriptum eſt: Qui multum habuit, non abundauit, et qui modicum, non indiguit. Item illic: Qui parcè ſeminat, parcè & metet. Qui ſeminat in benedictionem, de benedictione metet. Vnuſquiſque autem ſicut corde propoſuit, non quaſi ex triſtitia, uel ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Item illic: Sicut ſcriptum eſt: Diſtribuit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in æternum. Item illic: Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit. Et multiplicabit ſemen ueſtrum, & auget incrementa frugum iuſtitiæ ueſtræ, ut in omnibus locupletemini. Item illic: Adminiſtratio huius officij non tantum ſuppleuit ea quæ ſanctis deſunt, ſed & abundauit per multas gratiarum actionem in Deum. De hoc ipſo in epiſtola Ioannis: Qui habuerit ſubſtantiam mundi, & uiderit fratrem ſuum deſiderantem, & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? De hoc ipſo in Euã-

gelio autẽ Lucam: Cum facis prandium aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neque fratres, neque uicinos, neque diuites, ne fortè & illi reuocent te, & fiat retributio tibi. Sed cum facis epulum, uoca pauperes, debiles, cœcos & claudos, & beatus eris, quoniam non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.

II.

In opere & eleemosynis, etiam si per mediocritatem minus fiat, ipsam uoluntatem satis esse in epistola Pauli ad Corinthios secunda: Si uolũtas prompta est, secundũ quodcunque habuerit, acceptabile est, non secundum quod non habuerit. 2.Cor.8. neq; sit alijs refrigerium, uobis pressura.

Agapen & dilectionem fraternam religiose & firmiter exercendam: apud Malachiam: Non'ne Deus unus condidit nos? Non'ne pater est unus omnium nostrum? Quid utique dereliquistis unusquisque fratrem suum? De hoc ipso Malach.2. κατὰ Ioannem: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Item illic: Hoc est mandatum meum ut diligatis inuicem, quemadmodum dilexi uos. Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Item illic: Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei nocabuntur. Item illic: Amen dico uobis, quoniam si duobus ex uobis conuenerit in terra de omni re, quamcunque petierint, continget uobis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim duo aut tres collecti in nomine meo, ego ibi sum. De hoc ipso ad Corinthios prima: Et ego quidem fratres non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Quasi infantibus in Christo, lac uobis potum dedi, non escã. Dũ enim adhuc pusilli eratis, nõ poteratis, sed nec nunc potestis. Adhuc enim estis carnales. Vbi enim inter uos zelus & contentiones, non'ne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Item illic: Et si habuero fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil proficio. Et si distribuero omnia mea, & si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil proficio. Charitas magnanima est. Charitas benigna est. Charitas non æmulatur. Charitas nõ agit perperam,

perperam, non inflatur, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniustitiam, conlætatur autem in ueritate. Omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquàm excidet. De hoc ipso ad Galatas: Diligis proximum tibi tanquam te. Si autem mordetis, & inuicem inuicem, uidete ne consummamini ab inuicem. De hoc ipso in epistola Ioannis: In hoc apparent filij Dei, & filij Diaboli. Omnis qui non est iustus, non est de Deo, & qui non diligit patrem suum & matrem suam: qui enim fratrem suũ odit homicida est, & scitis quia omnis homicida non habet uitam æternam. Item illic: Si quis dixerit, quoniam diligit Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet, Deũ quem non uidet, quomodo potest diligere? De hoc ipso in Actibus Apostolorum: Turba autem eorum qui crediderant, anima ac mente una erant, nec fuit inter illos discrimen ullum, nec quicquam suum indicabant ex bonis quæ eis erant, sed fuerunt illis omnia communia. De hoc ipso in Euangelio κατὰ Matthæũ: Si offeres munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque illic munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum ad altare. Item in epistola Ioannis: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Item illic: Qui dicit se in lumine esse & fratrem suũ odit, mendax est, & in tenebris adhuc usq; adhuc.

1.Ioan.3. Gal.5. 1.Ioan.3. Act.4. Matth.5. 1.Ioan.4.

IIII.

In nullo gloriandum quando nostrum nihil sit: in Euangelio κατὰ Ioannem: Non potest quicquam accipere, nisi datum illi fuerit de cœlo. Item in epistola Pauli ad Corinthios prima: Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis

Ioan.19. 1.Corin 5.

peris? Item in βασιλέων libro 1. Nolite gloriari neq; loqua-
mini elata, non procedat magniloquētia ex ore uestro, quia
Deus scientiarum Dominus. Item illic: Inualidus factus est ar-
cus potentum, & infirmi accincti sunt uirtute. De hoc ipso
in Machabæis: Iustum est subditum Deo esse, & mortalem
non paria Deo sentire. Item illic: Et uerba uiri peccatoris
ne timueris, quia gloria eius in stercore erit, & in uermes.
Hodie extolletur, & cras non inuenietur, quoniam conuersus est in terram suam & cogitatio eius perib-
it.

Humilitatem & quietem in omnibus tenendam. apud Esaiam sic dicit Dominus Deus: Cœlum mihi thronus, & terra scabellum pedum meorum. Quam mihi sedem ædificabitis, aut quis locus ad requiem mihi? Omnia enim ista manus mea, & sunt omnia mea. Et super quem aspiciam, nisi super humilem & quietem, & timentem uerbum meum? De hoc ipso in Euangelio κατὰ Matthæum: Beati mites, quoniam ipsi hæreditabunt terram. De hoc ipso κατὰ Lucam: Qui minimus fuerit in omnibus uobis, hic erit magnus. Item illic: Qui se extollit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. De hoc ipso ad Romanos: Non alta sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. De hoc ipso in psalmo nonagesimo tertio: Et humiles spiritu saluabit. Item ad Romanos: Reddite omnibus quæ debentur: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Item in Euangelio κατὰ Matthæum: Deligunt primum recumbendi locum in cœnis, & primam sessionem in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi. Vos autem ne uocaueritis rabbi. Vnus est enim

uobis magister. Item in Euāgelio κατὰ Ioannē: Non est seruus maior Domino suo, neq; Apostolus maior eo qui se misit. Hæc scientes beati eritis, si feceritis ea. Item in psalmo 81. humilem & pauperem iustificate. VI.

Bonos quosque & iustos plus laborare, & tolerare debere, quia probantur, apud Salomonem: Vas figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Item in psalmo 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non spernet. Item in psalmo 33. Proximus est Dominus contribulato corde, & humiles spiritu saluabit. Item illic: Multa flagella iustorum, & ex omnibus illis liberauit illos Dominus. De hoc ipso apud Iob: Nudus exiui de utero matris meæ, nudus ego ibo sub terrā: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. In his omnibus non contigerunt ei, nihil peccauit Iob labijs suis in conspectu Domini. De hoc ipso in Euangelio κατὰ Matthæum: Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. Item κατὰ Ioannem: Hæc loquutus sum uobis, ut in me pacem habeatis, in mundo autem pressuram habebitis, sed fidite, quoniam ego uici mundum. De hoc ipso ad Corinthios 2. Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus satanæ, qui me colaphizet, ne me extollat. Propter quod ter Dominum rogaui, ut discederet à me. Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. De hoc ipso ad Romanos: Gloriamur in spe claritatis Dei: Non solum autem, sed & gloriamur in pressuris, scientes quoniam pressura tolerantiam operatur, tolerantia probationem, probatio autem spem. Spes autem non confundit, quia dilectio Dei infusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. De hoc ipso κατὰ Matthæum, Quàm lata & spatiosa

sa uia est quæ ducit ad interitum, & multi sunt qui intrant per eam! Quàm arcta & angusta uia est, quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui eam inueniunt! De hoc ipso in Tobiæ
Tob.2. Vbi sunt iustitiæ tuæ? ecce quæ pateris. Item in sapientia Sa-
Eccl.3. lomonis: In locis impiorum gemunt iusti, in illorum autem
perditionem abundabunt iusti.

Non contristandum spiritum sanctum, quem accepimus

Ephes.4. apud Ephesios: Nolite contristare spiritum sanctum Dei,
in quo signati estis, in die redemptionis. Amaritudo, &
ira, & indignatio, & clamor, & blasphemiæ auferantur a
uobis.

VII.

Iracundiam uincendam esse, ne cogat delinquere: apud Sa-

Proverb.16. lomonem in Parœmijs: Melior est uir patiens forti. Qui
enim iracundiam contemnit, melior est, quàm qui urbem ca-
pit. Item illic: Imprudens in eadem die nuntiat iram suam,
absconde autem inhonorationem suam astutus. De hoc ipso

Ephe.4. ad Ephesios: Irascimini & nolite peccare. Sol non oc-
Matth.5. dat super iracundiam uestram. Item in Euangelio se-
cundum Matthæum: Audistis quia dictum est antiquis, non occides,
qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico uobis,
quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudi-
cio.

IX.

Gal.6. Inuicem se fratres sustinere debere, ad Galatas: In con-
templationem habentes unusquisque, ne & uos contem-
mini. Alterutrum onera sustinete, & sic adimplebitis legem
Christi.

X.

In Deum solum fidendum esse & in ipso gloriandum.

Hiere.9. Apud Hieremiam: Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec
glorietur dives in diuitijs suis, & fortis in fortitudine sua,
sed in hoc glorietur, qui gloriatur intelligere & nosse quo-
niam ego sum Deus, qui facio misericordiam, & iudicium

& iustitiam super terram, quoniam in his est uoluntas mea,
dicit dominus. De hoc in psalmo 54. In domino speraui, non
timebo quid faciat mihi homo. Item illic: Non nisi Deo soli
subdita est anima mea. Item in psalmo 117. Non metuam
quid faciat mihi homo, dominus mihi auxiliator est. Item il-
lic: Bonum est confidere in Dominum, quàm fidere in homi-
nem. Bonum est sperare in Dominum, quàm sperare in prin
cipes. De hoc ipso apud Danielem: Responderunt autem

Dan.3. Sidrac, Misac, & Abdenago Nabuchodonosor regi: Rex
non opus est nobis de hoc sermone respondere tibi. Est enim
Deus cui nos seruimus, potens eripere nos de camino ignis
ardentis, & de manibus tuis liberabit nos. Et si non: notum
sit tibi rex, quia dijs tuis non seruimus, & imaginẽ auream
quam statuisti, non adoramus. Item apud Hieremiam: Ma-

Hiere.17. ledictus homo qui spem habet in homine, & benedictus ho
mo qui fidet in Domino, & erit in Deum spes eius. De hoc
ipso in Deuteronomio: Dominum Deum tuum adorabis,

Deut.6. & illi soli seruies. De hoc ipso ad Romanos: Et coluerunt

Roma.1. & seruierunt creaturæ relicto creatore, propter quod
& tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. De hoc
ipso apud Ioannem: Maior est qui in uobis est, quàm qui in
mundo.

XI.

Eum qui fidem assequutus est exposito priore homine,
debere tantum & spiritualia cogitare debere, nec atten-
dere ad seculum, cui iam renũtiauimus, apud Esaiam: Quæ-

Esa.55. rite Dominum, & cum inueneritis inuocate eum. Cum au-
tem appropinquauerit uobis, relinquat impius uias suas, &
uir iniquus cogitationes suas, & conuertatur ad Domi-
num, & misericordiam consequetur, quia in multum re-
mittet peccata uestra. De hoc ipso apud Salomonem: Vidi

Eccl.1. uniuersa opera quæ facta sunt sub sole, & ecce omnia ua-

nitas. De hoc ipso in Exodo: Sic autem comedetis illum.
Exodi 12. Lumbi uestri præcincti, & calciamenta uestra in pedibus
uestris, & baculi uestri in manibus uestris, & edetis eum
festinanter, pascha Domini est. De hoc ipso in Euangelio
Matth. 6. κατὰ Matthæum: Nolite cogitare dicentes, quid edemus,
aut bibemus, aut quid uestiemur? hæc enim nationes inqui-
runt. Scit autem pater uester, quia horum omnium indi-
tis. Quærite primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc o
mnia ista apponentur uobis. Item illic: Nolite cogitare in
crastinum. Crastinus enim dies ipse cogitabit sibi. Sufficit
diei malitia sua. Item illic: Nemo retro attendens & super-
ponens manum suam super aratrum, aptus est regno Dei.
Item illic: Aspicite uolatilia cœli, quoniam non seminant, neq;
metunt, neq; colligunt in horrea, & pater uester cœlestis
Luc. 12. pascit illa. Non uos pluris estis illis? De hoc ipso κατὰ Lu-
cam: Sint lumbi uestri accincti, & lucernæ ardentes. Et uos
similes hominibus expectantibus dominum suum quando
ueniat à nuptijs, & cum uenerit & pulsauerit, aperiant illi.
Felices serui illi, quos adueniens dominus inuenerit uigi-
Matth. 8. lantes. De hoc ipso apud Matthæum: Vulpes foueas habent,
& uolucres cœli diuersoria, filius autem hominis non habet
ubi caput suum inclinet. Item illic: Qui non renuntiat omni-
bus, quæ sunt eius, non potest meus discipulus esse. De hoc
1. Cor. 6. ipso ad Corinthios 1. Non estis uestri, empti enim estis pre-
tio magno, clarificate, & portate Deum in corpore uestro.
Item illic: Tempus collectũ: superest ergo ut qui habent uxo-
res quasi nõ habentes sint, & qui plangunt quasi non plan-
gentes, & qui gaudent quasi non gaudentes, & qui emunt
quasi non ementes, & qui possident quasi non possidentes,
1. Cor. 13. & qui hoc mundo utuntur quasi non utantur. Præterit
enim figura huius mundi. Item illic: Primus homo de terra

limo, secũdus homo de cœlo. Qualis ille è limo, tales & qui
è limo: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Quomodo por
tamus imaginem eius qui de limo est, portemus & imagi-
nem eius qui de cœlo est. De hoc ipso ad Philippẽses: Omnes Philipp. 2.
quæ sua quærunt, & non quæ sunt Christi, quorum finis est in-
teritus, quorum Deus est uenter, & gloria in confusionem
eorum qui terrena sapiunt. Nostra autem cõuersatio in cœ-
lis est, unde & saluatorem expectamus Dominum nostrum
IESVM Christum qui transformauit corpus humilitatis
nostræ, conformatum corpori claritatis suæ. De hoc ipso ad
Galat. 6. Galatas: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini
nostri IESV Christi, per quem mihi mundus crucifixus
est, & ego mundo. De hoc ipso ad Timotheum: Nemo mi- 2. Tim. 2.
litans Deo obligat se molestijs secularibus, ut possit placere
ei cui se probauit. Sed & si certauerit quis, non coronabi-
tur nisi legitimè pugnauerit. De hoc ipso ad Colossenses: Si Coloss. 2.
mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid tanquam
uiuentes in mundo uana sectamini? Item de hoc ipso: Si uerè
conresurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Chri-
stus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non
quæ terrena sunt. Mortui enim estis, & uita uestra absco-
dita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparue-
rit uita uestra, tunc & uos cum eo apparebitis in gloria.
De hoc ipso ad Ephesios: Exponite prioris conuersationis Ephes. 4.
ueterem hominem qui corrumpitur secundum concupiscen
tias deceptionis. Innouamini autem spiritu sensus uestri, &
induite nouum hominem, qui secundum Deum constitutus
est in iustitia, & sanctitate & ueritate. De hoc ipso in epi-
stola Petri: Quasi hospites & aduenæ, & peregrini absti- 1. Petr. 2.
nete uos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus ani-
mam: conuersationem autem habentes inter gentes bonam,

ut dum uniuersi detractant de uobis, quasi de malignis, bona opera uestra aspicientes magnificent Deum. De hoc ipso

1. Ioan. 2. in epistola Ioannis: Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulauit, & ille ambulare. Item illic: Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in illo. Quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quæ nõ est à patre, sed ex concupiscentia seculi, & mundus transibit & concupiscentia eius. Qui autem fecerit uoluntatem Dei patris manet in æternum, quomodo & Deus manet in æternum.

1. Cor. 5. Item in epistola Pauli ad Corinthios prima: Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Nam & pascha nostrum immolatus est Christus: Itaq; festa celebremus non in fermento ueteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis. XII.

Eccl. 23. Non iurandum, apud Salomonem: Multum iurans replebitur iniquitate, & non discedet à domo eius plaga, & si nè iurauerit non iustificabitur. De hoc ipso κατὰ Matthæum: Dico uobis non iurare in toto. Sit autem sermo uester, est est, non non. De hoc ipso in Exodo: Non accipies nomen domini Dei tui in uanum. XIII.

Matth. 5. Exod. 20. Exod. 22. Non maledicendum, in Exodo: Non maledices, neq; principi populi tui detraxeris. Item in psalmo tricesimosecundo: Quis est homo qui uult uitam, & cupit uidere dies bonos? Contine linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. De hoc ipso in Leuitico: Et loquutus est dominus ad Moysen, dicens: Produc eum foras, qui maledixerit, extra castra, & imponent omnes qui audierint, manus suas super caput eius, & lapidabit eum omnis synagoga filiorum Israël. De hoc ipso in epistola Pauli ad Ephesios: Omnis se-

Leuitici 24. Ephes. 4.

mo malus de ore uestro non procedat, sed bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. De hoc ipso ad Romanos: Benedicentes, non maledicentes. De hoc ipso in euangelio κατὰ Matthæum: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit in gehẽnam ignis. De hoc ipso κατὰ Matthæum: Dico autem uobis quia omne uerbum otiosum quod loquuti fuerint homines, reddent pro eo rationem in die iudicij. De sermonibus enim tuis iustificaberis, & de sermonibus tuis condemnaberis. XIIII.

Rom. 12. Matth. 5. & 12.

Nunquàm musitandum, sed circa omnia quæ accidunt, benedicendum Deum, apud Iob: Dic uerbum aliquod in Iob 2. eum & morere. At ille intuitus eam dixit: Tanquam una ex ineptis mulieribus loquuta es: Si bona accipiamus de manu domini, mala cur non tolerabimus? In his omnibus quæ acciderunt, nihil peccauit Iob labijs suis in conspectu Domini. Item illic: Animaduertisti in puerum meum Iob? non enim similis est illi quisquam in terris, homo sine querela, uerus Dei cultor, abstinens se ab omni malo. De ipso in psalmo tricesimotertio: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Item in Nume- Num. 11. ris: Desinat murmuratio eorum à me, & non morientur. Act. 16. Item in actibus Apostolorum: Circa autem mediam noctem Paulus & Silas orantes gratias agebant Deo, audiebant autem eos uincti. Item in epistola Pauli ad Philippenses: Philip. 2. Omnia autem pro delectatione facite, sine murmurationibus & reputationibus, ut sitis sine querela, & immaculati filij Dei. XV.

Ad hoc tentari homines à Deo ut probentur: in Genesi: Gen. 22. Tentauit Deus Abraham, & dixit ad illum: Accipe filium tuum unicum quem diligis Isaac, & uade in terram, & offer illum ibi in holocaustum hostiam, in unum ex mon-

Deut.13. tibus de quo dixero tibi. De hoc ipso in Deuteronomio:
Tentat Dominus Deus uester uos, ut sciat, si diligitis Domi-
num Deum uestrum ex toto corde uestro, & ex tota ani-
Sapien.3. ma uestra. De hoc ipso in Sapientia Salomonis: Et si coram
hominibus tormenta paßi sunt, spes eorum immortalitate
plena est, & in paucis uexati, in multis bene disponentur,
quoniam Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se. Tan-
quam aurum in fornace probauit illos, & quasi hostiæ ho-
locausta accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.
Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regna-
1.Mach.2. bit Dominus eorum in perpetuum. De hoc ipso in Macha-
bæis: Abraham non'ne & in tentatione inuentus est fidelis,
& deputatum est ei ad iustitiam? XVI.
Prouer.14. De bono martyrij, in Sapientia Salomonis: Liberat de
Sapien.5. malis animam martyr fidelis. Item illic: Tunc stabunt iusti
in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, &
qui labores eorum diripuerunt. Videntes turbabuntur ti-
more horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ sa-
lutis, dicentes inter se pœnitentiam habentes, & per angu-
stiam spiritus gementes: Hi sunt quos aliquando habuimus
in derisum & in similitudinem improperij. Nos insensati
uitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine
honore. Quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter
sanctos sors illorum est? Ergo errauimus à uia ueritatis, &
iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol non est ortus nobis.
Lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis, & ambula-
uimus solitudines difficiles, uiam autem Domini ignorau-
imus. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum ia-
ctatio contulit nobis? transierunt omnia ista sicut umbra.
Psal.125. De hoc ipso in psalmo 115. Pretiosa in conspectu Domini
mors sanctorum eius. Item illic: Qui seminant in lacrymis, in

gaudio metent. Et ambulantes ambulabant, & plora-
bant mittentes semina sua. Venientes autem uenient, in ex-
ultatione colligentes gramina sua. De hoc ipso in Euange-
lio κατὰ Ioannem: Qui amat animam suam perdet illam, Ioan.12.
& qui odit animam suam in isto seculo, in uitam æternam
inueniet illam. Item illic: Cum autem tradiderint uos, no- Matth.10.
lite cogitare quid loquamini: non enim uos estis qui loqui-
mini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Item Ioan.16.
illic: Veniet hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur
obsequium se Deo facere. Sed & hoc facient, quoniam non
cognouerunt patrẽ neq; me. De hoc ipso apud Matthæum: Matth.5.
Beati qui persecutionem paßi fuerint propter iustitiam,
quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Item illic: Ne ti-
nueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non pos-
sunt occidere. Magis autem metuite eum, qui potest ani-
mam, & corpus perdere in gehennam. Item illic: Qui-
cunq; me confessus fuerit coram hominibus, & ego confi-
tebor illum coram patre meo qui in cœlis est. Qui autem
me negauerit coram hominibus, & ego negabo eum co-
ram patre meo qui in cœlis est. Qui autem sustinuerit usq;
in finem, hic saluus erit. De hoc ipso κατὰ Lucam: Beati Luc.6.
eritis cum oderint uos homines, & separauerint uos, &
expulerint, & maledixerint nomini uestro quasi nequam
propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate,
ecce enim merces uestra multa est in cœlis. Item illic: Amen Luc.18.
dico uobis, nemo est, qui relinquat domum, aut parentes,
aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei,
& non recipiat septies tantum in isto tempore, in seculo
autem futuro uitam æternam. De hoc ipso in Apocalypsi: Apoc.6.
Et cum aperuissem quintum signum, uidi sub ara Dei ani-
mas occisorum propter uerbum Dei, & martyrium suum,

& clamauerunt magna uoce dicentes: Quousq; Domine uerus & sanctus, non iudicas, & uindicas sanguinem nostrum de his qui in terris inhabitant? Et datæ sunt singulis stolæ albæ, & dictum est eis, ut quiescerent adhuc breui tempore, donec impleatur numerus conseruorum, & fratrum eorum, quiq; postea occidentur exemplo ipsorum. Item illic: Post hæc uidi turbam multam, quam dinumerare ex his nemo poterat, ex omni gente, & ex omni tribu, & ex omni populo & lingua, stantes in conspectu throni, & in conspectu agni, & erant amicti stolis albis, & palmæ fuerunt in manibus eorum, & magno clamore dicebant: Laus Deo nostro sedenti super thronum, & agno. Et respondit unus de senioribus, dicens mihi: Qui amicti sunt stolas albas, qui sunt & unde uenerunt? Et dixi ei: Domine mi tu scis. Et ait mihi: Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni, ideo sunt in conspectu throni Dei, & seruiunt ei diebus & noctibus in templo eius. Et is qui sedet in throno habitabit super eos neque esurient, neque sitient unquam, sed neque sol super eos cadet, neq; ullum æstum patientur. Quoniam agnus qui in medio throni est, reget eos, & deducet eos ad fontem aquæ uiuæ, & absterget Deus omnem lacrymam ex oculis eorum. Item illic: Qui uincet dabo illi edere ex omni ligno uitæ, quod est in paradiso Dei mei. Item illic: Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Beati erunt, qui uigilabunt, & seruabunt uestimenta sua, ne nudi ambulent, & uideant turpitudinem suam. De hoc ipso ad Timotheum in secunda: Ego iam delibor, & tempus *al's, agonem instat assumptionis, bonum * certamen certaui, cursum perfeci, fidem seruaui, iam supereſt mihi corona iustitiæ, quam

Apoc. 7.

Apoc. 2.

2. Timoth. 4.

ipsum mihi reddet Dominus in illo die iudex iustus: non solum autem mihi, sed & omnibus qui dilexerunt aduentum eius. De hoc ipso ad Romanos: Sumus filij Dei: si autem filij & hæredes Dei, cohæredes autem Christi. Si quidem compatiamur, & commagnificemur. De hoc ipso Psalmo centesimo decimooctauo: Beati qui immaculati sunt in uia, & qui ambulant in uijs Domini. Beati qui perscrutantur testimonia eius. Rom. 8.

XVII.

Minora esse quæ in seculo patimur, quàm sit præmium quod promissum est, in epistola Pauli ad Romanos: Nõ sunt condignæ passiones huius temporis, ad superuenturã claritatem, quæ reuelabitur in nobis. Rom. 8.

XVIII.

Dilectioni Dei & Christi nihil præponendũ, in Deutero nomio: Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, et ex tota uirtute tua. In Euangelio κατὰ Matthæũ: Qui amat patrem aut matrẽ super me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiã super me, non est me dignus: & qui nõ accipit crucẽ suam, et sequitur me, non est meus discipulus. Item ex epistola Pauli ad Romanos: Quis nos separabit à charitate Christi. pressura, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? sicut scriptum est: Quoniam propter te occidimur tota die, deputati sumus ut oues uictimæ. sed in his omnibus superuincimus, propter quod dilexit nos. Deut. 6. Matth. 10. Rom. 8. Psal. 43.

XIX.

Voluntati non nostræ, sed Dei obtemperandum, in Euangelio κατὰ Ioannem: Non descendi de cœlo, ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit. De hoc ipso κατὰ Matthæum: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste, ueruntamen non quod ego uolo, sed quod tu. Item in prece quotidiana: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra. Item κατὰ Matthæum: Non omnis qui dicit Ioan. 6. Matth. 25. Matth. 7.

dicit mihi Domine Domine, introibit in regnum cœlorum,
sed is qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse
Luc.12. introibit in regnum cœlorum. Item κατὰ Lucam: Ille autem
seruus qui cognoscit uoluntatem Domini sui, & non parue-
rit uoluntati eius, uapulabit multis. Item in epistola Ioānis:
1.Ioan.2. Qui autem fecerit uoluntatem Dei manet in æternum, quo-
modo & ipse manet in æternum. XX.

Fundamentum & firmamentum spei, & fidei esse timo-
rem, in psalmo cētesimo decimo: Initium sapientiæ timor Do-
Eccl.1. mini. De hoc ipso in sapientia Salomonis: Initium sapientiæ,
Prouerb. 28. metuere Dominum. In Parœmijs eiusdem: Beatus est homo
qui ueretur omnia per metum. De hoc ipso apud Esa-
Esa.66. iam: Et super quem alium respiciam, nisi super humi-
lem, & quietum, & trementem sermones meos? De hoc
Gen.22. ipso in Genesi: Et uocauit eum angelus Domini de cœlo,
& dixit illi: Abraham. Ille autem dixit: Ecce ego. Et di-
xit: Noli inijcere manum tuam in puerum, neq; feceris illi
quicquam. Nunc enim cognoui, quoniam times Deum tuum
& non pepercisti filio tuo dilectißimo propter me. Item in
psalmo 2. Seruite Domino in timore, & exultate cum tre-
more. Item in psalmo 33. Timete Dominum omnes sancti
eius, quoniam non est inopia eis qui eum metuunt. Item in
psalmo 18. Timor Domini castus perseuerans in secula secu-
lorum. XXI.

Non temere de altero iudicandum, in Euangelio κατὰ
Luc.6. Lucam: Nolite iudicare, ne iudicemini: nolite condemnare,
Rom.14. ne comdemnemini. De hoc ipso ad Romanos: Tu quis es qui
iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit: stabit
autem, potens enim Deus statuere eum. Et iterum: Quare
*al's, inexcusabilis * in excusatione es ô homo? in quo enim iudicas alium, te
ipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Speras
autem

autem tu qui iudicas eos qui mala agūt, et eadem facis, quia
ipse es fugiens iudicium Dei? Item in epistola ad Corinthios 1.Cor.10.
prima: Et qui se sperat stare, uideat ne cadat. Et iterum: Si
quis se putat scire aliquid, dum non scit quemadmodum o-
porteat. XXII.

Accepta iniuria remittendum & ignoscendū, in Euāge-
lio in prece quotidiana: Remitte nobis debita nostra, sicut et Matth.6.
nos remittimus debitoribus nostris. Item κατὰ Marcum: Et Mar.11.
cum steteritis ad orationem, remittite si quid habetis aduer-
sus aliquem, ut & pater noster qui in cœlis est, remittat uo-
bis peccata uestra. Item illic: In qua mensura mensi fueritis, Ibidem 4.
in ea remetietur uobis. XXIII.

Vicem malis non reddendam, in epistola Pauli ad Roma-
nos: Nemini malum pro malo reddentes. Item illic: Noli Rom.12.
uinci à malo, sed uince in bono malum. De hoc ipso in Apo-
calypsi: Et dixit mihi, ne signaueris uerba prophetiæ libri Apoc.22.
huius, quia iam tempus in proximo est, & hi qui perseuerāt
nocere, noceant, & qui in sordibus est, sordescat: iustus au-
tem adhuc iustiora faciat, similiter et sanctus sanctiora. Ecce
uenio citò, & merces mea mecum est, reddere unicuiq; se-
cundum facta sua. XXIIII.

Non posse ad patrē peruenire, nisi per filium eius Iesum
Christum, in Euangelio κατὰ Ioannē: Ego sum uia, ueritas, Ioan.14.
& uita: nemo uenit ad patrē nisi per me. Item illic: Ego sum Ioan.10.
ianua, per me si quis introierit, saluabitur. XXV.

Ad regnū Dei, nisi baptizatus, et renatus quis fuerit, per
uenire non posse, in Euangelio κατὰ Ioannem: Nisi quis re- Ioan.3.
natus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in
regnum Dei. Quod enim natū est de carne, caro est: et quod
natum est ex spiritu, spiritus est. Item illic: Nisi ederitis car- Ibid.6.
nem filij hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis
uitam

uitam in uobis.

Parum esse baptizari, et Eucharistiam accipere, nisi quis factis, & opere perficiat, in epistola Pauli ad Corinthios:

1.Cor.9. Nescitis quia qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, unus tamen accipit palmam? Sic currite, ut occupetis: & illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos uero incorruptam. In Euangelio κατὰ Matthæum: Omnis arbor

Matth.3. & 7. non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Item illic: Multi mihi dicent in illa die: Domine Domine, non'ne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia exclusimus, & in tuo nomine uirtutes magnas fecimus? Et tunc dicam illis: Nequaquam uos uidi, recedite a me qui operamini iniquitatem. Item illic: Luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant bona opera uestra,

Matth.5. & clarificent patrem uestrum qui in cœlis est. Item Paulus ad Philippenses: Lucete sicut luminaria in mundo,

Philip.2. nus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Item in epistola Pauli ad Corinthios: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? si quis templū Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. De hoc ipso in Paralipomenis:

2.Paral.15. Dominus uobiscum est, dum estis uos cum ipso: si dereliqueritis eum, derelinquet uos.

XXVII.

Nō posse in ecclesia remitti ei qui in Deum deliquerit, in

Matth.12. Euangelio κατὰ Matthæum: Qui dixerit uerbum aduersus filium hominis, remittetur illi: qui autem dixerit aduersus spiritum sanctū, non remittetur illi, neq; in isto seculo, neq; in futuro. Item κατὰ Marcum: Omnia peccata remittentur filijs hominum & blasphemiæ: qui autem blasphemauerit in spiritum

spiritum sanctum, nō remittetur illi, sed reus erit æterni peccati. De hoc ipso in βασιλέων primo: Si delinquendo peccet uir aduersus uirum, orabunt pro eo Dominum: si autem in Dominum peccet homo, quis exorabit pro eo?

XXIX.

De odio nominis antè prædictū, in Euāgelio κατὰ Lucā: Eritis odibiles omnibus hominibus propter nomen meū. Luc.21.
Item κατὰ Ioannem: Si seculum uos odit, scitote quoniā me Ioan.15.
prius odit: si de seculo essetis, seculū quod suum est amaret: sed quia de seculo non estis, et elegi uos de seculo, propterea odit uos seculum. Mementote sermonem quem dixi uobis: Non est maior Domino suo seruus: si me persecuti sunt, & uos persequentur.

XXX.

Quod quis Deo uouerit, citò reddendū, apud Salomonē: Quod uoueris uotū Domino, ne morā feceris reddere illud. De hoc ipso in Deuteronomio: Si autem uoueris uotū Domi Deut.23.
no Deo tuo, non tardabis reddere illud, quia inquirens quæret illud Deus tuus à te, & erit in peccatum: ea quæ egredientur per labia tua, obseruabis, & facies donum quod locutus es ore tuo. De hoc ipso in Psalmo quadragesimonono: Sacrifica Deo sacrificium laudis, et redde altissimo uota tua & inuoca me in die pressuræ, & eximam te, & clarificabis me. De hoc ipso in actibus Apostolorum: Cur impleuit Satanas Act.5.
cor tuum mentiri te spiritui sancto, cum esset fundus in tua potestate? Non hominibus mentitus es, sed Deo. Item apud Hieremiam: Maledictus qui facit opera Domini negligenter. Hierem.48.

XXXI.

Eum qui non crediderit, iam iudicatum esse, in Euāgelio κατὰ Ioannem: Qui non crediderit, iam iudicatus est, Ioan.3.
quia non credidit in nomine unici filij Dei. Hoc autem est iudicium, quoniam lux uenit in seculum, & magis dilexerunt homines tenebras quàm lucē. De hoc ipso in Psalmo

1.Propt

1. Propterea non resurgent impij in iudicio, neq; peccatores in consilio iustorum.

XXXII.

Gen.3. De bono uirginitatis, & cõtinentiæ, in Genesi: Multiplicans multiplicabo tristitias tuas, & gemitus tuos, & in tristitia paries filios, & erit conuersio tua ad uirum tuum, & Matth.19. ipse tui dominabitur. De hoc ipso in Euangelio κατὰ Matthæum: Non omnes capiunt uerbum, sed illi quibus datum est, Sunt enim spadones, qui ex utero matris nati sunt: & sunt spadones, qui coacti sunt ab hominibus: & sunt spadones, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Luc.20. Qui potest capere, capiat. Item κατὰ Lucam: filij seculi huius generant & generantur, qui autem habuerint dignationem seculi illis, & resurrectionem à mortuis non ducent uxores, neq; nubũtur. Neq; enim incipient mori, æquales enim sunt angelis Dei. cum sint filij resurrectionis. Resurgere autem mortuos Moyses significat, quomodo dicit in rubo: Dominus Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, non est Deus mortuorum, sed uiuorum, omnes enim illi uiuunt. 1.Cor.7. De hoc ipso in epistola Pauli ad Corinthios prima: Bonum est hominem mulierem non contingere, propter fornicationem autem unusquisq; uxorem habeat suam, & unaquæq; uirum suum habeat. Vxori uir debitum reddat, similiter & uxor uiro. Vxor corporis sui potestatem non habet, sed uxor: similiter & uir corporis sui potestatem non habet, sed uxor. Nolite fraudare inuicem, nisi ex conuentione ad tempus, ut uacetis orationi. Et iterum reuertamini in idipsum, ne tentet uos Satanas propter incontinentiam. Hoc dico secundum consilium, non secundum imperium: uolo autem omnes homines esse, sicut & me: sed unusquisque proprium habet charisma à Deo, alius sic, alius autem sic. Item illi Ibidem. Cœlebs cogitat quæ sunt Domini, quomodo placeat Deo.

Qui autem matrimonium contraxit, cogitat ea, quæ sunt mundi huius, quomodo placeat uxori: sic & mulier, & uirgo innupta cogitat ea, quæ sunt Domini, ut sit sancta corpore, & spiritu: quæ autem nubit, cogitat ea quæ sunt mundi huius, quomodo placeat uiro. De hoc ipso in Exodo: Cum Exod.15. præcepisset Deus Moysi, ut sanctificaret populum in diem tertium, sanctificauit ille, & adiecit: Estote parati tribus diebus, non accedentes ad mulieres. De hoc ipso in βασιλειῶν primo: Et respondit sacerdos ad Dauid, & dixit: Nõ sunt panes profani in manu mea, nisi panis sanctus unus: si obseruati sunt pueri à muliere, manducabũt. Item in Apocalypsi: Apoc.14. Hi sunt qui cum mulieribus non coinquinauerunt, uirgines enim permanserunt: hi sunt qui sequuntur agnum quocunq; abierit.

XXXIII.

Nihil patrem iudicare, sed filium: & patrem ab eo nõ honorificari, à quo non honorificetur & filius, in Euangelio secundum Ioannem: Nihil pater iudicat, sed iudicium omne Ioan.9. dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui nõ honorificat filium, non honorificat patrem qui eum misit. Item in Genesi: Et pluit Dominus à Domino super Sodomam & Gomorram sulphur, & ignem de cœlo. Gen.19. Item in psalmo 70. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Iudicare populum in tuam iustitiam.

XXXIIII.

Fidelem gentiliter uiuere non oportere, apud Hieremiã: Hiere.7. Hæc dicit Dominus, Secundum uiam gentilium non ambuletis. De hoc ipso quòd segregare se quis debeat à gentilibus, ne sit socius culpæ, & fiat particeps plagæ, in Apocalypsi: Et audiui aliam uocem de cœlo dicentem: Exi de ea Apoc.18. populus meus, ne particeps sis delictorum eius, & ne præ-ripiaris plagis eius: quoniam delicta eius usque ad cœ-

lum

lum peruenerunt, & meminit Dominus Deus iniquitatum eius. Ideo reddet ei dupla, & in quo poculo miscuit duplum remistum est ei: sed inquantum se clarificauit, & delicias habuit, intantum datur ei & cruciatus, & luctus: quoniam in corde suo dicit: Regina sum, & uidua esse non possum, nec luctus uisura sum: propterea una hora plagæ eius adueniunt mors, luctus & fames, & igni cremabitur: quia fortis est Dominus Deus, qui eam iudicabit. Et flebunt & plangent se in ea reges terræ, quia cum ea fornicati sunt, & in

Esa.52. delictis conuersati sunt. Item apud Esaiam: Exite de medio eorum, qui fertis uasa Domini.

XXXV.

Deum ad hoc patientem esse, ut nos pœniteat peccati nostri, ut reformemur, apud Salomonem in Ecclesiastico: Ne

Eccles.5. dixeris, peccaui, & quid accidit mihi triste? est enim altissimus patiens redditor. Item ad Romanos: An nunquid opu-

Rom.2. lentiam bonitatis eius, & sustinentiam, & patientiam contemnis, ignorans quia bonitas Dei in pœnitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam tuam, & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei: qui reddet unicuique secundum opera sua.

XXXVI.

Mulierem ornari seculariter non debere, in Apocalypsi. Et uenit unus ex septem angelis habentibus phialas, & aggressus est me, dicens: Veni ostendam tibi damnationem me-

Apoc.17. retricis magnæ, sedentis super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ. Et uidi mulierem sedentem super bestiam, & mulier illa amicta erat pallium purpureum, & coccineum, & adornata erat auro: & lapidibus pretiosis, & margaritis, tenens poculum aureum in manu sua plenum execrationum, & immunditiæ, & fornicationis totius terræ. Item ad Timotheū: Sint mulieres

1.Tim.2. uestitu cum uerecundia, & pudicitia componentes se: non

tortis crinibus, neq; auro, neq; margaritis, aut uestis pretiosa: sed ut decet mulieres promittentes castitatem per bonam conuersationem. De hoc ipso in epistola Petri ad Ponticos: 1.Petr.3.

Non muliere non exterior ornamenti, aut auri, aut uestis cultus, sed cultus cordis. Item in Genesi: Thamar cooperuit Gen.38.

se pallio, & adornauit: & cum aspexisset eam Iudas, uisum est meretricem esse.

XXXVII.

Fidelem non oportere ob alia delicta, nisi ob nomen so-

lum puniri, in epistola Petri ad Ponticos: Ne quisquam 1.Pet.4. horum tanquam fur, aut homicida patiatur, aut tanquam maledicus, aut curas alienas agens, sed tanquam Chri-

stianus.

XXXVIII.

Rerum Dei innocentem esse debere, ne incidat in potestatem secularem, in epistola Pauli ad Romanos: Vis non Rom.13. timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ab ea.

XXXIX.

Datum nobis esse exemplum uiuendi in Christo: Chri- 1.Pet.2. stus enim passus est pro nobis, relinquens exemplum uobis, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non minabatur: tradebat autem iudicanti iniuste. Item Paulus ad Philippenses: Qui in si- Philip.2. militudine Dei cōstitutus, non rapinā arbitratus est esse se æqualem Deo: sed se inaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominis factus, in habitu inuentus est homo. Humiliauit se, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, & terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus in gloria est

Ioan.13. Dei patris. De hoc ipso in Euangelio κατὰ Ioannem: Si ego laui pedes uestros Dominus & magister, & uos debetis alterutrum lauare. Exemplum enim dedi uobis, ut sicut ego feci, & uos alijs faciatis.

XL.

Non iactanter, nec tumultuose operandum, in Euangelio κατὰ Matthæum: Nesciat sinistra quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito: & pater tuus qui uidet in abscondo, reddet tibi. Item illic: Cum facis eleemosynam, noli tumultuare quomodo hypocritæ faciunt in uicis & in synagogis, ut clarificentur ab hominibus. Amen dico uobis, compleuerunt mercedem suam.

Matth.6.

XLI.

Inepte & scurriliter non loquendum, in epistola Pauli ad Ephesios: Stultiloquium & scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, nec nominentur quidem in uobis.

Ephes.5.

XLII.

Fidem tantum prodesse, & tantum nos posse, quantum credimus, in Genesi: Et credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Item apud Esaiam: Et si non credideritis, neq; intelligetis. Item in Euangelio κατὰ Matthæum: Modicæ fidei quare dubitasti? Et iterum: Si habueritis fidem quasi granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc illuc, & transibit: & nihil impossibile erit uobis. Item κατὰ Marcum: Omnia quæcunq; oratis & petitis, credite quia accipietis, & erunt uobis. Et iterum: Omnia possibilia credenti. Item in Abacuc: Iustus autem ex fide mea uiuet. Item in Daniele: Ananias, Azarias, Misahel credentes Deo liberati sunt de flamma.

Gen.15. Esa.7. Matth.14. Mar.11. Abac.2. Dan.3.

XLIII.

Posse eum statim consequi qui crediderit uere, in Actibus Apostolorum: Ecce aqua, quid est quod me impedit baptizari? Tunc dixit Philippus: Si credis ex toto corde tuo, licet.

Act.8.

XLIV.

Fideles inter se disceptantes, non debere gentilem iudicem

reperiri, in epistola Pauli ad Corinthios prima: Audet quisquam uestrum aduersus alterum negotium habens disceptare apud iniustos, & nō apud sanctos? Nescitis quia sancti hunc mundum iudicabunt? Et iterum: Iam quidem in totum delictum in uobis est, quia iudicia habetis cum inuicem. Quare non magis iniuriam patimini, & quare non magis fraudamini? * & uos iniuriam facitis, & fraudatis, & fratribus: aut nescitis, quoniam iniusti regnum non consequentur?

1.Cor.6. *al's, sed

XLV.

Spem futurorum esse, & ideo fidem circa ea, quæ promissa sunt patientem esse debere, in epistola Pauli ad Romanos: Spe saluati sumus. Spes autem quæ uidetur, non est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per spectationem speramus.

Rom.8.

XLVI.

Mulierem in ecclesia tacere debere, in epistola Pauli ad Corinthios prima: Mulieres uestræ in ecclesia taceant. Si quid autem discere uolunt, domi uiros suos interrogent. Item ad Timotheum: Mulier cum silentio discat in omni subiectione. Docere autem mulierem non permitto, neq; dominatum esse uiro. Adam enim primus formatus est, deinde Eua: & Adam non est seductus, mulier autem seducta est.

1.Cor.14. 1.Tim.2.

XLVII.

Delicto & merito nostro fieri, ut laboremus, nec Dei timorem in omnibus sentiamus, apud Osee: Audite sermonem Domini filij Israël, quia iudicium est Domino aduersus inhabitantes terræ, quòd neq; misericordia, neq; ueritas, neq; agnitio Dei sit super terram. Execratio, & mendacium, & cæsum, & furtum, & adulterium diffusum est super terram. Sanguinem sanguini supermiscent: & idcirco terra lugebit & omnis uniuersis incolis suis, cum bestijs agri, & cum serpentibus terræ, cum uolucribus cœli: & deficient pisces maris,

Osee 4.

Esa.59. ut nemo iudicet, nemo reuincat. De hoc ipso apud Esaiam: Nunquid non ualet manus Domini, ut saluos faciat: aut grauauit aurem, ut non exaudiat? Sed peccata uestra interuerterunt & Deũ separant: & propter peccata uestra auertit faciem à uobis ne misereatur. Manus enim uestræ plenæ sunt sanguine, & digiti uestri in peccatis: labia autẽ uestra loquuntur sunt facinus, & lingua uestra iniustitiam meditatur: nemo loquitur uera, neq; est iudicium uerum: fidunt in uanis, & loquuntur inania: qui parturiunt dolorem, &

Sopho.1. parient facinus. Item apud Sophoniam: Defectione deficiat à facie terræ, dicit Dominus. Deficiat homo, & pecudes deficiant, uolucres cœli, & pisces maris: & auferam iniquos à facie terræ. XLVIII.

Non fœnerandum, in psalmo 13. Qui pecuniam suam non dedit in fœnore, & munera super innocentes non accepit: qui ista fecerit, non commouebitur in æternum. De hoc

Ezech.18. ipso in Ezechiele: Homo autem qui erit iustus, hominem non opprimet, & pignus debitoris reddet, & rapinam non rapiet: panem suum esurienti dabit, & nudum operiet

Deut.23. & pecuniam suam in usuras non dabit. Item in Deuteronomio: Non fœnerabis fratri tuo usuram pecuniæ, & usuram ciborum. XLIX.

Luc.6. Inimicos quoq; diligendos, in Euangelio κατὰ Lucam: Si diligitis qui uos diligunt, quæ uobis gratia est? & peccatores enim diligunt eos qui se diligunt. De hoc ipso κατὰ

Matth.5. Matthæum: Diligite inimicos uestros, & orate pro his qui uos persequuntur, ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. L.

Sacramentum fidei non esse profanandum, apud Salomonem in Paræmijs: In aures imprudentis noli quicquam di-

Prouerb.23. cere quando audierit, irrideat sensatos sermones tuos. Matth.7. De hoc ipso in Euãgelio κατὰ Matthæum: Ne dederitis *sanctum canibus neq; miseritis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent ea pedibus suis, & conuersi eli- *al's, sanctũ dant uos. LI.

Quòd nemo in opere suo extolli debeat, apud Salomonem in ecclesiastico: Noli te extollere in faciendo opere tuo. Eccl.10. Item in Euangelio κατὰ Lucam: Quis uestrum habens ser- Luc.17. uum arantem aut pastorem, & uenienti de agro dicit, continuo transi, recumbe? Sed dicit illi, para aliquid quod cœnem & accingere, & ministra mihi donec manducem, & postea tu manducabis, & bibes. Nunquid habet gratiam seruo illi, quia fecit quæ imperata sunt? Et sic itaq; et uos, cum feceritis, quæ uobis imperata sunt, dicite: Serui superuacui sumus: quod habuimus facere, fecimus. LII.

Credendi uel non credendi libertatem in arbitrio positam in Deuteronomio: Ecce dedi ante faciem tuam uitam, Deut.30. & mortem, bonum & malum: elige uitam, & uiues. Item apud Esaiam: Et si uolueritis, & audieritis me, bona terræ Esa.1. comedetis: si autem nolueritis, & non audieritis me, gladius uos deuorabit: os enim Domini loquutum est ista. Item in Euangelio κατὰ Lucam: Regnum Dei intra uos est. LIII. Luc.17.

Dei arcana perspici non posse, & ideo fidem nostram simplicem esse debere, in epistola Pauli ad Corinthios pri- 1.Cor.13. ma: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & ego cognitus sum. Item in Salomonis Sapientia: Et in Sap.1. simplicitate cordis quærite Deum. Item apud eundem: Qui ambulat simpliciter, ambulat fidenter. Item apud eundem: Ne à te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fis. Item Eccl.3.& 7. Salomone: Noli esse multum iustus, & noli argumen-

tari plus, quàm oportet. Item apud eundem: Væ qui arguit
1.Mach.2. sunt in semetipsis. Item in Machabæis: Daniel in simplicitate sua liberatus est de ore leonum. Item in epistola Pauli ad
Rom.11. Romanos: O altitudo diuitiarum, & sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & quàm inuestigabiles uiæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? uel quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso
2.Tim.2. sunt omnia: ipsi claritas in secula seculorum. Item ad Timotheum: Stultas & ineruditas quæstiones deuita, sciens quia lites generant. Seruum autem Dei non oportet litigare, sed

LIII.

mitem esse ad omnes.

Iob 25. Neminẽ sine sorde, & sine peccato esse, apud Iob: Quis enim mundus à sorde? nec unus, etiam si sit uita eius unius
1.Ioan.1. diei in terra. Item in psalmo 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Item in epistola Ioannis: Si dixerimus quia peccatum non habemus,

LV.

nos ipsos decipimus, & ueritas in nobis non est.

Non hominibus, sed Deo placendum: in psalmo 52. Qui hominibus placent, confusi sunt: quoniam Deus nihil sicut de-
Gal.1. los. Item in epistola Pauli ad Galatas: Si hominibus placerem,

LVI.

uellem, Christi seruus non essem.

Deum nihil latere ex his, quæ gerantur, in Sapientia Sa-
Prouerb.15. lomonis: In omni loco speculantur oculi Dei, bonos & malos. Item in psalmo 18. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda
Hier.23. me Domine. Item in epistola Pauli ad Corinthios 2. Omnes
2.Cor.5. nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut reportet unusquisq; propria corporis sui secundum quæ egit, siue bonum siue mala.

LVII.

Fidelem emendari, & reseruari: in psalmo 116. Emendans emendauit me Dominus, & morti me non tradidit. Item in psalmo 88. Visitabo in uirga facinora eorum, & in flagellis
Malac.3. delicta eorum. Misericordiam autem meam non auferam ab eis. Item apud Malachiam: Et sedit conflans & expurgans tanquam aurum, & argentum, & emundauit filios Leui. Item
Matth.5. in Euangelio: Non exibis inde, donec soluas nouissimum quadrantem.

LVIII.

Neminem contristari morte debere, cum sit in uiuendo labor & periculum, in moriendo pax & resurgendi secu-
Gen.3. ritas. In Genesi: Tunc dixit ad Adam: Quia exaudisti uocem uxoris tuæ, & manducasti ex illa arbore, de qua sola praeceperam tibi, ne manducares, maledicta terra erit in operibus tuis. In tristitia, & gemitu edes ex ea, cunctis diebus uitæ tuæ. Spinas & tribulos eijciet tibi, & comedes fœnum agri tui in sudore uultus tui. Edes panẽ tuum donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quoniam terra es, & in terram ibis. Item illic: Et complacuit Enoch
Ibid.5. & non est inuentus postmodum: quia Deus illum transtulit. Apud Esaiam: Omnis caro fœnum, & omnis claritas
Esa.40. eius sicut flos fœni. Aruit fœnum, & flos decidit. Sermo autem Dei manebit in æternum. Item apud Ezechielem: Ipsi
Ezech.37. dixerunt, arida facta sunt ossa nostra: perijt spes nostra, interijmur: propterea propheta, & dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ego aperio monumenta uestra, & educam uos de monumentis uestris, & inducam uos in terram Israël. Et dabo

ſpiritum meum in uos, & uiuetis. Et ponam uos in terram uestram, & cognoſcetis quoniam ego Dominus locutus ſum, & faciam, dicit Dominus. Item in Sapientia Sap.4. Salomonis: Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum illius. placita enim erat Deo anima illius. Item in pſalmo 83. Quàm amabiles ſunt habitationes tuæ Deus uirtutum! deſiderat & properat anima mea ad atria Dei. Item in epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes: Nolumus autem ignorare 1.Theſſ.4. uos fratres de dormientibus, ne contriſtemini, ſicut & ceteri qui ſpem non habent. Si enim credimus quia Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ſic & Deus eos qui dormierunt in 1.Cor.15. Ieſu, adducet cum eo. Item ad Corinthios in prima: Stulte, tu quod ſeminas non uiuificatur, niſi prius mortuum fuerit. Ibidem. Et iterum: Stella à ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. Seminatur corpus in corruptione, ſurgit in incorruptela. Seminatur in ignominia, reſurgit in gloria. Seminatur in infirmitate, reſurgit in uirtute. Seminatur corpus animale, reſurgit ſpirituale. Et iterum: Oportet enim corruptiuum iſtud inducere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptiuum hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet uerbum quod ſcriptũ eſt: Abſorpta eſt mors in contentionem. Vbi eſt mors aculeus tuus? Vbi eſt mors Ioan.17. intentio tua? Item in Euangelio κατὰ Ioannem: Pater, quos dediſti mihi, uolo ut ubi ego fuero, & ipſi ſint mecum, & uideant claritatem meam quam mihi dediſti ante conſtitutionem mundi. Item κατὰ Lucam: Nunc dimittis Domine Luc.2. ſeruum tuũ in pace. Quia uiderunt oculi mei ſaluare tuum. Ioan.14. Item κατὰ Ioannem: Si me dilexiſſetis, gauderetis, quoniam uado ad patrem: quia pater maior me eſt. LIX.

De idolis quæ gentiles deos putant: in Sapientia Salomonis.

Omnia idola nationum æſtimauerunt Deos, quibus neq; Sap.15. oculorum uſus eſt ad uidendum, neque nares ad percipiendum ſpiritum, neq; aures ad audiẽdum, neq; digiti manuum ad contrectandum, ſed & pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, & qui ſpiritum mutuatus eſt, finxit illos. Nemo autem ſibi ſimilem homo poterit Deum fingere. Cum ſit enim mortalis, mortuum finget manibus iniquis. Melior eſt autem ipſe is qui colit: quoniam ipſe quidẽ uixit, aliquando. De hoc ipſo: Neq; opera attendentes agnouerunt, quis eſſet artifex, ſed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatũ Sap.13. aerem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut ſolem aut lunam, rectores orbis terræ Deos putauerunt: Quorũ ſi propter ſpeciem æſtimauerunt, ſciant quanto his Dominus ſpecioſior: aut ſi uirtutes eorũ aut opera mirati ſunt, intelligat ab ipſis, quoniã qui hæc inſtituit fortia, fortior eſt illis. Item in pſalmo 134. Idola gẽtium argentũ & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquẽtur, oculos habent & non uidebunt, aures habent & non audient, neq; enim eſt ſpiritus in ore eorum. Similes fiant illis qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in illis. Itẽ in Pſalmo 26. Omnes dii gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit. De hoc Exod.20. ipſo in Exodo: Non facietis uobis Deos aureos, neq; argen- Deut.5. teos. Et iterum: Non facies tibi idolum, nec cuiuſquam ſimilitudinem.

LX.

Ciborum nimiam concupiſcentiam non appetendam: ad Eſaiam: Edamus & bibamus, cras enim moriemur. Nõ Eſa.22. dimittetur uobis peccatum iſtud, quoadu ſq; moriamini. Itẽ in Exodo: Conſedit populus manducare & bibere, & ſurrexit ludere. In epiſtola Pauli ad Corinthios prima: Ci- Exod.32. bus nos non commendat Deo: neque ſi manducauerimus, 1.Corin.8. abundabimus: neque ſi non ederimus, egebimus. Et iterum:

Ibidem 11. Cum conueneritis ad manducandum, inuicem expectate. Si
Rom.14. quis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conueniatis.
Item ad Romanos: Non est regnum Dei esca & potus, sed
iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Item in Euan-
Ioan.4. gelio κατὰ Ioannem: Ego panem habeo quem non nostis. Ut
Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui me misit, ut
perficiam opus eius. LXI.

Possidendi concupiscentiam, & pecuniam non appeten-
Eccl.14. dam: apud Salomonẽ in Ecclesiastico: Qui diligit argentum,
Prouerb.11. non satiabitur argento. Item in Parœmijs: Captans annonã
maledictus in plebe est: benedictio autem in capite eius iu-
Esa.5. qui communicat. Item apud Esaiam: Væ qui coniũgunt do-
mum ad domum, & agrum agro continuãt, ut auferãt pro-
ximo suo aliquid. Nunquid habitabitis soli super terram?
Sopho.1. Item apud Sophoniam: Aedificabunt domos & non habita-
bunt, & instituent uineas, & nõ bibent uinum earũ quia
Luc.9. propè est dies Domini. Item in Euãgelio κατὰ Lucã: Quid
& 12. enim prodest homini lucrifacere totum mundum, se autem
ipsum perdere? Et iterum: Dixit autem illi Deus: Stulte hac
nocte expostulatur anima tua: quæ ergo parasti, cuius erũt?
Luc.16. Et iterum: Commemorare quoniam percepisti bona in uita
tua, & Lazarus similiter mala. Nunc uerò hic rõgatur, tu
Act.3. autem doles. Item in Actibus Apostolorum: Dixit autem
Petrus ad eum: Argentum quidem & aurum non est mi-
hi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Chri-
sti Nazareni surge & ambula. Et apprehensa manu eius
1.Tim.6. dextera, excitauit eum. Item ad Timotheum in prima: Nihil
intulimus in hunc mundum, uerum nec auferre quid possu-
mus. Habentes itaque habitationem & tegumentum, his con-
tenti simus. Qui autem diuites uolunt fieri, incidunt in tenta-
tionem, & in muscipulam, & desideria multa & nocentia, quæ

mergunt hominem in perditionem, & in interitum. Ra-
dix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam ap-
petentes, naufragauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus
multis. LXII.

Matrimonium cum gentilibus non iungendum: apud
Tobiam: Vxorem accipe ex semine parentum tuorum, & Tob.6.
non sumere uxorem alienam, quæ non est ex tribu paren-
tum tuorum. Item in Genesi: Mittit puerum suum Abrahã, Gen.24.
ut de semine suo accipiat Rebeccam filio eius Isaac. Item in
Esdra: Satis non fit Deo cum uastarentur Iudæi, nisi alieni- 1.Esdræ 10.
genas uxores cum filijs quoq; quos ex illis procreauerant,
reliquissent. Item in epistola Pauli ad Corinthios prima: Mu 1.Cor.7.
lier uincta est quàm diu uiuit uir eius: si autem dormierit,
libera est, ut cui uult nubat, tantum in Domino: felicior au
tem erit si sic permanserit. Item de hoc ipso ad Corinthios Ibid.6.
prima: Nescitis quia corpora uestra membra Christi sunt?
Adulterans membra Christi, facies membra fornicariæ? absit.
Aut nescitis quia qui conglutinantur fornicariæ, unum cor-
pus sunt? Erunt enim duo in carne una. Qui autem se
adhæserit Domino, unus spiritus est. Item ad Corinthi-
os secunda: Nolite coniungi cum infidelibus. Quæ autem 2.Cor.6.
participatio est iustitiæ & iniquitati? Aut quæ communio
lucis ad tenebras? Item in Salomonem βασιλέων 3. Et 3.Reg.11.
auerterunt uxores alienigenæ cor eius post Deos suos.
LXIII.

Grauius delictum esse fornicationis: Item ad Corinthios
primo: Omne delictum quodcũq; fecerit homo extra corpus 1. Cor.6.
est. Qui autem fornicatur, in carne sua peccat. Non estis ue-
stri enim empti estis pretio magno. Clarificate & portate
Deum in corpore uestro. LXIIII.

Quæ sint carnalia, quæ mortem pariant, & quæ spiri-
tualia,

Gal.5. tualia, quæ ad uitam ducant: in epistola Pauli ad Galatas
Caro cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus car-
nem. Hæc enim inuicem aduersantur sibi, ut non quæ uultis
ipsa faciatis. Manifesta sunt autem facta carnis: quæ sunt
fornicationes, adulteria, immunditiæ, spurcitiæ, idololatriæ,
ueneficia, homicidia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes,
animositates, prouocationes, simultates, dissensiones, here-
ses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ ta-
lia agunt, regnum Dei non possidebunt. Fructus autem spi-
ritus est gaudium, charitas, pax, magnanimitas, bonitas, fi-
des, mansuetudo, continẽtia, castitas. Qui enim sunt Christi,
carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs.

LXV.

Omnia delicta in baptismo deponi: In epistola Pauli ad
1.Cor.6. Corinth.1. Neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adul-
teri, neq; molles, neq; masculorum appetitores, neq; furiosi,
lenti, neq; fures, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapto-
gnum Dei consequentur. Et hæc quidem fuistis: sed ablu-
stis, sed sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Chri-
sti, & in spiritu Dei nostri.

LXVI.

Disciplinam Dei, & in ecclesiasticis præceptis obser-
Hier.3. dam: apud Hieremiam: Et dabo uobis pastores secun-
cor meum, & pascent uos, pascentes cum disciplina. Item
Prouerb.3. apud Salomonẽ in Parœmijs: Fili ne neglexeris disciplinam
Dei, neq; deficeris ab eo correptus. Quem enim diligit Do-
minus, corripit. Item in psalmo 2. Continete disciplinam, ne
forte irascatur Dominus, & pereatis à uia recta. Cum exar-
serit citò ira eius super uos: beati omnes qui confidunt in eo.
Item in psalmo 49. Peccatori autem dicit Deus: Ad quid ap-
pones iustificationes meas, & assumes testamentum meum
per os tuum? tu autem odisti disciplinam, & abiecisti ser-
mones

mones meos post te. Item in Sapientia Salomonis, Disci-
plinam qui abijcit, infelix est. Sap.3.

LXVII.

Prædictum, quòd disciplinã sanam aspernaturi essent, Pau
lus ad Timotheum 2. Erit tempus quando sanam doctri- 2.Tim.4.
nam non sustinebunt, sed secundum sua desideria coacerua-
bunt sibi magistros prurientes, in audiendo scalpentes au-
res. Et à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autẽ
conuertentur.

LXVIII.

Recedendum ab eo qui inordinatè, & contra disciplinam
uiuit: epistola Pauli ad Thessalonicenses: Præcipimus au- 2.Thessa.3.
tem uobis in nomine Iesu Christi, ut discedatis ab omnibus
fratribus ambulantibus inordinatè, & non secundum tradi-
tionem quam acceperunt à nobis. Item in psalmo 49. Si uide
bas furem simul currebas cum eo, & cum adulteris portio
nem tuam ponebas.

LXIX.

Non in sapientia mundi, nec eloquentia esse regnum Dei,
sed in fide crucis, & in uirtute conuersationis: in epista-
la ad Corinthios 1. Misit me Christus annuntiare non 1.Cor.1.
in sapientia sermonis, ne inanis fiat crux Christi. Verbum
enim crucis stultitia est his qui pereunt: his autem qui sal-
uantur, uirtus Dei est. Scriptum est enim: Perdam sapi-
entiam sapientium, & prudentiam prudentium reproba-
bo. Vbi sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor seculi huius? nõne
stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Quoniam quidem
in sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, cõ
placuit Deo per stultitiam prædicationis saluare credentes.
Quoniam Iudæi signa desiderant, & Græci prudentiam
requirunt. Nos autem prædicamus Christum crucifixum,
Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam:
ipsis autem uocatis Iudæis & Græcis Christum, Dei
uirtutem, & Dei sapientiam. Et iterum: Nemo se decei- 1.Cor.3.
piat,

piat. Si quis putat se sapientem esse in uobis, seculo huic stul-
tus fiat, ut fiat sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia
Iob 5. est apud Deū. Scriptum est enim: Reprehendes sapientes in
astutia ipsorum. Et iterum: Dominus cognouit cogitationes
sapientium, quia sunt stultæ. LXX.

Parentibus obsequendum: in epistola Pauli ad Ephesios.
Ephe.6. Filij, obsequentes estote parentibus uestris, hoc enim est iu-
stum. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est man-
datum primum in promissione, ut bene sit tibi, & longæui
sis super terram. LXXI.

Patres quoq; asperos circa filios esse non oportere. Et pa-
rentes nolite in iracundiam mittere filios uestros, sed nutrite
eos in disciplina, & in correptione Domini. LXXII.

Seruos cum crediderint, plus Dominis carnalibus seruire
debere: in epistola Pauli ad Ephesios: Serui obedite Dominis
uestris carnalibus cum metu & tremore, & in simplicitate
cordis uestri sicut Christo, non ad oculum seruientes,
quasi hominibus placentes, sed quasi serui Christi.

LXXIII.

Item dominos mitiores esse debere. Et uos eadem domini,
facite ad eos, laxantes iracundiam, scientes quia & uestrum
ipsorum Dominus est in cœlis, & exceptio personarum non
est in illo. LXXIIII.

Viduas probatas quasq; honorandas: in epistola Pauli ad
Timotheum 1. Viduas honora, quæ uere uiduæ sunt. Quæ
2.Tim.5. autē delicata est, uiuens mortua est. Et iterum: Iuniores autē
uiduas præteri. Cum enim indelicatæ fuerint in Christo, nu-
bere uolunt. Habentes iudicium quoniam primam fidem ex-
probrauerunt. LXXV.

Suorum & maxime fidelium curam plus unumquemq;
habere debere: item ad Timotheum 1. Si quis autem suo-

rum, & maxime domesticorum non agit curam, fidem dene-
gat, & est deterior infideli. De hoc ipso apud Esaiam: Si ui-
deris nudum, uesti, & domesticos seminis tui ne despicias. Esa.58.
De quibus domesticis in Euangelio dictum est: Si patrem fa-
miliæ dixerunt Beelzebub, quanto magis domesticos eius? Matth.10.

LXXVI.

Maiorem natu non temere accusandum: Ad Timotheum 1.Tim.5.
prima: Aduersum maiorem natu accusationem ne rece-
peris.

LXXVII.

Peccantem publice obiurgandum: in epistola Pauli ad Ti
motheum prima: Peccantes coram omnibus corripe, ut &
ceteri metum habeant. LXXVIII.

Cum hæreticis non loquēdum: ad Titum: Hæreticum ho Titum 3.
minem post unam correptionem deuita, sciens quoniam per-
uersus est huiusmodi & peccat, & est à semetipso damnatus.
De hoc ipso in epistola Ioannis: Ex nobis exierunt, sed non 1.Ioan.2.
fuerunt ex nobis, si enim fuissent ex nobis, nobiscum utique
mansissent. Item ad Timotheum secunda: Sermo eorum, ut 2.Tim.2.
cancer serpit.

LXXIX.

Innocentiā fidēter petere & impetrare: In epistola Ioan
nis, si cor nostrum nō nos reprehēdit, fiduciam habemus ad 1.Ioan.3.
Deum, & quodcunque petierimus, accipiemus ab eo. Itē in
Euangelio κατὰ Matthæū: Beati mundo corde, quoniā ipsi Matth.5.
Deum uidebunt. in Psalmo 23. Quis ascendet in montē Do-
mini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, et
mundo corde.

LXXX.

Nihil licere diabolo in hominem, nisi Deus permiserit: in Ioan.19.
Euangelio κατὰ Ioannem: Dixit Iesus: Nullam haberes po
testatem aduersum me, nisi data esset tibi desuper. Item in
τῶν Βασιλειῶν 3. Et excitauit Deus Satanam ipsi Salomoni. 3.Reg.5.
Item in Iob prius Deus permisit, & tunc diabolo licuit. Et Iob 2.

in Euan

Ioan.13. in Euangelio antè permisit Dominus dicendo Iudæ: Quod
Prouerb. 21. facis, fac celerius. Item apud Salomonem in Paræmijs: Cor
regis in manu Dei. LXXX

Leuit.19. Mercedem mercenario citò reddendam: In Leuitico:
Non dormiet merces mercenarij tui apud te usque in mane.
LXXXII.

Deut.18. Item non augurandum: In Deut. Non augurandi-

LXXXIII.

Item cirrum in capite non habendum: Nõ facietis cirrum
ex coma capitis uestri. LXXXIIII.

Leuit.19. Item non uellendum: Non corrumpetis effigiem barbæ
uestræ. LXXXV.

Surgendum cum episcopus aut presbyter uenit: In Le-

Ibidem. uitico: A' facie senioris exurges, & honorabis personam
presbyteri. LXXXVI.

Schisma non faciendum, etiam summa fide & in eade
ditione permaneat qui recedit: apud Salomonem in Eccle-

Eccl.10. ste: Scindens ligna, periclitabitur in eis si exciderit ferrum.

Exod.12. Item in Exodo: In domo una comedetur, non eijcietis de do-
mo carnem foras. Item in Psalmo 132. Ecce quàm bonum et
quàm iucundum habitare fratres in unum. In Euangelio

Matth.12. κατὰ Matthæum: Qui non est mecum, aduersum me est:
Et qui mecum non colligit, spargit. Item in epistola Pauli

1.Cor 1. ad Corinthios 1. Obsecro autem uos fratres per nomen Do-
mini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non
sint in uobis schismata. Scitis autem compositi in eadem
sensu, & in eadem sententia. Item in psalmo sexagesimo-
ptimo: Dominus qui habitare facit unanimes in domo.
LXXXVII.

Fideles, simplices cum prudentia esse debere. κατὰ Mat-

Matth.10. thæũ: Estote prudentes sicut serpentes: & simplices sicut

columbæ. Et iterum: Vos estis sal terræ. Si autem sal infatua-
tum fuerit, in quo salietur? ad nihil ualet, nisi ut proijciatur
foras & conculcetur ab hominibus. LXXXVIII.

Fratrem non circumueniendum: In epistola Pauli ad
Thessalonicenses: Non circũuenire in negotio fratrẽ suum: 1.Thess.4.
quia ultor est Deus de his omnibus. LXXXIX.

Quòd subitò uenire finem mundi, inquit Apostolus: Dies Do- 1.Thess.5.
mini sicut fur in nocte, ita adueniet. Cum dixerint pax &
tuta sunt, tunc illis repentinus adueniet interitus. Itẽ in Acti-
bus Apostolorum: Nemo potest cognoscere tempus aut tem
pora, quæ pater posuit in sua potestate. XC.

Vxorem à uiro non recedere, aut si recesserit innuptam
manere: ad Corinthios: His autẽ quæ nupserunt, præcipio, 1.Cor.7.
non ego, sed Dominus, uxorem à uiro non separari: si autem
discesserit, manere innuptam, aut reconciliari uiro, & uirum
suum non dimittere. XCI.

Pro tentum unumquemq; tentari, quantum potest sustinere:
ad Corinthios 1. Tentatio uos non occupauit, nisi humana. 1.Cor.10.
Fidelis autem Deus, qui nõ patietur uos tentari super quod
potestis, sed faciet cum tentatione etiam euadendi facultã-
tem: positis tolerare. XCII.

Item non quicquid licet esse faciendum. Item illic: Omnia Ibidem 6.
licent, sed non omnia expediunt. Omnia licent, sed nõ omnia
ædificant. XCIII.

Item prædictum quòd hæreses futuræ essent: In epistola
ad Corinthios 1. Oportet & hæreses esse, ut probati Ibidem 11.
manifestati sint in uobis. XCIIII.

Cum timore & honore eucharistiam accipiendam: in
Leuitico: Anima autem quæcunq; manducauerit ex carne Leuit.7.
sacrificij salutaris, quod est Domini, & immunditia eius su-
per ipsum est, peribit anima illa de populo suo. Item in epi-

1.Cor.11. stola ad Corinthios 1. Quicunque ederit panem, aut bi-
berit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sangui-
nis Domini. XCVI.

Bonis conuiuendum, malos autem uitandos: apud Sa-
Prouerb.3. lomonem in Parœmijs: Ne adduxeris impium in habitaculum
Eccl.9.& 6. iustorum. Item apud eundem in Ecclesiastico: Virì iussi sint
& 25.& 28. tibi conuiuæ. Et iterum: Amicus fidelis medicamentum vi-
tæ, & immortalitatis. Item illic: Longe abesto ab homine
potestatem habente occidendi, & non suspicaberis timorem.
Item illic: Beatus qui inuenit uerum amicum, & qui enar-
rat iustitiam audienti. Item illic: Sepi aures tuas spinis, &
noli audire linguam nequam. Item in psalmo decimoseptimo:
Cum iusto iustificaberis, & cum uiro innocente, innocens
eris, & cum peruerso peruersus eris. Item in epistola
1.Cor.15. Pauli ad Corinthios 1. Corrumpunt ingenia bona conuer-
bulationes peßimæ. XCVII.

Eccl.4. Factis, non uerbis operandum: apud Salomonem in Ec-
clesiastico: Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis & re-
1.Cor.4. missus in operibus tuis. Item in epistola Pauli ad Corin-
Rom.2. thios prima: Non in sermone est regnum Dei, sed in uirtute.
Item ad Romanos: Non auditores legis iusti sunt apud
deum, sed factores legis iustificabuntur. Item in Euangelio
Matth.5. κατὰ Matthæum: Qui fecerit & sic docuerit, maximus vo-
& 7. cabitur in regno cœlorum. Item illic κατὰ Matthæum:
Omnis qui audit uerba mea & facit ea, similabo eum uiro
sapienti, qui ædificauit domum suam super petram. Descen-
dit pluuia, aduenerunt flumina, & flauerunt uenti, & ir-
impegerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim
super petram. Et omnis qui audit uerba mea, & non facit
ea, similabo eum uiro insipienti, qui ædificauit domum suam
super arenam. Descendit pluuia, aduenerunt flumina, & flauerunt

uenti, & impegerunt in domum illam, & cecidit, &
fuit ruina eius magna. XCVII.

Et ad fidem, & ad consecutionem properandum, apud
Salomonem in Ecclesiastico, Ne tardes conuerti ad Deum,
& ne differas de die in diem. Subitò enim uenit ira il-
lius. XCVIII.

Catechumenum peccare non debere: in epistola Pauli ad
Romanos: Faciamus mala dum ueniunt bona, quorum con-
demnatio iusta est. XCIX.

Iudicium secundum tempora futurum uel æquitatis an-
tè legem, uel legis post Moysen: Paulus ad Romanos: Rom.2.
Quod quidem sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.
Quod quidem in lege peccauerunt, per legem & iudi-
cabuntur. C.

Gratiam Dei gratuitam esse debere, in Actibus Aposto- Act.8.
lorum: Pecunia tua tecum est in perditione, quia existima- Matth.10.
sti gratiam Dei per pecuniam posßideri. Item in Euange- Ioan.2.
lio: Gratis accepistis, gratis date. Item in Euangelio: Esa.55.
Domum patris mei, domum facitis negotiationis. Item
apud Esaiam: Qui sititis, ite ad aquam, & quotquot non Apoc.21.
habetis pecuniam, euntes emite, & edite sine pecunia.
Item in Apocalypsi: Ego α & ω, initium & finis. Ego
sitienti dabo de fonte aquæ uiuæ gratis. Qui uicerit, posßide-
bit hæc, & eorum hæreditatem, & ero eius Dominus, & ille
erit mihi filius. CI.

Spiritum sanctum in igne frequenter apparuisse: in Exo- Exod.19.
do: Et mons Sina fumabat totus, quoniam descenderat Deus
in eum in igne. Item in Actibus Apostolorum: Et factus est Act.2.
subitò de cœlo sonus quasi ferretur flatus uehemens, &
impleuit totum locum illum in quo erant sedentes. Et uisæ
sunt illis linguæ diuisæ, quasi ignis, qui & insedit unum-

quenq; illorum: & impleti sunt omnes spiritu sancto. Item in sacrificijs quæcunq; accepta habebat Deus, descendebat ignis de cœlo, qui sacrificata consumeret. Item in Exodo: In flamma ignis apparuit angelus Domini de rubo. CII.

Exod.3.

Correptiones quoq; bonas libenter audire debere, apud Salomonem in Parœmijs: Qui corripit impium, odietur ab eo. Corripe sapientem, & diliget te. CIII.

Prouerb.9.

A multiloquentia temperandum. Ex multiloquētia non effugies peccatū, parcens autē labijs sensatus eris. CIIII.

Prouerb.10.

Non mentiendum. Abominatio est Domino labia mendacia. CV.

Prouerb.12.

Frequenter emendandos qui delinquunt in domestico ministerio: in Prouerbijs Salomonis: Qui parcit baculo, odit filium suum. Et iterum: Ne destiteris paruulum emendando. CVI.

Prouerb.13. & 19.

Iniuria accepta patientiam tenendam, & ultionem Deo relinquendam: Ne dixeris; ulciscar me de inimico meo, sed sustine Dominum ut tibi auxilio sit. Item illic: Mihi uindictam, ego retribuam: dicit Dominus. Item apud Sophoniam: Expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meæ in testimonium, quoniam iudicium meum ad congregationem gentium, ut excipiam reges, & effundam super eos iram meam. CVII.

Deut.32. Rom.12. Sopho.3.

Non detrahendum, apud Salomonem in Parœmijs: Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Item in Psalmo 49. Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Item in epistola Pauli ad Coloss. De nullo male loqui nec litigiosos esse. CVIII.

Prouerb.13. Coloss.4.

Non esse proximo insidiandum: apud Salomonem in Parœmijs: Qui fodit foueam proximo suo, incidet in eam ipse. CIX.

Prouerb.26.

Infir

Infirmos uisitandos: apud Salomonem in Ecclesiastico: Ne pigriteris uisitare infirmum. Ex his enim dilectione firmaberis. Item in Euangelio: Infirmus fui, & uisitastis me: incarcere fui, & uenistis ad me. CX.

Eccl.7. Matth.25.

Susurrones maledictos esse: in Ecclesiastico: Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes. CXI.

Eccl.28.

Sacrificia malorum accepta non esse: in Ecclesiastico: Dona iniquorum non probat altißimus. CXII.

Eccl.34.

Grauius iudicari de his qui in seculo plus habuerunt potestatis. Iudicium durißimū in his qui præsunt, fiet: Exiguo enim concedetur misericordia. Potentes autem potenter tormenta patientur. Item in psalmo 2. Et nunc reges intelligite, emendamini, qui iudicatis terram. CXIII.

Sap.6.

Viduam & pupillos protegi oportere: apud Salomonem in Ecclesiastico: Esto pupillis misericors, ut pater, & pro uiro matri eorum, & eris uelut filius altißimi si obedieris. De hoc ipso in Exodo: Omnem uiduam & orphanum non uexabitis: Si autem uexaueris eos, & uociferantes exclamauerint ad me, audiam exclamationes eorum, & irascar animo in uobis, & perimam uos gladio, & erunt coniuges uestræ uiduæ, & filij uestri orphani. Item apud Esaiam: Iudicate pupillos & iustificate uiduam, & uenite disputemus: dicit Dominus. Item apud Iob: Conseruaui egenum de manu potentis, & pupillo, cui non erat adiutor, auxiliatus sum. Item: Os uiduæ benedixit me. Item in psalmo sexagesimo septimo: Patres orphanorum, & iudices uiduarum. CXIIII.

Eccl.4. Exod.22. Esa.1. Iob 29.

Dum in carne est quis, exomologesin facere debere: in Psalmo 6. Apud inferos autem quis confitebitur tibi? Item in Psalmo 29. Nunquid exomologesin faciet tibi puluis?

Ezech.33. Item alibi exomologesin faciendam: Malo pœnitentiam
Hier.8. peccatoris magis quàm mortẽ. Item apud Hieremiam: Ho-
CXV. dicit Dominus: Nunquid qui cadit, non surget, aut qui aue-
titur, non conuertetur?

Esa.3. Adulationem perniciosam esse: apud Esaiam: Qui uos fe-
lices dicunt, in errorem uos mittunt, & semitam pedum
CXVI. uestrorum conturbant.

Plus ab eo diligi Deum, cui in baptismo plura pecca-
Luc.7. dimittuntur: in Euangelio κατὰ Lucam: Cui plus dimitti-
tur, plus diligit: & cui minus dimittitur, modicum diligit.

CXVII.

Fortẽ congressionẽ esse aduersus diabolum, & ideo for-
titer nos stare debere ut possimus uincere. In epistola Pauli
Ephes.6. ad Ephesios: Non est nobis colluctatio aduersus carnem &
sanguinem, sed aduersus potestates & principes huius mun-
di, & harum tenebrarum, ad spiritualia nequitiæ in cœle-
stibus. Propter hoc induite arma Dei, ut possitis resistere in
die nequissimo, ut cum omnia perfeceritis inducentes lori-
cam iustitiæ, & calciati pedes in præparatione Euangelij
pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis
omnia ignea iacula nequissimi extinguere, & galeã salutis
assumere, & gladium spiritus, qui est uerbum Dei.

CXVIII.

Item de Antichristo quòd in homine ueniat: apud Esaiã:
CXIX. Hic homo qui concitat terram, & commouet reges, qui po-
nit orbem terræ totum desertum.

Graue fuisse iugum legis, quod à nobis abiectum est: Psal.
leue esse iugum Domini, quod à nobis susceptum est: in Psal.
2. Ad quid tumultuatæ sunt gentes, & populi meditati sunt
inania? Astiterunt reges terræ, & principes congregati
sunt in unum aduersus Dominum & aduersus Christum

eius. Dirumpamus uincula eorum & proijciamus à nobis
iugum eorum. Item in Euangelio κατὰ Matthæum: Venite Matth.11.
ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos re-
ficere faciam. Tollite iugum meum super uos, & discite
à me: mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ ani-
mabus uestris. Iugum enim meum bonũ est, & onus meum Act.15.
leue est. Item in actibus Apostolorum: Visum est sancto spiri-
tui & nobis nullam imponere sarcinam, quàm istam quæ ex
necessitate est, abstinere uos ab idololatrijs, & sanguinis
suffocatione & fornicatione. Et quæcunq; uobis fieri non uul-
tis, alijs ne feceritis.

CXX.

Orationibus insistendum: in epistola Pauli ad Colossenses. In- Coloss.4.
stante orationi, uigilantes in ea. In Psal.1. Sed in lege Domini
uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

FINIS.

AD IVBAIANVM DE HAERETICIS BAPTIZANDIS.

CYPRIANVS IVBAIANO FRATRI SALVTEM.

SCRIPSISTI mihi frater, significans desiderare te motũ animæ nostræ, quid nobis uideatur de hæreticorũ baptismo, qui foris positi, & extra ecclesiam constituti uindicant sibi rem nec iuris sui, nec potestatis. Quod nos nec ratum possumus, nec legitimum iudicare, quando hoc apud eos esse cõstet illicitum. Et quoniam super

hac re quid sentiremus literis nostris expressimus, ut com-
pendium faccrem, exemplum earundem literarum tibi mi-
si, quid in concilio cum complures adessemus decreuimus,
quid deinde pòst ad quendam collegã nostrum de eadem re
requirentem rescripserim. Et nunc quoq; cum in unum con-
uenissemus tam prouinciæ Africæ, quàm Numidiæ episcopi
numero unus & septuaginta, hoc idem denuo sententia nu-
stra firmauimus, statuentes unum baptisma esse, quod in
ecclesia catholica constitutum, ac per hoc non rebaptizan-
à nobis, sed baptizari. Quicunq; ergo ab adultera & pro-
fana aqua ueniunt, abluendi sunt, & sanctificandi salutaris
aquæ ueritate. Nec nos mouet frater quod in literis tuis com-
plexus es, Nouatianos rebaptizare eos, quos à nobis solici-
tant, quando ad nos omnino non pertineat quid hostes eccle-
siæ faciunt, dummodo teneamus ipsi potestatis nostræ ho-
norem, & rationis ac ueritatis firmitatem. Nam Nouati-
nus simiarum more, quæ cũ homines non sint, homines imi-
tantur, uult ecclesiæ catholicæ autoritatẽ uindicare, quam
ipse in ecclesia non sit, imò adhuc insuper contra eccle-
rebellis extiterit. Sciẽs enim unum esse baptisma, hoc unum
sibi uindicat, ut apud se esse ecclesiam dicat, & nos hæreti-
cos faciat. Nos autem qui ecclesiæ unius caput & radicem
tenemus, pro certo scimus & fidimus nihil illic extra ec-
clesiam licere, & baptismatis quod est unum caput nos esse,
ubi & ipse baptizatus prius fuerat, quando diuinæ unitatis
& rationem & unitatem tenebat. Quòd si in ecclesia ho-
ptizatos rebaptizandos foris extra ecclesiam Nouatianus
existimat, à se incipere debuerat, ut prior extraneo & hæ-
retico baptismo rebaptizaretur, qui post ecclesiam, imò
contra ecclesiam baptizandos foris opinatur. Quale est au-
tem quia hoc Nouatianus facere audet, ut nos putemus non
esse

esse faciendum? Ergo quia & honorem cathedræ sacerdota-
lis Nouatianus usurpat, nunquid idcirco nos cathedræ re-
nuntiare debemus? Aut quia Nouatianus altare collocare, &
sacrificia offerre contra fas nititur, ab altari & sacrificijs
abstinere nos oportet, ne paria & similia cum illo celebra-
re uideamur? Vanum prorsus & stultum, ut quia Nouatianus extra ecclesiam uindicat sibi ueritatis imaginem, re-
nuntiemus ecclesiæ ueritatem. Apud nos autem non nouæ
aut repentina res est, ut baptizandos censeamus eos, qui ab
hæreticis ad ecclesiam perueniunt, cum multi iam anni sint,
& longa ætas ex quo sub Agrippino bonæ memoriæ uiro
conuenientes in unum, episcopi plurimi hoc statuerunt, atq;
ordinarunt in hodiernum tot millia hæreticorũ in prouincijs no-
stris ad ecclesiam conuersi, non aspernati sint, neq; cunctati,
sed rationabiliter complexi sint, ut lauacri uitalis, & salu-
taris baptismi gratiam consequerentur. Neque enim diffi-
cile est doctori uera & legitima insinuare eis qui hæretica
falsitate damnata, & ecclesiastica ueritate comperta ad
nos ueniunt, ut discant, ad hoc discunt, ut uiuant. Nos non de Locus de-
prauatus.
dare superem hæreticis patrocinij & consensus nostri et
fauorem & promptè obtemperant ueritati. Planè quoniam
scripsisti in epistola cuius exemplum ad me transmisisti scri-
bens esse, quòd quærendum non sit quis baptizauerit, quan
do is qui baptizatus sit, accipere remissam peccatorum
meruerit secundum quæ credidit, prætereundum locum
non putauit, maximè cum in eadem epistola animaduerterim
etiam Martiani fieri mentionem, ut nec ab ipso uenientes di-
cant baptizari oportere, quòd iam in nomine IESV Christi
baptizati esse uideantur. Considerare itaque debemus fidem
eorum, qui foris credunt, an secundum eandem fidem possit
quoq; gratiæ consequi. Nam si fides est una nobis & hære-

ticis, esse potest & gratia una. Si eundem patrem, eundem fi-
lium, eundem spiritum sanctum, eandem ecclesiam confiten-
tur nobiscum Patripaßiani, Appellanionitæ, Marcionitæ, et
cæteræ, hæreticorum pestes & gladijs ac uenenis subuer-
tentes ueritatem, potest illic & baptisma unum esse, si est
& fides una. Ac ne longum sit per hæreticos uniuersos de-
currere, & singulorum uel ineptias uel insanias recensere,
quia nec delectatio est dicere, quod aut ostendere pudet aut
nosse, de Marcione interim solo cuius mentio in epistola à te
ad nos missa facta est, examinemus an poßit baptismatis
eius ratio constare. Dominus enim post resurrectionem disci-
pulos suos mittens, quemadmodum baptizare deberent, in-
Matth. 28. stituit & docuit, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœ-
lo & in terra: Ite ergo, docete omnes gentes, baptizantes
eas in nomine patris & filij & spiritus sancti. Insinuat tri-
nitatem, cuius sacramento gentes baptizarentur. Nunquid
hanc trinitatem Marcion tenet? Nunquid eundem asserit
quem & nos Deum patrem creatorem? Nunquid eundem
unum filium Christum de Maria uirgine natum, qui sermo
caro factus est, qui peccata nostra portauerit? qui mortē mo-
riendo uicerit? qui resurrectionem per semetipsum initiaue-
rit, & discipulis suis in eadem carne resurrectionem ostende-
rit? Lōge alia est apud Marcionē, sed et apud cæteros fides,
imo nihil est apud illos nisi perfidia & blasphemia, &
contentio sanctitatis & ueritatis inimica. Quomodo ergo
potest uideri apud illos baptizatos consequutos esse pecca-
torum remissam, & Domini indulgentiam per suam fidem,
qui ipsius fidei non habuerint ueritatem? Si enim sicut qui-
busdam uidetur, secundum fidem suam quis accipere aliquid
foris extra ecclesiam potuit: itaque id accipere non potuit,
quod nec credidit, sed potius adultera & profana secun-
dum

dum quod credebat accepit. Quem locum profani & adul-
teri baptismi, sublimiter Hieremias propheta perstringit, di- Hier. 15.
cens: Vt quid qui contristant me, præualent? Plaga mea so-
lida est. Vnde sanabor? Facta est mihi quasi aqua mendax,
non habens fidem. Mentionem facit per prophetam spiritus
sanctus aquæ mendacis, & perfidiæ, utiq; eius quæ baptismi
imaginem mentitur, & gratiam fidei adumbrata simulatio-
ne frustratur. Quòd si secundum prauam fidem baptizari
aliquis foris & remissam peccatorum consequi potuit, secū-
dum eandem fidem consequi & spiritum sanctum potuit.
Aut utrunque enim fides foris potuit, aut neutrum eorum
qui foris fuerat, accepit. Manifestum est autem ubi &
per quos remissa peccatorum dari poßit, quæ in baptismo
solicet datur. Nam Petro primum Dominus, super quem æ-
dificauit ecclesiam & unde humanitatis originem instituit
& ostendit potestatem istam dedit, ut id solueretur in terris,
quod ille soluisset. Et post resurrectionem quoque ad Apo-
stolos loquitur, dicens: Sicut misit me pater, & ego mitto Ioan. 20.
uos. Hoc cum dixisset, inspirauit, & ait illis: Accipite spiri-
tum sanctum. Si cuius remiseritis peccata, remittuntur illi: si
cuius tenueritis, tenebūtur. Vnde intelligimus non nisi in ec-
clesia præpositos & in Euangelica lege ac dominica ordi-
natione fundatos licere baptizare, & remissam pecca-
torum dare, foris autem nec ligari aliquid nec solui, ubi
non sit, qui aut ligare poßit aliquid, aut soluere. Nec
hoc frater sine scripturæ diuinæ autoritate proponimus,
ut dicamus certa lege, ac propria ordinatione cuncta
esse disposita, nec posse quenquam contra episcopos &
sacerdotes usurpare aliquid, quod non sit sui iuris ac pote-
statis. Nam & Chore & Dathā & Abiron cōtra Moysen
& Aaron sacrificandi sibi licentiam uindicare conati sunt, Num. 16.
nec,

nec tamẽ quod illicitè ausi sunt, impunè fecerũt. Et filij Aaron
Leuit.10. qui alienum ignem altari imposuerunt, in conspectu Domi-
ni indignantis extincti sunt. Quod supplicium manet eos
qui alienam aquam baptismo ingerunt falso, ut diuina censu-
ra ulciscatur, & uindicet id hæreticos contra ecclesiam ge-
rere, quod non nisi soli liceat ecclesiæ. Quod autem dicimus,
Actuum 8. quidam de eis qui in Samaria baptizati fuerant, aduenientí-
bus Apostolis Petro et Ioanne, tantum super eos manũ im-
positam esse, ut acciperent spiritum, rabaptizatos tamen
eos non esse, locum istum frater ad præsentem causam ne-
demus omnino non pertinere. Illi enim qui in Samaria cre-
diderant, fide uera crediderant, & intus in ecclesia, quæ una
est, & cui soli gratiam baptismi dare, & peccata soluere
permissum est, à Philippo diacono quem ijdem apostoli
miserant, baptizati erant. Et idcirco quoniam legitimum
& ecclesiasticum baptismum consequuti fuerant, baptizá-
ri eos ultrà non oportebat: sed tantummodo quod deerat, id
à Petro & Ioanne factum est, ut oratione pro eis habita, &
manu imposita, inuocaretur & infunderetur super eos spi-
ritus sanctus. Quod nunc quoq; apud nos geritur, ut qui
in ecclesia baptizãtur, per præpositos ecclesiæ offerantur,
& per nostram orationem ac manus impositionem spiritum
sanctum consequantur, & signaculo dominico consummen-
tur. Non est ergo frater quod hæreticis cedendum existi-
memus, ut baptisma quod non nisi ecclesiæ datum est, ob-
prodendum putemus. Boni militis est, aduersus rebelles
& hostes imperatoris sui castra defendere. Glorioſi ducis
cis est sibi commissa signa seruare. Scriptum est: Domi-
Deut.4. nus Deus tuus Deus zelans est: qui spiritum Dei accepi-
mus, zelũ diuinæ fidei habere debemus. Quo zelo Phinees
Num.25. placuit, & pro meritis indignãtis iram populo pereunte le-
nuit.

Quid adulteram & alienigenam diuinæ unitatis inimi-
cam in acceptum referimus, qui non nisi Christum & uni-
ecclesiam nouimus? Ecclesia paradisi instar exprimens
arbores fructiferas intra muros suos intus inclusit, ex qui-
bus qui non facit fructum bonum, excidetur & in ignem
mittetur. Has arbores rigat quatuor fluminibus, id est, Euã
gelij quatuor quibus baptismi gratiam salutari & cœlesti
irrigatione largitur. Nunquid de ecclesiæ fontibus rigari
potest, qui intus in ecclesia non est? Nunquid paradisi potus
arbores & salutares impartiri cuiquam potest, qui peruer-
sus à semetipso damnatus, & extra paradisi fontes re-
gressus aruit, & æternæ sitis siccitate defecit? Clamat Ioan.7.
dominus, ut qui sitit, ueniat & bibat de fluminibus aquæ
uiuæ, quæ eius uenis refluxerunt. Quò uenturus est, qui sitit,
quorsum ne ad hæreticos, ubi fons & fluuius aquæ uitalis
dominio non est? an ad ecclesiam, quæ una est, & super
Petrum qui claues eius accepit uoce Domini fundata est?
Quæ est una quæ tenet & possidet omnem sponsi sui gra-
tiam, in hac præsidemus, pro honore eius atque unitate
eius rogamus, huius & gratiam pariter & gloriam fidei uir-
tutis defendimus. Nos diuino permissu rigamus sitientem
populum, nos custodimus terminos uitalium fontium. Si
possessionis nostræ ius tenemus, si sacramentum unitatis a-
mamus, cur præuaricatores ueritatis, cur proditores uni
tatis existimamur? Aqua ecclesiæ fidelis & salutaris & san
ctificis corrumpi aut adulterari non potest, sicut & ipsa eccle-
sia incorrupta, & casta, & pudica est. Et si ecclesiæ deuoti,
& in ecclesia constituti sunt hæretici, possunt baptismo eius
uti ceteris salutaribus bonis uti: si autem in ecclesia non sunt,
& contra ecclesiam faciunt, quomodo baptizare ba-
bito ecclesiæ possunt? Neque enim paruares hæreticis et
modica

modica conceditur, quando à nobis baptisma eorum in acce-
ptum refertur: cum inde incipiat omnis fidei origo, & ad
spem uitæ æternæ salutaris ingreßio, & purificandis ac uiui-
ficandis Dei seruis diuina dignatio. Nam si baptizare quis
apud hæreticos potuit, utiq; & remissam peccatorum con-
sequi potuit. Si peccatorum remissam consequutus est, si san-
ctificatus est, si templum Dei factus est, quæro cuius Dei? si
creatoris, non potuit, quia in eum non credidit: si Christi, nec
eius fieri potuit templum, qui negat Dominum Christum: si
spiritus sancti, quomodo placatus ei esse potuit, qui aut pa-
tris, aut filij inimicus est? Proinde frustra quidam, qui ratione
uincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetu-
do maior sit ueritate, aut non fuerit in spiritualibus sequen-
dum, si melius fuerit à sancto spiritu reuelatum. Ignosci enim
potuit simpliciter erranti, sicut de seipso dicit Apostolus Pau-
1. Timot. 1. lus: Qui primò, inquit, fui blasphemus, & persequutor, &
iniuriosus, sed misericordiam merui, qui ignorans feci. Post
inspirationem uerò & reuelationem factam, qui in eo quod
errauerat, perseuerat, prudens & sciens sine uenia ignoran-
tiæ peccat: præsumptione enim atque obstinatione supera-
tur. Nec quisquam dicat quod accepimus ab Apostolis, qui
non nisi unam ecclesiam tradiderunt, & baptisma unum,
quod non nisi in ecclesia sit constitutum, & neminem
inueniamus ab Apostolis, cum apud hæreticos baptiza-
tus esset, in eodem baptismo admissum esse, & com-
municasse, ut uideantur Apostoli baptisma hæretico-
rum probasse. Quòd enim quidam dicunt, quasi ad
hæreticorum suffragium pertineat, quod dixerat Apostolus
Philip. 1. lus Paulus: Veruntamen omni modo siue per occasionem, si-
ue per ueritatem Christus annuntietur: inuenimus hoc quo-
que ad eorum patrocinium, qui hæreticis suffragantur &
plaudunt,

& plaudunt, nihil posse proficere. Neque enim de hæreti-
cis, aut eorum baptismo loquebatur in epistola sua Pau-
lus, ut aliquid quod ad hanc rem pertineat posuisse osten-
datur. Loquebatur de fratribus siue inordinatè & contra ec-
clesiasticam disciplinam ambulantibus, siue Euangelicam ue-
ritatem de Dei timore seruantibus. Et quosdam ex eis posuit
uerbum Dei constanter atq; intrepidè loquutos, quosdam ue-
rò in inuidia & dissensione uerbi uersatos, quosdam seruare
circa se beneuolam charitatem, alios uerò habuisse beneuo-
lam dissensionē, tamen patienter omnia se sustinere, dūmodo
siue in ueritate, siue per occasionem nomen Christi, quod
Paulus prædicabat, ad plurimorum notitiam perueniet, &
omnia adhuc ac rudis sermonis seminatio loquentium præ-
dicatione crebresceret. Porrò aliud est eos qui intus in eccle-
sia sunt, de nomine Christi loqui: aliud eos qui foris sunt, &
contra ecclesiam faciunt, in nomine Christi baptizare.
Cogere qui hæreticis patrocinantur, non id proferant, quod
Paulus de fratribus posuit: sed ostendant si hæretico aliquid
concedendum putauit, aut si fidem & baptisma eorum pro-
bauit, aut si perfidos & blasphemos remißionem peccato-
rum accipere extra ecclesiam posse constituit. Si autem
apud apostoli de hæreticis senserint, consideremus, inuenie-
mus eos in omnibus epistolis suis execrari & detestari hæ-
reticorum sacrilegam prauitatem. Nam cum dicant, sermo-
nes eorum ut cancer serpere, quomodo potest is sermo da-
re remissam peccatorum, qui ut cācer serpit ad aures audi-
entium? Et cum dicant nullam participationem esse iustitiæ
& iniquitati, nullam communionem lumini & tenebris, quo
modo possunt aut tenebræ illuminare, aut iniquitas iustifi-
care? Et cū dicāt de Deo eos non esse, sed esse de Antichristi
spiritu, quomodo spiritualia & diuina tractant, qui sunt
hostes

hostes Dei, & quorum pectora obsederit spiritus Antichri-
sti? Quare si reiectis humanæ contentionis erroribus ad
Euãgelicam autoritatem atq; apostolicam traditionem syn-
cera & religiosa fide reuertamur, intelligemus nihil eis ad
gratiam ecclesiasticam & salutarem licere, qui spargentes
atq; impugnantes oues Christi, à Christo ipso aduersarij, &
apostolis eius Antichristi nominantur. Non est autem quod
aliquis ad circumueniendam Christianam ueritatem Christi
nomen opponat, ut dicat: In nomine IESV Christi ubicũq;
& quomodocunque baptizati, gratiam baptismi sunt con-
sequuti, cum ipse Christus loquatur & dicat: Non omnis
Matth. 7. qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorũ:
& iterum præmoneat & instruat, ne quis à pseudoprophe-
Marc. 13. tis, & Pseudochristis in nomine suo facilè fallatur: Multi, in-
quit, uenient in nomine meo dicentes: ego sum Christus, &
multos fallent: & postea addidit, dicens: Vos autem ca-
uete, ecce prædixi uobis: unde apparet, non ea statim suscipi-
enda & assumẽda quæ iactantur in nomine Christi, sed quæ
geruntur in Christi ueritate. Quòd enim in Euangelijs &
Apostolorum epistolis IESV Christi nomen insinuatur ad
remissionem peccatorum, nõ ita est quasi aut sine patre, aut
contra patrem prodesse cuiquam solus filius possit, sed ut Iu-
dæis qui iactabant se patrem habere, ostẽderetur, quòd nihil
eis pater profuturus esset, nisi in filiũ crederent, quem ille mi-
sisset. Nam qui Deum creatorem patrẽ sciebãt, filium quoq;
Christum scire debebant, ne sibi blandirentur & plauderẽt
de solo patre sine filij eius agnitione, qui & dicebat:
Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Duorum autem cogni-
Ioan. 14. tionem esse in se, quæ saluet, idem ipse manifestat, dicẽs: Hæc
& 17. est uita æterna, ut cognoscant te solum & uerum Deum,
& quem misisti IESVM Christum. Cum ergo & ipsius
Christi

Christi prædicatione & contestatione pater antè cogno-
scendus sit qui misit: tunc deinde Christus qui missus sit: nec
possit esse spes salutis, nisi duobus simul cognitis: quomodo
non cognito, imò & blasphemato Deo patre, qui apud hæ-
reticos Christi nomine baptizati dicuntur peccatorum re-
missam consequuti iudicantur? Alia enim fuit Iudæorum
sub Apostolis ratio, alia est gentilium conditio. Illi qui iam
legis & Moysi antiquissimum baptisma fuerant adepti, in
nomine quoq; IESV Christi erant baptizandi, secundum
quod in Actibus Apostolorum Petrus loquitur & dicit: Actuum 2.
Pœnitemini, & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine
Domini IESV Christi in remissionem peccatorum, &
accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim est promissio
& filijs uestris, & omnibus deinceps quoscunq; aduocaue-
rit Dominus Deus noster. IESV Christi mentionem facit
Petrus, non quasi pater omitteretur, sed ut patri quoq; filius
adiungeretur. Deniq; ubi post resurrectionẽ Domini Apo-
stoli ad gentes mittuntur, in nomine patris & filij & spiri-
tus sancti baptizari gentiles iubentur. Quomodo ergo qui-
dam dicunt, foris extra ecclesiam, modò in nomine IESV
Christi, ubicunq; & quomodocunq; gentilem baptizatum
remissionem peccatorum consequi posse, cum ipse Christus
gentes baptizare iubeat in plena & adunata trinitate? nisi
qui Christum neget negatus à Christo qui patrem eius
negat, quem ipse Christus confessus sit, non negauit, & qui
eum blasphemat, quem Christus Dominum & Deum
dixerit, remuneratus à Christo remissionem peccato-
rum & baptismi sanctificationem consequitur. Qui autem
potestate consequi in baptismo remissionem peccatorum
possit, negans Deum creatorem patrem Christi, quando
ipsam potestatem qua baptizamur, & sanctificationem ab

eodem patre Christus acceperit, quem maiorem dixerit, à
quo clarificari petierit, cuius uoluntatem usq; ad obsequium
bibendi calicis & subeundæ mortis impleuerit? Quid est
igitur quàm participem hæreticis blasphemãtibus fieri, de-
fendere uelle & asserere, quòd remissam peccatorum acci-
pere in Christi nomine poßit, blasphemans grauiter &
peccans in patrem & Dominum Deum Christi? Quid de-
inde illud, quale est, cum qui filium negat, nec patrẽ habeat,
ut qui negat patrem, filium habere uideatur, cum filius ipse
Ioan.6. contestetur & dicat: Nemo potest uenire ad me, nisi fuerit
illi datum à patre: uti manifestum sit, nullam remißionem
peccatorum in baptismo accipi à filio posse, quam constet
patrem non dedisse, maxime cum adhuc repetat & dicat:
Matth.15. Omnis plantatio quam non plantauerit pater meus cœle-
stis, eradicabitur. Quòd si Christiani discere à Christo no-
lunt, quantum uenerationis & honoris paterno nomini
debeatur, uel de exemplis terrenis & secularibus discant,
& sciant Christum non sine maxima exprobratione po-
Luc.16. suisse: Filij seculi huius prudentiores sunt filijs lucis in secu-
lo isto. Si cuius patri aliquis conuicium fecerit, si contume-
liosus & procax pudorem eius & honorem maledico ore
lacerauit, indignatur filius & irascitur, & læsi patris iniu-
riam quibuslibet modis uindicare conatur. Tu Christum pu-
tas impijs & sacrilegis, & in patrem suum blasphemis im-
punitatem dare, & eis in baptismo peccata dimittere? Quod
cum conderet baptizatus, eadem adhuc in personam patris
maledicta congereret, & incessabili blasphemantis linguæ
scelere peccaret, hoc Christianus, hoc Dei seruus potest aut
mente concipere, aut fide concipere, aut sermone proferre:
Exod.20. & ubi erunt legis præcepta diuinæ, quæ dicunt: Honora
patrem & matrem: nisi uocabulum patris quod in homine
honora

honorari præcipitur, in Deo impune uiolatur? Vbi erit
quod ipse Christus in Euangelio ponit, & dicit? Qui male- Matth.15.
dixerit patri aut matri, morte moriatur: nisi is qui maledi-
centes parentibus carnalibus puniri & interfici mandat, in
cœlestem & spiritualem patrem maledicos, atq; ecclesiæ
matris inimicos ipse uiuificat. Execranda ac detestanda res
à quibusdam aßeritur, ut is qui blasphemantem in spiritum
sanctum reum futurum peccati æterni comminetur, idem in
patrem blasphemos salutari baptismo sanctificare dignetur.
Et nunc qui talibus ad ecclesiam uenientibus sine baptismo
communicandũ existimant, non putant se alienis, imò æter-
nis peccatis communicare, admittentes sine baptismo eos
qui non nisi baptismo blasphemiarum suarum peccata de-
ponere possunt. Quàm uanum est porrò & peruersum, ut
cum ipsi hæretici repudiato & relicto uel errore, uel scele-
re in quo prius fuerant, agnoscant ecclesiæ ueritatem, nos
eiusdem ueritatis iura & sacramentum mutilemus, & ue-
nientibus & pœnitentibus dicamus eos remißionem pecca-
torum consequutos esse, cum illi se peccasse, & propter hoc
ad ecclesiæ indulgentiam uenire fateantur? Quare ecclesiæ
catholicæ fidem ac ueritatem frater & tenere debemus fir-
miter & docere, & per omnia Euangelica & Apostolica
præcepta rationem diuinæ dispensationis atq; unitatis osten-
dere. Nunquid potest uis baptismi maior esse, aut potior
quam confeßio? ut qui coram hominibus Christum confi-
ceatur, & sanguine suo baptizetur: & tamen hoc baptisma
hæreticis non prodest, quamuis Christum confeßi, & extra
ecclesiam fuerint occisi, nisi hæreticorum patroni & aduo-
cati hæreticos in falsa confeßione Christi interfectos, mar-
tyres prædicant, et contra Apostolicam testationem, qui ni-
mis eos quamuis exustos & occisos dicit posse proficere,

gloriam eis & coronam paßionis aßignant. Quòd si hæreticis nec baptisma publicæ confeßionis & sanguinis proficere ad salutem potest, quia salus extra ecclesiam non est: quanto magis ei nihil proderit, si in latebra & in latronum spelunca adulteræ aquæ contagione tinctus, non tantum peccata antiqua non exposuerit, sed adhuc potius noua & maiora cumulauerit? Quare baptisma nobis & hæreticis non potest esse, cum quibus nec pater Deus, nec Christus filius, & spiritus sanctus, nec fides ipsa in ecclesia communis est: & ideo baptizari eos oportet, qui de hæresi ad ecclesiam ueniunt, ut qui legitimo & uero atq; unico sanctæ ecclesiæ baptismo ad regnũ Dei regeneratione diuina præparantur,
Ioan. 3. sacramento utroq; nascãtur, quia scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum cœlorum. Quo in loco quidam quasi euacuare possint humana argumentatione prædicationis Euangelicæ ueritatem, catechumenos nobis opponunt, si quis ex eis antequàm baptizetur in confeßione nominis apprehensus fuerit & occisus, an spem salutis & præmium cõfeßionis amittat, eò quòd ex aqua prius non sit renatus. Sciant igitur eiusmodi homines suffragatores & fautores hæreticorum, catechumenos illos primò integram fidem & ecclesiæ ueritatem tenere, & ad debellandum diabolum de diuinis castris, cum plena & syncera Dei patris & Christi & spiritus sancti cognitione procedere; deinde nec priuari baptismatis sacramento, utpote qui baptizentur gloriosißimo & maximo sanguinis baptismo, de quo Dominus dicebat habere se aliud
Luc. 11. baptisma baptizari, & paßione sanctificatum consummari, & diuinæ pollicitationis gratiam consequi. Declarat hoc in
Ibidem 13. Euangelio idem Dominus, quando ad latronem in ipsa passione credentem & confitentem loquutus, quoad secum futurus

turus sit in paradiso pollicetur. Quapropter qui fide & ueritate præsumimus, eos qui ad fidem & ueritatem ueniunt, & agentes pœnitentiam remitti sibi peccata deposcunt, decipere non debemus & fallere, sed correptos à nobis & reformatos ad regnum cœlorum disciplinis cœlestibus erudire. Sed dicit aliquis: Quid ergo fiet de his qui in præteritum, de hæresi ad ecclesiam uenientes, sine baptismo admißi sunt? Potens est Dominus misericordia sua indulgentiam dare, & eos qui simpliciter admißi, in ecclesia dormierunt, ab ecclesiæ suæ muneribus non separare. Non tamen quia aliquando erratum est, ideo semper errandum est, cum magis sapientibus, & Deum timentibus congruat, pacifica & perspecta ueritate libenter atq; incunctanter obsequi, quàm pertinaciter atq; obstinatè contra fratres & consacerdotes pro hæreticis reluctari. Nec quisquam existimet hæreticos, eò quòd illis baptisma opponitur, quasi secundi baptismi uocabulo scandalizatos, ut ad ecclesiam ueniant, retardatione moueri, cum hoc ipso magis ad neceßitatem ueniendi testimonio ostensæ sibi & probatæ ueritatis adigantur. Nam si uiderint iudicio & sententia nostra id decerni & statui, ut baptisma iustum & legitimum computetur, quo illic baptizantur, putabunt ecclesiam se quoq; & cætera ecclesiæ munera iustè ac legitimè poßidere, nec erit causa ueniendi ad nos, cũ habentes baptisma, habere uideantur & cætera. Porrò autem cum cognoscunt baptisma nullum foris esse, nec remissam peccatorũ extra ecclesiam dari posse, audacius ad nos & promptius properant, & munera & dona matris ecclesiæ implorãt, certi peruenire se omnino non posse ad ueram diuinæ gratiæ pollicitationem: nisi prius uenerint ad ecclesiæ unitatem. Nec recusabunt baptizari apud nos hæretici legitimo & uero ecclesiæ baptismo,

cum ex nobis didicerint baptizatos quoq; à Paulo eos quod iam baptismo Ioannis baptizati fuissent, sicut legimus in
Act.19. Actibus Apostolorũ: Et nunc apud quosdam de nostris hereticorum baptisma occupatum asseritur, & inuidia quadam quasi rebaptizandi baptizare post hostes Dei inducitur, cum baptizatos inueniamus quos Ioannes baptizauerat. Ille Ioannes maior inter prophetas habitus, ille diuina gratia adhuc in utero matris impletus, ille Heliæ spiritu & uirtute subnixus, qui nõ aduersarius domini, sed precursor prædicando fuit, qui Dominum non tantum uerbis prænuntiauit, sed & oculis ostẽdit, qui ipsum Christum per quem baptizantur cæteri, baptizauit. Quòd si ideirco hereticus ius baptismi obtinere potuit, quia prior baptizauit, non posśidentis erit iam baptisma sed occupantis: & cum separari & diuidi omnino non possint baptisma & ecclesia, si præoccupare prior baptisma potuit, & ecclesiam pariter occupauit. Et inde cœpisti illi hæreticus uideri, qui præuẽtus posterior esse cœpisti, qui cedendo ac manus illi do ius quod acceperas, reliquisti. Quàm periculosum autem sit in diuinis rebus, ut quis cedat iure suo, & potestate sua
Gen.25. ptura sancta declarat in Genesi, quòd Esau primatus sui inde perdiderit, nec recipere postmodum potuerit. Hæc tibi breuiter pro nostra mediocritate rescripsimus frater charissime, nemini præscribentes aut præiudicantes, quò minus unusquisq; episcoporum quod putauerit faciat, habens arbitrij sui liberam facultatem. Nos quantum in nobis est, propter hæreticos cum collegis & coëpiscopis nostris nõ contendimus, cum quibus diuinam & dominicam pacem tenemus, maxime cum &
1.Cor.11. Apostolus dicat: Si quis autem putatur contentiosus, nos talem consuetudinem non habemus, neq; ecclesia Dei. Seruatur à nobis patienter & firmiter charitas animi, collegij honor, dilectionis uinculum, concordia sacerdotij. Propter hoc etiam nunc libellum de bono patientiæ, quantum ualuit nostra mediocritas, perseuerante Domino & inspirante conscripsimus, quem ad te pro mutua dilectione transmisimus.

AD POMPEIVM CONTRA EPISTOLAM STEPHANI.

CYPR. POMPEIO FRATRI SALVTEM.

QVANQVAM plenè ea quæ de hæreticis baptizandis dicenda sunt, complexi sumus in epistolis, quarum ad te exemplа transmisimus frater charissime: tamen quia desiderasti in notitiam tuã perferri, quæ mihi ad literas nostras Stephanus frater noster rescripserit, misi tibi rescripti eius exemplum, quo lecto magis ac magis eius errorem denotabis, qui hæreticorum causam cõtra Christianos & contra ecclesiã Dei asserere conatur. Nã cætera uel superuacua, uel ad rem non pertinentia, uel sibi ipsi contraria, quæ imperite atq; improuide scripsit, eundem illud adiunxit ut diceret: Si quis ergo à quacunq; hæresi uenerit ad nos, nihil innouetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in pœnitentiam, cum ipsi hæretici propè alterutrum ad se uenientes non baptizent, sed communicent tantum. At quacunq; hæresi uenientem baptizauit ecclesia uetuit, id est, omniam hæreticorum baptismata rata esse, & legitima iudicauit. Et cum singulæ hæreses

singula baptismata habeant, hic cum omnium baptismo communicans uniuersorum delicta in sinum suum coacervata congesſit. Et præcipit nihil aliud innouari, niſi quod traditum eſt, quaſi is innouet, qui unitatem tenens, unum baptiſma uni eccleſiæ uindicat, & non ille utiq; qui unitatis oblitus mendacia & contagia profana & molliores uſurpat. Nihil innouetur, inquit, niſi quod traditum eſt. unde eſt iſta traditio, utrum ne de dominica & Euangelica autoritate deſcendens, an de Apoſtolorum mandatis atque epiſtolis ueniens? Ea enim facienda eſſe quæ

Ioſue 1. ſcripta ſunt, Deus teſtatur, & proponit ad Ieſum Naue dicens: Non recedet liber legis huius ex ore tuo, ſed meditaberis in eo die ac nocte, ut obſerues facere omnia quæ ſcripta ſunt. Item Dominus Apoſtolos ſuos mittens, mandat baptizari gentes & doceri, ut obſeruent omnia quæcunque ille præcepit. Si ergo aut in Euangelio præcipitur, aut in Apoſtolorum epiſtolis, aut Actibus continetur, ut à quacunque hæreſi uenientes non baptizentur, ſed tantum manus illis imponantur in pœnitentiam, obſeruetur etiam & hæc ſancta traditio. Si uerò ubique hæretici nihil aliud quàm aduerſarij & Antichriſti nominantur, ſi uitandi, & peruerſi, & à ſemetipſis damnandi pronuntiantur: quale eſt, ut uideantur damnandi à nobis non eſſe, quos conſtat apoſtolica conteſtatione à ſeme tipſis damnatos eſſe? ut nemo Apoſtolos infamare debeat, quaſi illi hæreticorum baptiſma probauerint, aut eis ſine eccleſiæ baptiſmo communicauerint, quando tale de hæreticis apoſtoli ſcripſerunt, & cum non adhuc hæreticæ peſtes acriores prorupiſſent, necdum quoq; Marcion Ponticus emerſiſſet, & cuius mercedem ſub Hygino epiſcopo, qui in urbe nonus fuit, Romam uenit, quẽ Marcion ſequutus addidit ad crimi-

minis augmentum, impudentius cæteris & abruptius in ſuum patrem creatorem blaſphemare inſtituit, & hæreticorum ſacrilegis armis contra eccleſiam rebellantem acerbius & grauius armauit. Quòd ſi hæreſes cõſtat poſt illam plures & peiores extitiſſe, et ſi retro nuſquam præſcriptum eſt, neq; conſcriptum, ut hæretico tantum manus in pœnitentiam imponatur, & ſic ei communicetur, & ſi baptiſma non niſi unum eſt, & intus eſt, & ſoli eccleſiæ diuinitus indignatione conceſſum eſt, quæ iſta obſtinatio, quæue præſumptio, humanam traditionem diuinæ diſpoſitioni antepone re, nec animaduertere, indignari & iraſci Deum, quod diuina præcepta ſoluit & præterit humana traditio? ſicut per Eſaiam prophetam clamat & dicit: Populus iſte Eſa. 29.
labijs honorificat me, cor uerò eorum longè ſeparatum eſt à me. Sine cauſa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes. Item Dominus in Euangelio increpans ſimiliter & obiurgans, ponit & dicit: Reiecistis Matth. 15.
mandatum Dei, ut traditionem ueſtram ſtatuatis. Cuius præcepti memor beatus Paulus, monet ipſe quoque & admonit, dicens: Siquis aliter docet, & non acquieſcit ſa- 1. Timot. 6.
nis uerbis Domini noſtri IESV Chriſti & doctrinæ eius, ſuperbe elatus eſt, nihil ſciens, diſcedendum ab huiuſmodi. Manifeſta ſanè ac legitima traditio à Stephano fratre noſtro proponitur, ut autoritatem nobis idoneam præbeat. Nam in eodem loco epiſtolæ ſuæ addidit & adiecit, cum dicit: Si hæretici proprie ad ſe uenientes alterutrum non baptizent, ſed communicent tantum. Ad hoc enim malorum conſultus eſt eccleſia Dei & ſponſa Chriſti, ut hæreticorum impia ſectetur, ut ad celebranda ſacramenta cœleſtis diuinæ lux de tenebris mutuetur, & id faciant Chriſtiani, quod Antichriſti faciunt. Quæ uerò eſt animi cæcitas, quæ

prauitas, fidei unitatem de Deo patre IESV Christi Domi-
ni & Dei nostri traditione uenientē nolle cognoscere? Nā si
idcirco apud hæreticos ecclesia non est, quia una est, & diui-
di non potest: si ideo illic spiritus sanctus non est, quia unus
est, & esse apud profanos & extraneos non potest: utiq;
baptisma, quod in eadem unitate consistit, esse apud hæreti-
cos, non potest, quia separari neq; ab ecclesia, neq; à spiritu
sancto potest: aut si effectum baptismi maiestati nominis
tribuunt, ut qui in nomine Christi IESV ubicunq; & quo-
modocunque baptizantur, innouati & sanctificati iudicen-
tur, cur in eiusdem Christi nomine illic & manus baptizato
imponitur ad accipiendum spiritum sanctum? Cur eiusdem
maiestas nominis non præualet in manus impositione, quam
ualuisse contendunt in baptismi sanctificatione? Nam si po-
test quis extra ecclesiam natus templum Dei fieri, cur non
poßit super templum & spiritus sanctus infundi? Qui enim
peccatis in baptismo expositis sanctificatus est, & in nouum
hominem spiritualiter reformatus, ad accipiendum spiritum
Gal. 3. sanctum idoneus factus non est? Cum Apostolus dicat: Quot
quot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Si potest
Apostolus hæreticos Christum induere, multo magis potest
spiritum sanctum, quē Christus misit accipere. Cæterū ma-
ior erit mittente qui missus est, ut incipiat foris baptizatus
Christum quidem induere, sed spiritum sanctum non potuisse
se percipere, quasi poßit, aut sine spiritu Christus indui, aut
spiritu sancto separari. Illud quoque cum natiuitas spiritua-
lis sit, qua in Christo per lauacrum regenerationis nasci-
mur, dicant quòd poßit quis apud hæreticos spiritualiter
nasci, ubi spiritum negant esse. Peccata enim purgare,
& hominem sanctificare aqua sola non potest, nisi habeat
& spiritum. Necesse est concedant illic esse spiritum
sanctum,

sanctum, ubi baptisma esse dicunt: aut nec baptisma est, ubi
spiritus non est, quia baptisma esse sine spiritu non potest.
Quale est autem asserere & contendere, quòd esse poßint
filij Dei, qui non sint in ecclesia nati? Baptisma est enim in
quo homo uetus moritur, & nouus nascitur. Manifestat
& probat beatus Apostolus, dicens: Seruauit nos per laua- Titum 3.
crum regenerationis: si autem in lauacro, id est, in baptis-
mo est regeneratio, quomodo generare filios Deo hæresis
per Christum potest, quæ Christi sponsa non est? Ecclesia
enim sola, quæ Christo coniuncta & adunata spiritua-
liter filios generat, eodem Apostolo rursus dicente: Chri- Ephes. 5.
stus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut eam
sanctificaret, purgans eam lauacro aquæ. Igitur si hæc est
dilecta & spōsa quæ sola à Christo sanctificatur, & lauacro
eius sola purgatur, manifestum est hæresim (quæ spōsa Chri-
sti non sit, nec purgari & sanctificari lauacro eius poßit)
filios Deo generare non posse. Porrò autem non per manus
impositionem, qui nascitur accipit spiritum sanctum, sed
in baptismo spiritum sanctum renatus accipit, sicut in primo
homine Adam factum est. Antè enim cum plasmauit, & tūc Gen. 2.
insufflauit in faciem eius flatum uitæ. Nec enim potest acci-
pere spiritus, nisi prius fuerit qui accipiat. Cum autem nati-
uitas Christianorum in baptismo sit, baptisma autem gene-
ratio, & sanctificatio apud solam sponsam Christi sit, quæ
parere spiritualiter, & generare filios Deo poßit, ubi, &
ex qua, & cui natus est, qui filius ecclesiæ non est, ut ha-
bere quis poßit Deum patrem, ante ecclesiam matrem? Cum
verò nulla omnino hæresis, sed neque aliquod schisma ha-
bere salutaris baptismi sanctificationem foris poßit, cur in
Cæcilium Stephani fratris nostri obstinatio dura prorupit,
ut etiam de Marcionis baptismo, item Valentini & Apel-
lis,

lis,& cæterorum blaſphemantium in Deum patrem, con-
tendat filios naſci? & illic in nomine Ieſu Chriſti dicat re-
miſſionem peccatorum dari,ubi blaſphematur in patrem,et
in Dominum Deum Chriſtum? Quo in loco conſideranda
eſt frater chariſſime, pro fide & religione ſacerdotalis loci
quo fungimur,an conſtare ſacerdotis Dei ratio in die iudicij
poſſit, aſſerentis & probantis & in acceptum referentis
blaſphemantium baptiſmata, cum Dominus conuenetur &
Malach.2. dicat:Et nunc præceptum hoc ad uos eſt ô ſacerdotes,ſi non
audieritis, & ſi non poſueritis in corde ueſtro, ut detis ho-
norem nomini meo, dicit Dominus omnipotens, immittam
in uos maledictionem, & maledicam benedictionē ueſtram.
Dat honorem Deo, qui Marcionis baptiſmo communicat?
Dat honorem Deo,qui unitatem & ueritatem de diuina le-
ge uenientem non tenens, hæreſim contra eccleſiam uindi-
cat?Dat honorem Deo,qui apud eos qui in Dominum blaſ-
phemant, remiſſionem peccatorum dari iudicat?Dat hono-
rem Deo,qui hæreticorum amicos,& inimicos Chriſtianō-
rum,ueritatem Chriſti,et eccleſiæ unitatem continere putat?
Si ſic honor Deo datur, ſi ſic à cultoribus & ſacerdotibus
eius Dei timor & diſciplina ſeruatur:abijciamus arma,ma-
nus demus, in captiuitatem diaboli tradamus ordinationem
Euangelij,diſpoſitionem Chriſti,maieſtatem Dei,diuina mi-
litiæ ſacramenta ſoluantur, ſacrorum cœleſtium ſigna pro-
dantur,cedat eccleſia hæreticis,lux tenebris,perfidiæ fides,
ſpes deſperationi,ratio errori,immortalitas morti, charitas
odio, ueritas mendacio,Chriſtus antichriſto: & ſic in dies
ſingulos ſchiſmata & hæreſes ſurgant,crebrius atque libe-
rius excreſcant, & ſerpentinis criminibus pullulantes ad-
uerſus eccleſiam Dei maioribus uiribus, uenenorum ſuo-
rum uirus exprimant:dum illis aduocatione quorundam,q
autoris

ueritas præſtatur,& firmitas, dum baptiſma eorum de-
fenditur,dū fides, dum ueritas proditur, dum id quod cōtra
eccleſiam foris geritur, intus in ipſa eccleſia uindicatur.
Quod ſi eſt apud nos frater chariſſime Dei timor, ſi tenor
religionis ualet fidei,ſi cuſtodimus Chriſti præcepta,ſi incorruptā
& inuiolatam ſponſæ eius ſanctitatem tuemur, ſi hærent
cordis ſenſibus & cordibus uerba Domini dicentis:Putas
quod ueuerit filius hominis, inueniet fidem in terra? quia Luc.18.
ſumus Dei milites,quia Deo fide, & religione ſyncera mi-
litamus, commiſſa nobis diuinitus caſtra fideli uirtute ſer-
uamus:nec conſuetudo,quæ apud quoſdam obrepſerat,impe
dire debet, quò minus ueritas præualeat & uincat. Nam
conſuetudo ſine ueritate,uetuſtas erroris eſt: propter quod
relicto errore ſequamur ueritatem, ſcientes quia & apud
nos non ueritas uicit,ſicut ſcriptum eſt:Veritas ualet & in-
ualeſcit in æternum,et uiuit & obtinet in ſecula ſeculorum. 3.Eſdræ 3.
Non eſt apud eam non accipere perſonam,nec differentiam,
ſed quæ ſunt iuſta facit,nec eſt in iudicio eius iniquum,ſed for
titudo & regnum, & maieſtas omnium ſeculorum. Bene-
dictus Deus ueritatis, quam ueritatem nobis Chriſtus oſten
dit in Euangelio ſuo dicit:Ego ſum ueritas. Propter quod
qui in Chriſto ſumus,& Chriſtum in nobis habemus, ſi ma- Ioan.14.
nemus in ueritate, & ueritas in nobis manet, ea quæ ſunt
contra teneamus. Fit autem ſtudio præſumptionis & con-
tentionis,ut quis magis ſua praua & falſa defendat, quàm
alterius facta & uerba conſentiat. Cui rei proſpiciens
etiam Paulus Apoſtolus ad Timotheum ſcribit, & monet 1.Tim.3.
epiſcopum non litigioſum, ſed mitem & docibilem eſſe de-
bere: Docibilis autem ille eſt, qui eſt ad diſcendi patientiam
facilis & mitis. oportet enim epiſcopum non tantum
docere, ſed & diſcere: quia & ille melius docet,qui quo-
tidie

tidie crescit, & proficit discendo meliora. Quod ipsum quo
1.Cor.14. que idem Apostolus Paulus docet, præmonens, ut si alio se-
denti melius reuelatum fuerit, prior taceat. In compendio est
autem apud religiosas mentes & simplices, & errorem de-
ponere, & inuenire, atq; eruere ueritatem. Nam si ad diui-
næ traditionis caput & originem reuertamur, cessat error
humanus, & sacramentorum cœlestium ratione perspecta,
quicquid sub caligine ac nube tenebrarum obscurum late-
bat, luce ueritatis aperitur. Si canalis aquæ qui copiosè prius
& largiter profluebat, subitò deficiat, nõ ne ad fontem per-
gitur, ut illic defectionis ratio noscatur, utrum ne crescenti-
bus uenis, in capite siccauerit, an uerò integra inde & ple-
na procurrens in medio itinere destiterit? At si uitio inter-
rupti aut bibuli canalis effectum est, quò minus aqua per-
seueranter continua ac iugiter flueret, refecto & confir-
mato canali ad usum atque potum ciuitatis aqua colle-
cta eadem ubertate atque integritate repræsentatur qua de
fonte proficiscitur. Quod & nunc facere oportet Dei sacer-
dotes præcepta diuina seruantes, ut in aliquo si nutauerit &
uacillauerit ueritas, ad originem Dominicam & Euangeli-
cam, & apostolicam traditionem reuertamur, et inde surgat
Ephes.4. actus nostri ratio, unde et ordo & origo surrexit. Traditum
est nobis quòd sit unus Deus, & Christus unus, et una spes,
et fides una, et una ecclesia, et baptisma unum non nisi in una
ecclesia constitutum, à qua unitate quisquis discesserit, cum
hæreticis necesse est inueniatur, quos dum contra ecclesiam
uindicat, sacramentum diuinæ traditionis impugnat. Cuius
unitatis sacramentum expressum uidemus etiam in Cantico
Cantic.4. canticorum, ex persona Christi, dicentis: Hortus conclusus,
soror mea, sponsa mea, fons signatus, puteus aquæ uiuæ, pa-
radisus cum fructu pomorum. Si autem ecclesia est hor-

tus conclusus est, & fons signatus: quomodo in eundem
hortum introire, aut bibere de fonte eius potest, qui in eccle-
sia non est? Item Petrus ipse quoq; demonstrans, & uindicãs
unitatem mandauit & monuit nisi per unum baptismum so-
lum unius ecclesiæ saluari non posse. In arca, inquit, Noë 1.Pet.3.
uenti, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, quod et
nos similiter saluos faciet Baptisma. Quàm breui & spiri-
tali compendio, unitatis sacramentum manifestauit! Nam
sicut in illo mũdi baptismo, quo iniquitas antiqua purgata est,
qui in arca Noë non fuit, non potuit per aquam saluus fie-
ri, ita nec nunc potest per baptismum saluus uideri, qui
baptizatus in ecclesia non est, quæ ad arcæ unius sacra-
mentum dominica unitate fundata est. Obseruatur itaque
nobis & tenetur frater charissime, explorata & per-
specta ueritate, ut omnes, qui ex quacunque hæresi ad ec-
clesiam conuertuntur, unico & legitimo baptismate ba-
ptizentur, exceptis his qui baptizati prius fuerant, et sic ad
hæreticos transierunt. Hos enim oportet cum redeunt acta
penitentia per manus impositionem solam recipi, & in oui-
li unde errauerant à pastore restitui. Opto te frater charissi-
me semper bene ualere.

CYPRIANVS QVIRINO FRATRI SALVTEM.

DEtulit, à me, frater charissime, Lucianus compresbyter
noster, te desiderasse, ut significaremus tibi, quid sentia-
mus de his qui apud hæreticos, & schismaticos baptizati ui-
dentur. De qua re quid nuper in concilio plurimi coëpisco-
pi cum presbyteris qui aderant censuerimus, ut scires eius-
dem epistolæ exemplum tibi misi. Nescio etenim qua
præsumptione ducuntur quidam de collegis nostris, ut
put

putent eos qui apud hæreticos tincti sunt, quando ad nos
uenerint baptizari non oportere, eò quòd dicant unum
baptisma esse, quod unum scilicet in ecclesia catholica
est. Quæ ecclesia si est una, esse extra ecclesiam baptisma
non potest. Nam cum duo baptismata esse non possint, si hæ-
retici uerè baptizant, ipsi habent baptisma. Et qui illis hoc
patrocinium præstat de autoritate sua, cedit illis hoc patro-
cinium, præstat de autoritate sua, cedit illis & consentit, ut
hostes & aduersarij Christi habere uideantur abluendi &
purificandi & sanctificandi hominis potestatem. Nos au-
tem dicimus eos, qui inde uenerunt non baptizari. Neque
enim accipiunt illic aliquid ubi nihil est, sed ueniunt ad nos ut
hic accipiant, ubi & gratia & ueritas una est. Porrò autem
quidam de collegis nostris malunt hæreticis honorem da-
re, quàm nobis consentire. Et dum unius baptismi asse-
ueratione baptizari uenientes nolunt, sic aut duo,
aut multa baptismata esse dicunt, aut certè, quod est gra-
uius, hæreticorum sordidam & profanam tinctionem, uero
& unico & legitimo Ecclesiæ catholicæ baptismo præpo-
nere & præferre contendunt, non considerantes scriptum
esse: Qui baptizatur à mortuo, quid proficit lauatio eius?
Eccl. 34. Manifestum est autem eos qui non sunt in ecclesia Christi,
inter mortuos computari, nec posse ab eo uiuificari alterũ
qui ipse uiuit in æternum, & uiuificat Dei populum. Et
dicunt se in hoc ueterem consuetudinem sequi, qui quan-
do apud ueteres hæreses, & schismaticos prima adhuc
fuerant initia, ut illic essent qui de ecclesia recedebant,
& hic baptizati prius fuerant: quos tunc ad ecclesiam
reuertentes, & pœnitentiam agentes necesse non fuerat
baptizare. Quod nos quoq; hodie obseruamus, ut quos con-
* stat hic baptizatos esse à nobis, & ad hæreticos transisse, si
postmodum peccato suo cognito, & errore digesto, ad ueritatem

& matricem redeant statum, satis sit in pœnitentiam
imponere, ut quia ouis iam fuerat, hanc ouem aba-
tam & errabundam in ouile suum pastor recipiat. Si
qui ab hæreticis uenit, baptizatus in ecclesia prius non
sed alienus in totum & profanus uenit, baptizandus
ouis fiat, quia una est aqua in Ecclesia sancta quæ oues
Et idcirco quia nihil potest esse commune mendacio
ueritati, tenebris & luci, morti & immortalitati, Anti-
& Christo, per omnia debemus Ecclesiæ catholicæ
tenere, nec in aliquo fidei & ueritatis hostibus cede-
Non est autem de consuetudine præscribẽdum, sed ratio-
uincendum. Nam nec Petrus quem primum Dominus
& super quem ædificauit ecclesiã suam, cum Paulus
circuncisione postmodum disceptaret, se uindicauit, seu
quid insolenter aut arroganter assumpsit, ut diceret se
tum tenere, & obtemperari à nouellis & posteris
potius oportere. Nec despexit Paulum quòd ecclesiæ
persecutor fuisset, sed consilium ueritatis administra-
legitimæ, quam Paulus uindicabat, facilè consensit, do-
scilicet nobis & concordiæ & patientiæ tribuens,
pertinaciter nostra amemus, sed quæ aliquando à fra-
& collegis nostris utiliter & salubriter suggerun-
sint uera & legitima, ipsa potius amplectamur. Pau-
prospiciens concordiæ, & paci fideliter consu-
in epistola sua posuit, dicens: Prophetæ autem duo aut
loquantur, & cæteri examinent. Si autem alij reuela-
fuerit sedẽti, ille prior taceat. Qua parte docuit & osten
multa singulis in melius reuelari & debere unumquenq;
eo quod semel imbiberat & tenebat, pertinaciter con-
sed si quid melius & utilius extirerit libẽter amplecti.
enim uincimur quando offeruntur nobis meliora, sed

instruimur, maximè in his quæ ad ecclesiæ unitatem pertinent & spei ac fidei nostræ ueritatem. Et nos sacerdotes Dei & ecclesiæ eius de ipsius dignatione præpositi sciamus remissam peccatorum in ecclesia dari posse, nec posse aduersarios Christi quicquam sibi pro eius ecclesia uindicare. Quod quidē Agrippinus bonæ memoriæ uir cum cæteris coēpiscopis suis qui illo tempore in prouincia Africa, & Numidia ecclesiam Domini gubernabant, statuit, & libera ta consilij communis examinatione firmauit. Quorum sententiam, & religiosam, & legitimam, & salutarem, fidei & ecclesiæ catholicæ congruentem, nos etiam secuti sumus. Et quales super hac re literas fecerimus ut scires, exemplum earum tam ad notitiam tuam, quàm coēpiscoporum nostrorum, qui illic sunt, pro communi dilectione transmisimus.

SENTENTIAE EPISCOPORVM DE HAERETICIS BAPTIZANDIS.

CVM in unum Carthagini conuenissemus Calend. Septembris episcopi plurima ex prouincia Aphrica, Numidia, Mauritania, cum presbyteris & diaconis, præsente etiā plebis maxima parte, & lecta esset literæ Iubaiani ad Cyprianum factæ, item Cypriani Iubaianum rescriptæ: de hæreticis baptizandis: quidā proposuerunt modum Cpriano Iubaianus idem rescripserit:

Cyprianus dixit:

Audistis collegæ dilectissimi, quid mihi Iubaianus coēpiscopus noster scripserit, consulens mediocritatem nostram

illicito & profano hæreticorum baptismo, & quid ego ei rescripserim, censens scilicet, quod semel atq; iterum & sæpe dicamus, hæreticos ad ecclesiam uenientes, ecclesiæ baptizari & sanctificari oportere. Item lectæ sunt uoluntariæ Iubaiani literæ, quibus pro sua syncera & religiosa deuotione ad epistolam nostram rescribens, non tantum consensit, sed & instructum se esse gratias egit. Super hac re de hac ipsa re quid singuli sentiamus proferamus, neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem si diuersum senserit, amouentes. Neque enim quisquam nostrum se constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adegit, quando habeat omnis episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium, tanquam iudicari ab alio non possit, sicut nec ipse possit alterum iudicare. Sed expectemus universi iudicium Domini nostri Iesu Christi, qui unus & habet potestatem, & præponendi nos in ecclesiæ suæ gubernatione, & de actu nostro iudicandi.

Cæcilius à Bilta dixit:

Ego unum baptisma in ecclesia sola scio, & extra ecclesiam nullum. Hoc erit unū ubi spes uera est, & fides certa: quia scriptum est: Vna fides, una spes, unum baptisma, ubi spes nulla est, & fides falsa, ubi ad hæreticos per mendacium aguntur, ubi exorcizat dæmoniacus immundum, interrogat, cuius os & uerba cancer emittit. Fidem dat infidelis, ueniam delictorum tribuit sceleratus, & in nomine Christi tingit antichristus, benedicit à Deo diabolus, uitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deum inuocat blasphemus, sacerdotium administrat sacrilegus, ponit altare sacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud

Ephes. 4.

illud malum, ut antistes diaboli audeat eucharistiam facere, aut qui illis aßistunt, dicam hæc omnia falsa esse de hæreticis. Ecce ad qualia ecclesia consentire cogitur, & sine baptismo ac uenia delictorum cõmunicare compellitur. Quarem fratres fugere ac uitare debemus, & à tanto scelere nos separare, & unum baptisma tenere, quod soli ecclesiæ à Deo concessum est.

Primus Felix à Migirpa dixit:

Censeo omnem hominem ab hæresi uenientem baptizandum. Frustra enim illhic putat se esse baptizatum, cum non sit baptismum, nisi in ecclesia unum, & uerum, quia & Dominus unus, & fides una est, in qua stat unum baptisma, & sanctitas & cætera. Nam quæ foris exercentur, nullum habent salutis effectum.

Polycarpus ab Adrumeto dixit:

*alias, nostrũ euacuant. Qui hæreticorum baptisma probant, *hæreticis communicant.

Nouatus à Thamugade dixit:

Licet sciamus omnem scripturam testimonium reddere de salutari baptismo, debemus tamen fidem nostram exprimere. Hæreticos & schismaticos ad ecclesiam uenientes qui pseudobaptizati uidentur, debere eos in fonte peremi baptizare. Et ideo secundum testimonium scripturarum, & secundum decretum collegarum nostrorum sanctissimorum uirorum, omnes schismaticos & hæreticos qui ad ecclesiam conuersi sunt baptizari, sed & quicunq; ordinati uidebantur inter laicos recipi.

Nemesianus à Tubunis dixit:

Baptisma quod dant hæretici & schismatici non esse uerum, ubiq; in scripturis sanctis declaratum est. Quoniam ipsi præpositi eorum falsi Christi sunt & falsi prophetæ, dicente

Domino per Salomonem: Qui fidens est in falsis, hic pascit uentos, idem autem ipse sequitur aues uolantes. Derelinquit autem uias uineæ suæ, & à semitis agri sui errauit. Ambulat autem per auia loca atque arida, & terram alienam à messe, colligit autem manibus sterilitatem. Et item: Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne bibas, ut longum uiuas tempus, adijciantur etiam tibi anni uitæ. Et in Euangelio sua uoce Dominus noster Iesus Christus locutus est, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua Ioan. 3.
& spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Hic est fons qui ab initio ferebatur super aquam. Neque enim homo sine aqua operari potest, neque aqua sine spiritu. Quæ ergo sibi quidam interpretantur, ut dicant, quòd per manus impositionem spiritum sanctum accipiant, & sic renascatur, cum manifestum sit utroque sacramento debere renasci in ecclesia catholica. Tunc quippe poterunt filij Dei esse, dicente Apostolo: Curantes seruare unitatem spi- Ephes. 4.
ritus in coniunctione pacis, unum corpus & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus. Et hæc omnia ecclesia catholica loquitur. Et iterum in Euangelio Ioan. 3.
suo: Quod natum est de carne caro est, & quod natum est de spiritu, spiritus est, quoniam spiritus Deus est, & sic omnis natus est. Ergo omnes hæretici & schismatici omnia quæcunque faciunt carnalia sunt, dicente Apostolo: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditia, incestum, idololatriæ, ueneficia, inimicitiæ, certamina, æmulationes, iræ, diuisiones, hæreses, & his similia, de quibus prædico uobis sicut prædico, quoniam quicunq; hæc faciunt, regnum Dei non hæreditabunt. Condemnat æquè Apostolus omnibus malis & eos qui diuisionem faciunt, hoc est

schismaticos & hæreticos. Nisi ergo acceperint baptismi salutare in ecclesia catholica quæ una est, salui esse non possunt, sed cum carnalibus in iudicio Domini Christi damnabuntur.

Ianuarius à Lambese dixit:

Secundum scripturarum sanctarum autoritatem decerno hæreticos omnes baptizandos, & sic in ecclesiam sanctam admittendos.

Lucius à Castragalba dixit:

Matth.5. Cum Dominus in Euangelio suo dixerit: Vos estis sal terræ. Si autem sal infatuatum fuerit, id quod salietur ex eo ad nihilum ualebit, nisi ut proijciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et iterum post resurrectionem suam mittens Apostolos suos mandauerit, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: Ite ergo & docete omnes gentes baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti. Cum ergo manifestum sit hæreticos, id est, hostes, non integram sacramenti confeßionem habere: Item schismaticos non posse condire sapientia spirituali, cum ipsi ab ecclesia quæ una est, recedendo infatuati contrarij facti sint, fiat sicut scriptum est: Domus contrariorum legis debent emundationem, & consequens sit eos qui à contrarijs baptizati inquinati sunt primò purgari, & tum demum baptizari.

Matth.28.

Crescens à Cirta dixit:

In tanto cœtu sanctißimorum consacerdotum lectis literis Cypriani dilectißimi nostri ad Iubaianum, itemq; ad Stephanum, quæ tantum in se testimoniorum descendentium ex scripturis deificis continent, ut meritò omnes per Dei gratiam adunati consentire debeamus: Censeo omnes hæreticos siue schismaticos, qui ad catholicam ecclesiam uenerint

uenire, non antè ingredi, nisi exorcizati & baptizati fuerint, exceptis his sanè qui in ecclesia catholica fuerim ante baptizati: ita tamen ut per manus impositionem in pœnitentia ecclesiæ reconcilientur.

Nicomedes à Segermis dixit:

Mea sententia hæc est, ut hæretici ad ecclesiam uenientes baptizentur, eò quòd nullam foris apud peccatores remissionem peccatorum consequantur.

Monnullus à Girpa dixit:

Ecclesiæ catholicæ matris nostræ ueritas semper apud eos fratres, & mansit & manet, & uel maximè in baptismatis trinitate, Domino nostro dicente: Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Cum ergo manifeste sciamus hæreticos non habere nec patrem, nec filium, nec spiritum sanctum, debent uenientes ad ecclesiam matrem nostram uerè renasci & baptizari, ut cancer quod habebant, & damnationis ira, & erroris offensa per sanctum & cœleste lauacrum sanctificetur. Matth.28.

Secundinus à Chezas dixit:

Cum Dominus noster Christus dicat: Qui non est mecum, aduersus me est: Et Ioannes apostolus hos qui ab ecclesia exierunt, Antichristos dicat: indubitanter hostes Christi, quique antichristi nominati sunt, gratiam baptismi salutaris ministrare non possunt. Et ideo censeo eos qui de insidijs hæreticorum confugiunt ad ecclesiam, baptizandos esse à nobis, qui amici appellati sumus Dei, eius dignatione. Matth.12. 1.Ioan.2.

Felix à Bigai dixit:

Sicut cæcus cæcum ducens ambo in foueam cadunt, ita hæreticus hæreticum baptizans simul in mortem cadunt. Ideo baptizandus, & uiuificandus est, ne nos uiui mortuis communicemus. Matth.15.

Pollianus à Mileo dixit:

Censeo hæreticum baptizari in ecclesia sancta.

Theogenes ab Hippone regio dixit:

Secundum sacramentum gratiæ cœlestis, quod accepimus unum baptisma, quod est in ecclesia sancta, credimus.

Datiuus à Badis dixit:

Nos quantum in nobis est, hæreticis non communicamus, nisi baptizati in ecclesia fuerint, & remissionem peccatorum acceperint.

Successus à Birgermaniciana dixit:

Hæreticis aut nihil licet, aut totum licet. Si baptizare possunt, & spiritum sanctum dare possunt. Si autem spiritum sanctum dare non possunt, quia non habent spiritum sanctum datum, nec baptizare spiritualiter possunt, propterea censuimus hæreticos baptizandos esse.

Fortunatus à Thuccabori dixit:

Matth. 7. Iesus Christus Dominus & Deus natus Dei patris & creatoris filius, super petram ædificauit ecclesiam suam, non super hæresim: & potestatem baptizandi apostolis habere dedit, non hæreticis. Quare qui extra ecclesiam sunt, & contra Christum stantes oues eius & greges spargunt, baptizare foris non possunt.

Sedatus à Tuborbo dixit:

Inquantum aqua sacerdotis prece in ecclesia sanctificata abluit delicta, in tantum hæreticus sermone uelut cancer infecta cumulat peccata. Quare omnibus quidem pacificis uiris nitendum est, ne quis hæretico errore infectus & tinctus, singulare & uerum ecclesiæ baptismum detrectet accipere, quo quisquis non fuerit baptizatus, à regno cœlorum fit alienus.

Priuatianus à Suficula dixit:

Qui

Qui hæreticos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius quis hæresim condiderit. Si enim hæresis à Deo est, habere & indulgentiam diuinam potest. Si uerò à Deo non est, quomodo gratiam Dei aut habere aut conferre alicui potest?

Priuatus à Sufibus dixit:

Qui hæreticorum baptisma probat, quid aliud, quàm hæreticis communicat?

Hortensianus à Laribus dixit:

Quot sint baptismi, uiderint præsumptores, aut fautores hæreticorum: nos unum baptisma quod non nisi in ecclesia nouimus, ecclesiæ uendicamus. Aut quomodo possunt in nomine Christi aliquem baptizare, quos ipse Christus dicit aduersarios suos esse?

Cassius à Macomadibus dixit:

Cum baptismata duo esse non possint, qui hæreticis baptisma concedit, sibi tollit. Censeo itaq; flebiles & tabidos hæreticos baptizandos esse cum ad ecclesiam uenire cœperint, & sacra & diuina lauatione lotos, & lumine uitæ illuminatos, non hostes, sed pacificos, non alienos, sed fidei domesticos, nõ adulteros, sed Dei filios, nõ erroris, sed salutis effectos, in ecclesiã recipi, absq; eis, qui de ecclesia fideles supplantati ad hæresis tenebras transierunt, sed eos per manus impositionem restituendos.

Alius Ianuarius à Vico Cæsaris dixit:

Si non obtemperat error ueritati, multo magis ueritas non consentit errori. Et ideo nos ecclesiæ assistimus in qua præsidemus, ut baptismum eius ipsi soli uendicantes, eos quos ecclesia non baptizauit, baptizemus.

Alius Secundinus à Carpis dixit:

Hæretici Christiani sunt, an non? Si Christiani sunt, cur

in ecclesia Dei non sunt? Si Christiani non sunt, quomodo
Matth.12. Christianos faciunt? Aut quò pertinebit sermo Domini dicentis: Qui non est mecum, aduersus me est, & qui mecum non colligit, spargit? Vnde constat super filios alienos & spurcos Antichristi spiritum sanctum per manus impositionem tantummodo non posse descendere, cum manifestum sit hæreticos baptisma non habere.

Victoricus à Thabraca dixit:

Si licet hæreticis baptizare, & remissam peccatorum dare, quid illos infamamus, & hæreticos appellamus?

Alius Felix ab Vtina dixit:

Nemini dubium est sanctissimi consacerdotes non tantum posse humanam præsumptionem, quantum Domini nostri Iesu Christi adorandam & uenerabilem maiestatem. Istos mores ergo periculi hoc quoque non tantum obseruare, uerumetiã ab omnibus nobis confirmare debemus, ut omnes qui ad sinũ matris ecclesiæ accurrunt, baptizentur, ut omnis hæretica, quæ diuturna tabe polluta est, sanctificatione lauacri purgata in melius reformetur.

Quietus à Baruc dixit,

Qui fide uiuimus, obsequi ijs, quæ instruendis nobis antiprædicta sunt, sedula obseruatione debemus. Nam scriptum
Eccl.34. est apud Salomonem: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? Quod utique de his qui ab hæreticis tinguntur, & de tingentibus loquitur. Si enim qui apud illos baptizantur per remissionem peccatorum uitam æternam consequuntur, cur ad ecclesiam ueniunt? Si uerò à mortuis nihil salutis accipitur, ac propterea agnito errore pristino ad ueritatem cum pœnitentia recurruntur, uno uitali baptismate, quod est in ecclesia catholica sanctificari debebunt.

Cassius

Cassius à Sicca dixit:

Qui contempta ueritate præsumit consuetudinem sequi, uel circa fratres inuidus est, & malignus, quibus ueritas reuelatur: aut circa deum ingratus est, cuius inspiratione ecclesiæ eius instruuntur.

Eucratius à Thenis dixit:

Fidem nostram, & baptismatis gratiam & legis ecclesiasticæ regulam Dominus & Deus noster Iesus Christus suo apostolos docens, impleuit, dicens: Ite & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Falsum ergo hæreticorum baptisma & iniquum, à nobis pellẽdum est, & omni detestatione refutandum, de quorum baptismate non uita, nec gratia cœlestis, sed blasphemia nefandis exprimitur. Et ideo uenientes ad ecclesiam hæreticos integro & catholico baptismate baptizari debere manifestum est, ut à blasphemiæ suæ præsumptione purificati, plenum spiritus sancti gratia reformari.

Liboſus ab Agra dixit:

In Euangelio Dominus: Ego sum, inquit, ueritas: non di- Ioan.14.
cit, ego sum consuetudo. Itaque ueritate manifestata cedat consuetudo ueritati: ut & si in præteritum quis hæreticus in ecclesia non baptizauit, nec nunc baptizare incipiat.

Leucius à Thabeste dixit:

Hæreticos blasphemos atq; iniquos uerbis uarijs decernens sancta & adorabilia scripturarum uerba, execrandos censeo, & ideo exorcizandos & baptizandos esse.

Eugenius ab Ammeclera dixit:

Et ego hoc idem censeo, hæreticos baptizandos esse.

Item alius Felix ab Accura dixit:

Et ipse secutus diuinarum scripturarum autoritatem baptizandos esse hæreticos censeo, sed & eos qui apud schismaticos

maticos baptizatos se esse contendunt. Si autem secundum cautum Christi priuatus fons noster est, intelligant cunctis ecclesiæ nostræ aduersarij, qui alieni sunt, nobiscum esse non possunt. Nec duobus populis salutarem aquam tribuere potest ille qui unius gregis pastor est. Et ideo manifestum est, nec hæreticos, nec schismaticos aliquid cœleste posse fusere, qui à peccatoribus hominibus, & ab ecclesia extraneis audeant accipere. Quando danti locus non est, utiq; nec accipienti prodest.

Item alius Iannuarius Muzulensis dixit:

Miror quòd cum omnes confiteantur unum esse baptisma, non omnes intelligant eiusdem baptismatis unitatem. ecclesia enim & hæresis, duæ & diuersæ res sunt. Si hæreci habent baptisma, nos non habemus. Si autem nos habemus, hæretici habere non possunt. Dubium autem non est, ecclesiam solam baptismum Christi possidere, quæ sola possideat & gratiam Christi & ueritatem.

Adelphus à Thasbalte dixit:

Sine causa quidam falso & inuidioso uerbo impugnant ueritatem, ut rebaptizare nos dicant, quando ab ecclesia hæreticus non rebaptizetur, sed baptizetur.

Demetrius Alcptuminus dixit:

Vnum baptismum nos custodimus, quia ecclesiæ catholicæ soli rem suam uendicamus. Qui autem dicunt quia hæretici uerè & legitimè baptizare possunt, ipsi sunt qui non unum, sed multa baptismata faciũt. Nam cum hæreses nullæ sint, pro earum numero & baptismata computabuntur.

Vincentius à Thibari dixit:

Hæreticos scimus esse peiores quàm Ethnicos: si ergo conuersi ad Deum uenire uoluerint, habemus utiq; regulam ueritatis, quam Dominus præcepto diuino mandauit apostolis, dicens: Ite, in nomine meo manum imponite, dæmonia expellite. Et alio loco: Ite & docete gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ergo prius per manus impositionem ad Christi pollicitationem uenire, aliàs autem fieri secundò per baptismi regenerationem censeo non debere,

Mar. 16. Matth. 28.

Marcus à Mactari dixit:

Mirandum non est si hæretici, hostes atq; impugnatores nostri, rem sibi uendicent potestatis & dignationis alienæ. illud mirandum est, quòd quidam nostri præuaricatores ueritatis hæreticis suffragantur, & Christianis aduersantur. Propterea decernimus hæreticos baptizandos.

Satius à Sicilippa dixit:

Hæreticis in baptismo sua peccata donantur, sine causa ad ecclesiam ueniunt. Nam cum in die iudicij peccata sunt Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti.

Victor à Gor dixit:

Cum peccata non nisi in ecclesiæ baptismo remittantur, hæreticum ad communicationem sine baptismo admittit, utique contra rationem facit, nec hæreticos purgat, sed Christianos inquinat.

Aurelius ab Vtica dixit:

Cum dicat Apostolus non communicandum peccatis aliis, quid aliud quàm peccatis alienis cõmunicat, qui hæreticos sine ecclesiæ baptismo communicat? Et ideo censeo baptizandos esse hæreticos, ut accipiant remissam peccatorum, & sic illis communicetur. 1. Tim. 5.

Confessor Iambus à Germaniciana dixit:

Qui hæreticorum baptisma probant, nostrũ improbant, uenire ad ecclesiam non dicam lotos, sed sordidatos negãt in

ecclesia

ecclesia baptizari oportere. Lucianus à Rucumma dixit:

Gen.1. Scriptum est: Et uidit Deus lucē quia bona est, & diuisit inter lucem & tenebras. Si potest luci & tenebris communicare, potest nobis & hæreticis aliquid esse commune. Propterea censco hæreticos baptizandos esse.

Pelagianus à Lupertiana dixit:

3.Reg.18. Scriptum est: Aut enim Deus Deus est, aut Baal deus est: item & nunc, aut ecclesia ecclesia est, aut hæresia ecclesia est. Porrò si hæresis ecclesia non est, quomodo esse apud hereticos baptisma ecclesiæ potest?

Confessor & martyr Iader à Midila dixit:

Scimus non esse nisi unum baptisma in ecclesia catholica, & ideo non debemus admittere hæretieum, nisi baptizatus apud nos fuerit, ne se putet extra ecclesiam catholicam baptizatum esse.

Item alius Felix à Mazrazana dixit:

Ephes.4. Vna fides, unum baptisma, sed ecclesiæ catholicæ, cui solicet baptizare.

Confessor Paulus ab Obba dixit:

Me non mouet si aliquis ecclesiæ fidem, & ueritatem non

Rom.3. uendicat, quando Apostolus dicat: Quid enim si exciderunt à fide quidam illorum? Nũquid infidelitas eorum fidem Dei euacuauit? absit. Est enim Deus uerax, est autē omnis homo mendax. Si autem Deus uerax est, quomodo esse apud hereticos baptismi ueritas potest, apud quos Deus non est?

Confessor Pomponius à Iosiniana dixit:

Manifestum est hæreticos non posse baptizare, & remissionem peccatorum dare, qui potestatem non habent, ut aut soluere aut ligare aliquid in terris possint.

Confessor Venantius à Tinisa dixit:

Si maritus peregre proficiscens amico suo cōmēdet uxorem

suam custodiendam, commendatam sibi ille quanta possit diligentia conseruaret, ne ab aliquo sanctitas & castitas violaretur, Christus dominus & Deus noster ad patrem proficiscens, sponsam suam nobis commendauit, utrum ne eam incorruptam & inuiolatam custodiemus, an integritatem eius & castitatem mœchis & corruptoribus prodemus? Qui enim baptisma ecclesiæ commune cum hæreticis habet, sponsam Christi adulteris prodit.

Aymnius ab Ausuagiga dixit:

Nos unum baptisma accepimus, & ipsum tenemus, & non habemus. Qui autem dicit quia & hæreticis licet baptizare, ipse duo baptismata facit.

Saturninus à Victoriana dixit:

Si licet hæreticis baptizare, excusati sunt, & defensi illi qui non habentes. Nec uideo quare eos aut Christus aduersarios suos aut Apostolus Antichristos eos appellauerit.

Confessor Saturninus à Tucca dixit:

Gentiles quamuis idola colant, tamen summum Deum creatorem cognoscunt & confitentur. In hunc Marcionitæ non credunt, & quidam non erubescunt Marcionis baptisma probare: quomodo tales sacerdotes sacerdotium Dei seruant aut uendicant, qui hostes Dei non baptizant, & filios communicant?

Marcellus à Zana dixit:

Cum peccata non nisi in ecclesiæ baptismo remittantur, & hereticum non baptizat peccatori communicat.

Confessor Hireneus ab Vlulis dixit:

Si ideo ecclesia hereticum non baptizat quòd dicatur iam baptizatus esse, hæresis maior est.

Donatus à Cibaliana dixit:

Ego unam ecclesiam & unum baptisma eius noui. Si est qui

qui dicat apud hæreticos esse baptismi gratiam, antè est ut ostendat & probet esse illic ecclesiam.

Zosimus à Tharassa dixit:

Reuelatione facta ueritatis, cedat error ueritati, quia &
Gal. 2. Petrus qui prius circuncidebat, cessit Paulo ueritatem prædicanti.

Iulianus à Telepte dixit:

Ioan. 3. Scriptum est: Nemo potest aliquid accipere, nisi datum illi fuerit de cœlo. Si hæresis de cœlo est, potest & baptisma dare.

Confessor Faustus à Timida regia dixit.

Non sibi blandiantur, qui hæreticis patrocinantur. Qui pro hæreticis ecclesiastico baptismati intercedit, illos Christianos, & nos hæreticos facit.

Geminus à Furnis dixit:

Quidnam de collegis hæreticos præponere sibi possunt, nobis non possunt, & ideo quod semel decreuimus, sententiæ ut ab hæreticis uenientes baptizemus.

Rogatianus à Noua dixit:

Ecclesiam Christus instituit, hæresim diabolus, quomodo opteſt habere baptismum Christi synagoga satanæ?

Confessor Terapius à Bulla dixit:

Qui hæreticis ecclesiæ baptisma concedit & prodit, quid aliud sponsæ Christi quàm Iudas existit?

Confessor item alius Lucius à Membressa dixit:

Ioan. 9. Scriptum est: Deus peccatorem non audit. Hæreticis qui peccator est, quomodo audiri in baptismo potest?

Item alius Felix à Buslaccenis dixit:

In hæreticis sine ecclesiæ baptismo admittendis nemo consuetudinem rationi & ueritati præponat, quoniam cõsuetudinem ratio & ueritas semper excludit.

Alius

Alius Saturninus ab Itinis dixit:

Si potest Antichristus dare alicui gratiam Christi, possunt & hæretici baptizare, qui appellati sunt Antichristi.

Quintus ab Aggiua dixit:

Ille potest dare aliquid, qui aliquid habuerit. hæretici auquid possunt dare, quos constat nihil habere?

Alius Iulianus à Marcellina dixit:

Si potest homo duobus dominis seruire, Deo & mammo- Matth. 6.
potest & baptisma duobus seruire Christiano & hæco.

Tenax ab Horreis Cæliæ dixit:

Baptisma unum est, sed ecclesiæ. Vbi ecclesia non est, baillic esse non potest.

Confessor alius uictor ab Assuris dixit:

Scriptum est, quia Deus unus est, & spiritus unus est, & Ephes. 4.
sta una, & baptisma unum. Quomodo ergo illic bapi aliquis potest, ubi Deus & Christus, ecclesia una

Donatulus à Capse dixit:

Si ergo semper hoc sensi, ut hæretici qui nihil foris consi possunt, quando ad ecclesiam cõuertuntur, baptizentur.

Martyr de schismaticis Verulus à Rusiccade dixit:

Homo hæreticus dare non potest quod non habet, multò schismaticus, quicquid habuit, amisit.

Pudentianus à Cuiculi dixit:

Quia tas episcopatus effecit fratres charissimi, ut sustinequid maiores iudicarent, Nam hæreses nihil habere, esse manifestum est, atq; ita si qui ex ijs uenerint, baequissime est statutum.

Martyr Petrus ab Hipponezarito dixit:

Cum baptisma unum sit in ecclesia catholica, manifestum

est, non posse extra ecclesiam baptizari. Et ideo in hæresi tinctos siue in schismate uenientes ad ecclesiam, censeo baptizari oportere.

Item alius Lucius ab Auasafa dixit:

Secundum autem motum animi mei, & spiritus sancti cum sit unus Deus pater Domini nostri Iesu Christi & spiritus sanctus, & una spes, & una ecclesia, unum debet & esse baptisma. Et ideo dico si quid ab hæreticis motum aut factum fuerit rescindi debere, & eos qui inde ueniunt baptizandos esse.

Item alius Felix à Gurgitibus dixit:

Ego censeo ut secundum sanctarum scripturarum præcepta baptizatus ab hæreticis extra ecclesiam illicite, cum confugere uoluerit ad ecclesiam, gratiam baptismi ubi licet ei dari, consequatur. Pusillus à Lamasba dixit:

Ego credo baptisma salutare non esse nisi in ecclesia catholica. Quicquid absq; catholica fuerit, simulatio est.

Martyr Saluianus à Gazaufala dixit:

Hæreticos nihil habere constat, & ideo ad nos uenientes, ut possint accipere quod non habent.

Honoratus à Tucca dixit:

Cum Christus ueritas sit, magis ueritatem quàm consuetudinem sequi debemus, ut hæreticos qui ideo ad nos ueniunt, quia foris nihil accipere potuerunt, ecclesiæ baptismum sanctificemus.

Victor ab Octauo dixit:

Quod & ipsi scitis non olim sum episcopus constitutus, & ideo expectabam prædecessorum consilium. Hoc interim existimo, ut quicunq; ex hæresi uenerint sine dubio baptizentur.

Confessor Clarus à Masçula dixit: Manifesta

manifesta est sententia Domini nostri Iesu Christi, apostolos suos nuntiis & ipsis solis potestatem à patre sibi datam permittentis, quibus nos successimus, eadem potestate ecclesiam Domini gubernantes, & credentium fidem baptizantes. Et ideo hæretici, qui nec potestatem foris, nec ecclesiam Christi habent, nemunem baptizare baptismo non possunt.

Martyr Secundianus à Tabcis dixit:

Non debemus hæreticos nostra præsumptione decipere, qui in ecclesia Domini nostri Iesu Christi non baptizati, & per hoc remissionem peccatorum non consequuti, cum illuxerit uenerit dies nobis imputent, quòd per nos non sint baptizati, & indulgentiam diuinæ gratiæ consecuti. Propter quod cum sit una ecclesia, & unum baptisma, quando ad nos conuertuntur, simul cum ecclesia & ecclesiæ baptismum consequantur.

Item alius Aurelius à Cillani dixit:

Ioannes apostolus in epistola sua posuit, dicens: Si quis ad nos uenit, & doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere in domum uestram, & aue illi ne dixeritis. Qui enim dixerit illi, aue communicat factis eius malis. Quomodo admitti tales in domum Dei possunt, qui in domũ nostrã penitus admitti prohibentur? Aut quomodo cum eis sine ecclesiæ baptismo communicare possumus, quibus si aue tan tum diximus, factis eorum malis communicauimus? 2. Ioan. 1.

Confessor Licteus à Gemellis dixit:

Cæcus cæcum si ducat, ambo in foueã cadunt. Cum ergo hæreticos constet non posse illuminare quenquam, utpote cæcos, baptisma eorum non ualet. Matth. 15.

Natalis à Boëa dixit:

Tam ego præsens, quàm Pompeius Sabratensis, quàm

etiam Dioga Leptimagnensis, qui mihi mandauerunt corpore quidem absentes, spiritu præsentes, censemus quod & collegæ nostri, quòd hæretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi ecclesiastico baptismo baptizati fuerint.

Iunius à Neapoli dixit:

Ab eo quod semel censuimus non recedo, ut hæreticos uenientes ad ecclesiam baptizemus.

Confessor & martyr Cyprianus à Carthagine dixit:

Meam sententiam plenissime expressit epistola quæ ad Iubaianum collegam nostrum scripta est, hæreticos secundum Euangelicam & Apostolicam contestationem aduersarios Christi & Antichristos appellatos, quando ad ecclesiam uenerint, unico ecclesiæ baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de aduersarijs amici, & de antichristis Christiani.

1. Ioan. 2.

OPERA QVAE VIDENTVR FALSO ADSCRIPTA CYPRIANO.

DE MONTIBVS SINA, ET Sion, aduersus Iudæos Tractatus.

PROBATIO capitulorũ, quæ in scripturis deificis continentur, quæ in ueteri testamento figuraliter scripta sunt, per nouum testamẽtum spiritualiter intelligenda sunt, quæ per Christum in ueritate adimpleta sunt. Nobis enim per Iesum Christum spiritualis intellectus

tellectus datus est, ipso Iesu dicente: Vobis quidem datum est intelligere sacramenta Dei, alijs autem in similitudinibus. Inuenimus in Euangelio secundum Ioannem scriptum esse: Lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, quæ lex Moysi in monte Sina data est. Verum uerum inuenimus scriptũ: De Sion enim exibit lex, & uerbum Domini ab Hierusalem. Quatenus hoc intelligere debemus, utrum Sina mons, ubi à Deo Moysi Lex data est, & Sion mons unde Lex exijt, an unum sint, an uerò alter sit Sina mons, & alter sit Sion mons. Inuenimus hæc nomina duorum montium esse Hebraica: uerum Latina interpretatio nominum differentium ab inuicem ostẽdit aliud esse Sina montem, & aliud montem Sion. Hæc est interpretatio de Hebraica lingua in Latinam. Sina mons interpretatur tentatio æterna & odium: æque & Sion interpretatur tentatio exacerbationis & speculatio. Vides ergo in Hebraica interpretatione non sibi similare, sed neq; esse unum montem, sed potius duos inuicem à se differentes gratia & honore. Præterea cum dicat Dauid propheta in Psalmo secũdo: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, annuntians imperium eius. Ecce quatenus montem Sion sanctum designat. Vnde manifestum est montem Sion cœlestem esse & spiritualem, & Sina esse terrenum. Nihil enim potest quod in terra est esse sanctum, cum totus mundus propter facta mala à diabolo sit maculatus, dicente Iesu: Odit me seculũ, quia & ego illud, quia mala sunt facta. Ex qua re quicquid est in hoc seculo terreno, sanctum esse non potest. Sion autem montem ex prophetico dicto constat esse sanctum & spiritualem. In quo monte à spiritu sancto filius Dei rex constitutus est, annuntians uoluntatem & imperium Dei patris sui: & Sina montem terrenum

Mar. 4.

Ioan. 1.

Esa. 2.

Sion & Sina montes distincti.

Ioan. 7.

esse in arida terra constitutum, qui est in Syria Palæstinæ, ubi est terra Iudæa, ubi est & ciuitas illa interfectrix prophetarum, ante cuius portam Christus à Iudæis crucifixus est in horto, quæ ciuitas dicitur Hierusalem per Esaiã prophetam. Spiritualiter uerò execrata & derelicta. Nec immerito & Deus ex eodem monte Sina terreno per Moysen adhuc in carne terrena primi hominis positum populo Iudæorum terreno & carnali Legem à Deo recepit illis tradendam, digitis sacris scriptam in duas tabulas lapideas, licet digitis sacris, tamen digitis in figura carnis, quasi populo carnali & durissimo, sicut fuerunt tabulæ lapideæ duriss-
mæ, in quibus tabulis legem acceperunt. Ideo in duabus significãs unitatem populi diuidi in duas partes, partem quæ
saluatur, & partem incredulam quæ perit, dicente angelo
Gen. 25. ad Rebeccam uxorem Isaac, Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi de uentre tuo diuidentur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. Rebecca uerò figuram portat ecclesiæ, sicut Isaac uir eius typum in se portabat Christi. Ergo cum dicit, duæ gentes in utero tuo sunt, quia & de gẽtibus duas partes futuras designabat, partem idololatriæ deditam, & partem credulam uiuentem per fidem, hanc unam partem gentium designat in utero ecclesiæ permanere, generationem in æternum in figura Rebeccæ, & partem populi infidelium Iudæorum à uentre matris Rebeccæ diuidi & separari à natiuitate ecclesiæ. Hæc fuit præfiguratio in Genesi per angelum spiritualiter annuntiata, hæc uerò nomina eorum montium talem habent interpretationem in lingua Latina demonstrantem ueritatem, qui sint hi duo montes Sina, uel nunc Sion: quod quidem post paululum dicturi sumus. Ita enim hanc ueritatis interpretationem probauimus, de principio generis humani ini-

tiem. Ita enim omnipotens Deus ab initio mundi, & conceps omni homini nascẽdi dedit tempus, & nati nomina parentibus suis accipiebant, non quidem ex se, sed à Nomina nascẽtibus consona dabantur.
eo mente impellebantur. Qui antequàm fiant, præscius eorum, quales post crementum ætatis suæ futuri essent, superiori tempore uegeti in nominibus Hebraicis designantur. Quid singulis futurum esset, interpretatio nomi-
num designabat ueritatem, sicuti tunc temporis in patriarchis completum est, secundum primi hominis carnem ex terra & limo esse, ex ipso protoplasto probamus ueritatem. Nomen accepit à Deo. Hebraicè Adam interpretatur Adam terrã interpretatur. Esa. 40. Gen. 2.
terra caro facta, eò quòd ex quatuor cardinibus orbis terrarum pugno comprehendit, sicut scriptum est: Palmo mensus est cœlum, & pugno comprehendit terram, & finxit hominem ex omni limo terræ. Ad imaginem Dei fecit eum. Oportuit illum ut ex his quatuor cardinibus orbis terræ nomen in se portaret Adam. Inuenimus in scripturis
per singulos cardines orbis terræ esse à conditore mundi quatuor stellas constitutas in singulis cardinibus. Prima Stellæ quatuor cardinibus mũdi constitutæ Adam componunt.
stella orientalis dicitur ἀνατολὴ, secunda occidẽtalis Δύσις, tertia stella Aquilonis ἄρκτος. Quarta stella meridiana dicitur μεσημβρία. Ex nominibus stellarum numero qua-
tuor, de singulis stellarum nominibus tolle singulas literas principales, de stella Anatole a, de stella Dysis d, de stella Augustinus tractatu 9. & 10. in expositione Euangelij Ioan. 1.
Arctos a, de stella Mesembria m. In his quatuor literis cardinalibus habes nomẽ Adam. Nam & in numero certo per quatuor literas Græcas designatur ἀδὰμ, hoc modo, α, id est unum. δ τέσσαρα, id est quatuor. α, id est unum. μ τεσσαρακοντα, id est quadraginta. Ex quibus resultat numerus quadragenarius senarius passionem carnis Adæ designans, quam carnem in se figuralem Christus portauit, &

eam in ligno suspendit. Quæ caro dominica à Deo patre
Iesus uocata est. Spiritus sanctus qui de cœlo descendit, Chri-
stus Dei uiui Deo uocatus est, spiritus carni mistus est Iesus
Christus. Hic ergo numerus XLVI. passionem declarat,
eò quòd sexto millesimo anno hora sexta passus à mortuis
resurgens, quadragesimo die in cœlos ascendit. Vel quia Sa-
lomon quadraginta sex annis templum Deo fabricauerit,
In cuius templi similitudinem Iesus carnem suam esse dixit,
dicens pharisæis: Destruite fanum istud, & ego in tribus
diebus excitabo illud. Et pharisæi dicebãt: Quadraginta sex
annis ædificatum est fanum istud, & hic in tribus diebus
suscitabit illud? Dicebat autem Iesus fanum de corpore
suo. Deinde Abel filius Adæ nomen accepit Hebraicum, si-
gnans fratris interfectionem, & parentum luctum. Item
Enoch, qui ante diluuium Deo iustus complacuit, & ideo
de isto mundo in carnis suæ natiuitatem uiuus translatus
est in loco, ubi Deus scit, ex quo loco consummationem
mundi innouare habet in hoc mundo, unde etiam transla-
tus est ad confundendum & reuincendum Antichristum.
Enoch interpretatio. Quo interfecto martyria sua complebunt uiuentes in æter-
num in secula seculorũ. Et ideo Enoch interpretatur trans-
Iob interpretatio. uatus. Deinde Iob iustus qui ante diem iudicij meruit uoce
iudicis laudari, & ideo diabolo deuicto & superato, Iob
interpretatur charissimus Dei. Aequè & Abraham in fina
à natiuitate à parentibus suis Abram uocatus est, tentatus
uerò à Deo fidelis inuentus est, & à Deo benedictus pater
multarum gentiũ constitutus est, & ideo immutato nomine
Abraham interpretatio. à Deo Abraham uocatus est, interpretatur pater multorum
populorum. Ecce interim de multis probationibus pauca
diximus, ut ad duorum montium nominum proucnientes
interpretationes, quorum montiũ nomina probemus, quali-

ter designata sint ad nostrã instructionẽ, ut ex hac interpre
tatione nominum intelligamus montem Sina esse terrenum,
montem Sion esse cœlestem. Spiritualiter interpetatur *Sina quid mystice.*
tentatio æterna & odium, & mons Sion tentatio exa-
rationis æternæ & speculatio. Ita intelligitur cum di-
cit mons Sina tentatio æterna & odium, eò quòd ex eo mõ
te Moyses legem acceperit populo durissimo & contuma-
ci, per quam legem tentati à Deo æterno, & inuenti sunt nõ
posse eandem legem sustinere in perpetuum, exinde Deo
in odium conuersi sunt. Ideo in nomine montis Sina, unde le
gem acceperant, interpretatio nominis designauit populum
tentatum à Deo, & in æternum odium esse conuersos, ideo
dicitur Sina tentatio æterna & odium. Inuenimus in scriptu
ris esse à Deo tentatos ita positum, dicente Domino ad
Moysen: Exeat populus iste, & colligant diurnum
cibum, & tentabo eos an possint legem meam sustine-
re an non. & tentati à Deo per legem, inuenti sunt ab *Exod. 16.*
initio lege alieni. Exinde Deo in odium æternum conuer-
si sunt, & completa est interpretatio Sina. Manifesta
est & Moysen, per quem eos Deus per legem tentauit,
Cadino interpretatur similiter Moyses tentatio Dei, &
tentatio, per quem tentati à Deo inuenti sunt alieni à legis
obseruatione, ideo in æternum Deo in odium conuersi sunt.
Videte odium in ipso genere Iudæorum scriptum inuenimus
esse. Isaac de duobus suis filijs Esau maiore, & Iacob mi-
nore, dicẽs: Iacob minore, dicẽs: Iacob dilexi, Esau autẽ odio
habui. Esau uerò maior pilosus fuit totus, inquit, quasi coriũ *Gen. 27.*
pilosum, in figurã populi maioris impietate delictorũ suorũ
hirsutus. Et Iacob fuit lenis & minor in figura populi
melioris, qui ex dicto audientiam per credulitatis fidẽ ex
ordine seculi in lenitatem conuersus est ad Christum Do-

minum, & Dei filium. Ecce probauimus per scripturarum
fidem populum maiorem & uetustiorem esse Deo in odium
conuersum, secundum interpretationem montis Sina dicen-
tis, tentatio æterna & odium. Atque etiam Sion mons ita
interpretatur, tentatio exacerbationis & speculatio. Hæc ue-
rò interpretatio Latina ligni sacri paßionem designat, dicen-
Sap.2. te Salomone de ipsa paßione dominica: Contumelia & tor-
mento interrogemus illum, ut sciamus reuerentiam illius,
& probemus patientiam ipsius, & tentemus quæ uen-
tura sunt illi. Si enim uerè filius Dei est, suscipiet illum,
& liberabit eum de manibus contrariorum, morte turpißi-
ma condemnemus illum. Hæc cogitauerunt, & errauerunt,
excæcauit illos malitia ipsorum, & non intellexerunt sacra
Psal.105. menta Dei. Ecce tentatores Iudæos. Item scriptum est: Et tē-
Cant.1. tauerunt Deum in loco inaquoso. Speculum uerò altitudinē
ligni declarat, dicente Salomone: Posuerunt me uelut custo-
diam pomarij, eò quòd in horto in ligno confixus inter duos
latrones pependit, & de altitudine ligni ambos speculatur
in figura duorum populorum malefactorum. Gentes in se-
culi mala facta iacentes, & Iudæos interfectores propheta-
rum. Hi sunt duo populi malefactores, quorum figuram in
se portabant duo latrones, inter quos pependit innocens.
Latro blasphemus. Vnus blasphemabat, alius uerò confessus est, quia innocens
iniuriam patitur. Iesus autem ambos speculabatur de ligno
Latro confessor. speculatorio blasphemum & confessorem: confessorem sal-
uauit, & blasphemum perdidit, sicuti de duobus populis
fecit. Persecutores derelicti, qui in æternæ mortis senten-
tia sibi non crediderint, si sic de seculo exierint, perient.
Gentes uerò ad se conuersæ fidem sibi habentes, quia
filius Dei est, saluati uidebunt in æterna secula seculo-
rum imperatorem & regem suum. Verum ipsam pas-
sionem

nem pendens in ligno, duas partes populi prospiciens
speculabatur, de alto ligno partem populi, qui uiderat uir-
tutes eius mirabiles & deificas, patientem illum. Alij iniu
riam dolentes plorabant, alij uerò Iudæi irridentes de arun- Matth.27.
dine caput ei quassabant blasphemantes & dicentes: Aue Ioan.19.
rex Iudæorum, Vbi est pater tuus? ueniat & liberet te de
cruce. Exinde exacerbatus pater fecit cœlum patefieri &
contrua facta sunt insustinibilia, terra commota, patefacta
sunt sepulchra & corpora, à semetipso uelum templi scis-
sum est in duabus partibus, & à tanto fragore cœli &
terræ motu omnes qui stabant ante lignum, alij dolentes,
alij uerò blasphemantes illudētes prostrati in faciem iacue-
runt trementes tanquam mortui. Tunc Iudæi intellexe-
runt se offendisse Dominum, & in luctum conuersi sunt,
& fuit exacerbatio. Eo enim tempore quo in ligno confi-
xus pependit, dies fuerunt azymorum, qui sunt dies festi
Iudæorum. Eo die metuentes factum eße terræmotum &
cœli fragorem prostrati facie in terra plangentes in luctum
conuersi sunt, & in ipsa paßione compleuit propheticum
dictum: Et conuertam dies festos eorum in luctum et cantica Amos 8.
eorum in lamētationem. Antè enim cum captiui detenti essent
à Babylonijs, dicebant illis Babylones: Cantate nobis canti- 1.Mach.1.
cis de canticis Sion. Et Iudæi lamentantes captiuitatem suam Psal.136.
dicebant ad Babylonios, ut diximus, lamentantes se:
Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?
Ecce quatenus impleta est interpretatio montis Sion, ten-
tatio exacerbationis & speculatio, unde manifestum est
montem Sion ligni sacri regnum in sanctitate iustifica-
tum, dicente Dauid: Annuntiate regnum Dei in gentibus, Ibid.95.
quia Dominus regnauit de ligno, & transiuit in gentibus.
De quo regno ligni regalis idem propheta dicit: Ego autem Ibidem 2.
constit

constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius annuntians imperium eius. Quod dictum propheticum per Pontium Pilatum in sua passione pendens in ligno complevit. Pontius Pilatus infusa mente à Deo acceperit tabulam & titulum, & scripsit tribus linguis, Hebraice, Græce, & Latine, Iesus Nazarenus rex Iudæorum, & in capite ligni clauis tabulam cum nomine regis Iudæorum confixit. Tunc manifestauit propheticum dictum, eò quòd spiritualiter mons Sion crux est, quæ est uirtus Dei Apostolo Paulo dicente: Crux Christi non credentibus stultitia est, credentibus autem uirtus Dei est. Et iterum dixit: Nos autem annuntiamus uobis Christum, & hunc crucifixum, Iudæis quidem scandalum, stultitiam autem gentibus, ipsis autem uocatis Iudæis & Græcis Dei uirtutem & Dei sapientiam. Sic ucrò & alius propheta declarat lignum passionis dominicæ esse montem Sion sanctum, in spiritu ita dicens:

Christi titulus.

1. Cor. 1.

Psal. 23. Quis ascendit in montem Domini, & quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, dextera læuaq; extensis manibus clauis fixis, innocentiam demonstrans. Ideo dicit innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in uano animam suam, & non iurauit subdolè proximo suo, hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Omnis passio hominum in terram cadet, hæc sola passio crucis stantem demonstrat. Vnde uerè dicimus montem sanctum lignum esse passionis. Inde innocens manibus & mundo corde, hoc dicto prophetico Iudæos redarguebat, qui Moysen præponentes Christo Domino illius, eò quòd Moyses cum in montem Sina ascendisset, sumpsit legem Iudæis acciperet, innocens manibus & mundo corde non fuit. Neq; enim mundo corde, eò quòd Aegyptium calce percussit in Aegypto, et mortifcrauit eum, cum manibus suis in

arena obruerit. Christus autem in montem sanctum ascen
lignum regni sui, ut moreretur à Iudæis, quanquàm ipse
rem hominum non mortifcraret, nisi solum diabolum
cum generis humani. Exinde in montem ascendens
cens & mundo corde, & ideo Propheta dicit: Quis
det in montẽ Domini, & quis stabit in loco eius? Inno-
manibus & mundo corde. Et declarauit montem Sion
tum esse sanctam crucem, dicente æque propheta: De
exiet lex, & uerbum Domini ab Hierusalem. Lex
stianorum crux est sancta Christi filij Dei uiui, dicen-
que propheta: Lex tua in medio uentris mei. Percussus
ventre de lancea, sanguis & aqua mistus perfu-
fluebat, unde sibi ecclesiam sanctam fabricauit, in qua
um passionis suæ consecrabat, dicente ipso: Qui sitit, ue-
& bibat. Qui credit in me, sicut scriptum est, flumina
ventre eius fluent aquæ uiuæ. Item in psalmis: Et erit ue-
lignum quod plantatum est secus decursus aquarũ, quod
tum suum dabit in tempore suo. Ecce uerbum prophe-
fructum resurrectionis die tertio spiritualiter intel-
lum, dicens: De Sion enim exiet lex, hoc est, de li-
rgali, & uerbum Domini ab Hierusalem, quæ est eccle
ro ligno confixa emisit uerbũ dominicum, dicens: heli
Et adimpletũ est per propheticũ spirituale antè dictũ:
Sion exiet lex, & uerbum Domini ab Hierusalem. De
dicitur in Apocalypsi: Vidi Hierusalem de cœlo descen-
rem nouam ciuitatem quadratam per quatuor Euange-
dentem duodecim fundamenta duodecim prophetа-
duodecim portas duodecim Apostolorum, per quo-
annuntiationem Christiani in hanc ciuitatem sanctam
nam introierunt, quæ spiritualis est ecclesia. Ec-
probauimus per omnium scripturarum deificarum fidem

Psal. 23.

Esa. 2.

Ioan. 7.

Psal. 1.

Apoc. 21.

duos

duos montes Sina in terra, & Sion in cœlo, duorum testa-
mentorum portare figuram, ueteris Sina, & noui Sion. Ex
quibus Sion & Sina duobus montibus uide & duo testamen-
ta, his posteriori tempore demonstratos & declaratos duos
populos, ueterem & priorem Iudæorum, & nouum & po-
steriorem populum Christianorum: Iudæos terrenos, qui
terram promissam à Deo acceperunt carnales, & Christia-
nos cœlestes, qui regna cœlorum à Deo promissa accepturi
sunt in futuro seculo. Caro enim Christianorum spiritualis,
& immortalis erit. Aliã probationem ueritatis in scripturis
positam ex ea ueritate cœlestem & spiritualem facimus fi-
guratam comparationem de huiusmodi conuersis. Diximus
enim montis sancti Sion, quod lignum regale & sacrum ha-
beret interpretationem de Hebraico, Græco uel Latino, ten-
tatio exacerbationis uel speculatio, eò quòd de ligno specu-
labatur ante se stantes bonos et malos. Ita inuenimus ipsum
saluatorem per Salomonem speculum immaculatum patris
esse dictum, eò quòd sanctus spiritus Dei filius geminatum
se uideat pater in filio, & filius in patre, utriq; se in se uidet,
ideo speculum immaculatum. Nam & nos qui illi credimus,
Christum in nobis tanquam in speculo uidemus, ipso nos in-
struente & monente in epistola Ioannis discipuli sui ad po-
pulum: Ita me in uobis uidete, quomodo quis uestrum
se uidet in aqua aut in speculo. Et confirmat Salomo-
nicum de se dictum, dicens: Qui est speculum imma-
culatum patris. Verum etiam & uitem se esse dixit, pa-
trem suum agricolam. Si ergo Christus uitis uera, utiq; con-
stat quia & nos qui in illo credimus, & ipsum induimus,
sumus uitis uera, quæ est uinea dominica. Et Christus custos
uineæ suæ dicente Salomone: Posuerunt me custodem in ui-
neam. Inuenimus ergo in conuersos huiusmodi in similitudi-
nem

Christus patris speculum.

Sap. 7.

Ioan. 15.

Canti. 1.

nem spiritualem figuraliter esse uineam habentem Domi-
num & possessorem suum. Verum tempore maturo propè
uindemiarum ponunt in uineam custodem puerum in
ligno media uinea confixo, & in eo ligno faciunt specu-
quadratum de arundinibus quassatis, & per singula la-
quadraturæ speculi faciunt cauernas ternas, quæ faciũt
ternas duodecim. Per quã quadraturã cauernarũ custos
omnẽ uineã perspiciens custodiat cantans, ne uiator in-
diẽs uineã dominicã sibi assignatam uexet, uel fures uuã
cõculcẽt. Quòd si importunus fur egẽs in uineã uolue
introire & uuam demere, illic puer solicitus de uinea
de intus de specula dat uocem maledicens & communãs
uineam uiator fur audeat accedere, dicens, rectus am-
bula. Fur autem timens uocem pueri sibi comminantis re-
de uinea, speculum uidet, uocem audit, puerum intus in
ulo sibi comminantem non uidet, timẽs post uiam suam
Hic conuersus secularis simulat gratiæ spirituali. Ita
enim & in populo deifico sicut in uinea terrena. Vinea
dominica & spiritualis plebs est Christianorum, quæ custo-
dit iussu Dei patris à puero Christo in ligni speculo exal-
tato. Quòd si uiator diabolus perambulans uiam secula-
rem si ausus fuerit de uinea spirituali hominem de plebe do-
minica separare & uexare, statim à puero cœlesti corre-
ptus, & spiritualibus flagris emendatus, exulans ad cente-
nam effugit in locis aridis & desertis. Hic est custos puer
dominicus, qui uineam suam sibi à patre cõmendatam
uandam & reseruandam custodit, pro quo per Esaiam
prophetam canit, dicens: Ecce puer meus filius meus di-
ctissimus, super eum ponam spiritum meum, & iudicium
gentibus nuntiabit, nõ clamabit neq; contendet. Arundinem
quassatam non confringet, & linum fumigans non colloca-
bit,

Esa. 42.

Matt. 11.

bit, quoadusq; expellat in contentionem iudicium, & in nomine eius gentes credant.

DE REVELATIONE CAPITIS B. IOANNIS BAPTISTAE.

Macheronta.

NARRAT Iosephus uinctum fuisse Ioannē Baptistam in castello Macheronta, ibiq; caput eius truncatū fuisse, ac denuo sepultum in Sebaste ciuitate regionis Palæstinæ, quæ quondam Samaria est appellata. Post longum uerò tempus monumentū eius pagani inuaserūt, & ossa per campi planitiē dißipauerunt, rursum'que collecta, igne concremauerunt, & postea per agros cremata proiecerunt. Postea uerò aduenerunt quidā monachi religiosi uiri de Hierosolymis ad locum eiusdem monumenti, audientes ea quæ Ioanni acciderant, & quicquid potuerunt ex oßibus illius colligentes ad patrem suum Iosephum detulerunt Hierosolymam, & ille transmisit ea cum alijs uiris religiosis Athanasio Alexādriæ pontifici fidelißimo. Ibiq; miro modo fuerunt seruata usq; ad tempus Theophili eiusdem urbis episcopi. Qui Theophilus iubente Theodosio principe omnia idolorum fana in illa regione Christo fauente destruxit, & ecclesiam miræ magnitudinis construxit, & in honorē eiusdem sancti Ioannis Baptistæ consecrauit, & illius ossa quæ sibi direxerat suprascriptus Athanasius in eadem ecclesia congregatis sibi uicinis pontificibus ex omni parte cateruatim omnibusq; ordinibus clericorū, & populorū honorifice constituit. Igitur accedente paschali festiuitate decollatus est Ioannes Baptista imperante nequißimo Herode, qui dari saltanti

Ossa Ioannis collecta.

Ioannes truncatus.

saltanti puellæ caput eius iußit, & multo post decollationem eius, accedente illo anno quo constructa est ecclesia in nomine eius, & ossa eius ibidem collocata à Theophilo pontifice, iubente Theodosio principe, in honorem eius consecrata est quarto calendas Septembris. Solennitas nanq; eius pontifice est consecrata in dedicando. Caput autem illius hoc temporis repositum adhuc erat in loco quo illud in conuiuio uxor Herodis deposuerat, nemine sciēte postquàm illa in disco suscepit. Si quis omnia plenius uoluerit scire, Chronicam Marcelli principis legat, & ibi reperiet duos monachos ab Oriente in Hierusalem uenisse causa orationis, in tempore Martiani Imperatoris. Quibus monachis in sonne angelica dictum est: Ite ad palatium Herodis, qui quondam hic fuit perfidus princeps, introeuntes perspicite diligenter, & ubi fumum è terra ascendentem uideritis, fodientes ibi caput Ioannis baptistæ incunctanter inuenietis. Ita fecerunt, & cum magno honore clanculum secum Hierosolymam deportauerunt. Et non multò pòst à latronibus raptum est: mittentes in quodam specu ibidem dimiserunt, donec idem Ioannes Christo auxiliante cuidam uiro religioso nomine Marcello sacerdoti, qui in eodem specu moderatur ut eremita, reuelauit, dicens: Accipe caput meum, quod in hoc specu depositum est à latronibus, & defer illud Iuranno episcopo, qui nunc præest Alexandriæ ciuitati post Theophilum Deo charum, ubi reliquiæ corporis mei requiescunt. Et sic fecit Marcellus Christo annuente. In eadem igitur solennitate collectionis reliquiarum illius & translationis, & ecclesiæ consecrationis allatum est caput Ioannis Baptistæ ad ciuitatē Alexandriæ à Marcello presbytero, & datum Iurāno episcopo: quarto calendas Sptembris. Et Iurannus suscepit, illud collocans mirabiliter in eodem

Decollationis Ioannis instituta solennitas.

Ioannis caput inuentum.

dem loco perpetim custodiendum. Et ideo hodierna festi-
uitas collectio beati Ioannis Baptistæ non decollatio no-
minanda Christo annuente, sed inuentio ac reuelatio ca-
pitis eius. Iamq; idem uir Domini Iurannus episcopus
& Marcellus sacerdos feliciter ad Dominum ex hoc mun-
do in pace migrauerant. Annis euoluentibus non pluri-
mis cuidam uiro religioso sacerdoti ac monacho Felici no-
mine qui orationis gratia ab occidentali parte in illis diebus
Hierosolymã adierat, angelica uisione dictum est: Felix sur-
ge concitus, & pergens ad ciuitatem Alexandriæ, inuenies
ibi ecclesiam in honorem sancti Ioannis Baptistæ consecra-
tam, ubi caput eius, cum tribus paruulis innocentibus recon-
ditum est. Quod accipiens transfer in partibus Galliarum,
in regione Aquitaniæ, in loco quem tibi ostendero. De qua
uisione certus expergefactus reuerendus senex, gaudio am-
plissimo repletus, pergens illico ubi iussus fuerat, sicuti ei di-
ctum fuerat, cuncta reperiens, rectori sui itineris grates in-
numeras rependit. Properansq; ad locum, thesaurum sibi à
Deo destinatum in unius sportellæ conclusit sinu. Statimq;
retro iter arripiens iunctis sibi socijs septem fratribus suis,
qui cum eo ibi erant, uallansq; omnem regionem illam, per-
ueniens ad litora maris, inuenit nauem cũ remigibus ac gu-
bernaculis à Deo paratam: Quam ingressus est, cum the-
sauro, & magni pretij margaritis. Igitur fratres & socij
eius descendẽtes cum eo in naui gratias agentes in hymnis,
& laudibus Deum benedicẽtes, alta petunt æquora. Cumq;
in mare iter agere cœpissent, Felix eleuatis oculis ad cœlum
palmas tetendit, dicens: Domine IESV Christe, qui fecisti
cœlum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt, & pro-
fundum abyssi intueris, qui super undas maris siccis pedibus
ambulasti, & Petrum mergentem manu erexisti, & Pau-
lum

Felicis oratio

...ter de naufragio liberasti: libera nos de magnis flucti-
...huius pelagi, ut uiuentes benedicamus nomen tuum in
...ula. Mittere etiam Domine dignare sanctum Angelum
...m de cœlis, ut sit dux itineris nostri, sicut fuit quondam
...ribus nostris, quando eduxisti eos de terra Aegypti in
...titudine magna, & in manu tua ualida, & perduc nos
...to itinere ad locum optatũ, ad sanctas & pretiosas mar-
...ritas collocandas. Hæc & his similia orante beato Felice,
...ce nubes lucida descendit super nauem, & de medio nubis
...gressa est columba adinstar niuis, & super puppim nauis
...mobilis perstitit, tam in die quàm in nocte, usq; dum in
...ribus Aquitaniæ ad litus maris Oceani pertingerent.
...mq; non longè à terra se esse cognouissent, diuerterunt
...portum qui appellatur Angolismensis, qui est situs in pa
...Alniensi. Ibiq; exeuntes de naui ad terram paulisper re-
...uerunt. Mouentes autem ex eodem loco quasi miliaria
...inuenerunt eminus corpora mortuorum, regem uideli-
...Vuandalorum cum omni exercitu suo iacentem super fa
...m terræ, ut opinor, quasi uiginti millia uirorũ. Quoniam
...gressus fuerat isdem populus crassa ceruice de uagina sua
...mare cum classe magna, & uentus uehemens irruit in
...& transuexit in partes Occidẽtis in supradictum por-
...Angolismensem. Nuntiatumq; est Pipino regi Aquita-
...rum, quòd gens Vuandala regnũ eius inuaderet. Misitq;
...omnes terminos Aquitanorum ac Xanctonicæ, necnon
...Angolismæ, siue in omnes terminos eorum, ut contra eos
...gerent ac dimicarent, quia isdem rex Pipinus tunc mo-
...batur in territorio Alniensi super fluuiũ Vultonna, in pa
...tio qui uocatur Engeriacus, inter medios fines Pictauo-
...m ac Xantonicæ. Deniq; cũ isdem rex Pipinus cum omni
...ultitudine armatorum occurreret hostibus suis, fecit Do-

Columba Felici apparuit.

Vuandali in Aquitaniam deiecti.

Pipinus Vitandalis occurris.

minus salutem magnam omni exercitui suo, ita ut nullus eua-
deret ex hac multitudine, qui non cæde uastaretur. Supradi-
ctus autem rex uidens sibi à Domino auxiliũ de cœlo fuisse
præstitum, & ultorem de inimicis, ita ut non minuerentur
de exercitu suo nisi uiginti uiri quos præ cæteris ualde dili-
gebat. Quos accipiens singulis deposuit feretris. Lætus pro
uictoria, mœstus pro amissorum funeribus exercitum reuo-
cat, pergere cupiens ad propria. Cumq; ab hac cæde quasi
quatuor milliaribus disiuncti essent, figere tentoria impe-
rat, pressusq; somno stratum suum parari in papilionibus
iubet. Tunc pro laßitudine somno ingruẽte uox diuina obla-
ta est, dicens ad eum: Cur te piger somnus ita preßit? Noue-
ris magni uiri Ioannis Baptistæ caput ex transmarinis par-
tibus ab Oriente cum tribus paruulis innocentibus ad hunc
pagum deferri, & propter eius meritum in hoc prælio di-
uinitus uictoriam tibi à Domino esse collatam. Respondit ei
rex Pipinus in uisione, dicens: Si tanta beneficia propter
eius meritum in me uigent, indica mihi quid agam: aut quẽ-
admodum inuestigare uel inuenire potero eum. Respondit
ei uox diuina, dicens: Ecce post tergum tuum sequuntur te
septem fratres in habitu peregrinorum, & unus qui cæteris
præesse uidetur Felix uocatur. Vade in occursum eorum
cum paucis, & humilitate cordis benigne suscipe. Adorna-
tisq; pretiosißimis margaritis pacifice tecum ducere cone-
ris, & uidebis magnalia Dei. Vir autem Domini Felix uisa
tanta multitudine cæsorum corporum pauore perterritus,
tamen de adiutorio Dei confisus confortat socios, & ut pau-
lisper iter agerent, admonet. Diuertentesq; ex aduerso par-
uulum sibi statuerunt habitaculum, ut eadem nocte usq;
mane in eodem permanere potuissent. Prædictus autem rex
Pipinus à somno euigilans intra semetipsum cogitare tacitus
cœpit

Pipinus uictor.

Vox ad Pipinum.

cœpit ex uisione quam uiderat, quid agere deberet, recogi-
tans quia in antiquis est sapientia & multorum præterito-
rum prudentia. Mittensq; concitus accersiri iubet uirum
prudentem, ac in omnibus operibus pollentem nomine Fe-
licem, ut de tanta manifesta uisione Dominum pulsarent, ut
eis salubre consilium suggerere dignaretur. Igitur consilio
inuentum est, ut exutis uestibus & calciamentis suis in ci-
nere & cilicio nudis plantis incedentes, sicuti oraculo diui-
no admonitus fuerat, obuiam famulis Dei procederent.
Cumq; se mutuo cõspexissent iacẽtes, tam ipse quàm omnes
qui aderant, proni in terrã tam diu adorauerunt, quoadusq;
famuli Dei ad locum ubi iacebant pertingerent. Cumq; Do-
minum benedixissent, & se inuicem salutassent, osculum pa-
cis sibimet dederunt. Leuantesq; se à terra lacrymabiliter
interrogabãt se inuicẽ, qua causa hæc quæ uiderant, & au-
derant accidissent. Vir autẽ Domini Felix cuncta intelligẽs
a Deo esse manifesta, retexit historias quẽadmodũ Hieroso-
lymis iuerit orationis gratia, & thesaurũ suum abscondi-
tum diuina misericordia ei reuelauerit, & facta oratione cũ
omnes respõdissent: Amen: eleuatis Felix pretiosißimis mar-
garitis, capite scilicet Ioãnis baptistæ & reliquijs sociorum
eius beatorum martyrum innocentium cum hymnis & lau-
dibus psallentium dirigit chorum. Quo audito cunctus exer-
citus qui in castris erat, quasi unus uir ei obuiam proceßit
numero triginta millia uirorum. Exequias uerò mortuo-
rum qui in prælio corruerant, secum deferentes petebant
auxilium à Domino per præcursorem suum Ioannem, ut
uiuis reliquiæ deportarentur diuina gratia manifestare di-
gnaretur, promittentes se tantam fidem habere ut quicquid
peteretur, sanctus Ioannes Domino annuente, tribuere pos-
set. Apprehendentesq; sportellam, in qua beati Ioannis Ba-
ptistæ

Senes prudentes.

Ceremoniæ in suscipiendo capite Ioannis.

ptiſtæ caput cõtinebatur, ſingulis feretris impoſuerunt mor-
tuos tangentes. Miro atq; inæſtimabili modo mox ut tetigit oſſa iacentium, uita per mortuum mortuis reddita eſt. Surrexerunt autem eadem hora ab officio funeris uiginti uiri tam celeriter ac ſi à ſomno eſſent excitati, & qui à ſemetipſis amicis portabantur ad tumulandum, ijſdem gaudentibus ad uitam rediret. Videns autem rex Pipinus & cunctus exercitus magnalia quæ circa eos Dominus geſſerat per præcurſorem ſuum Ioannem Baptiſtam, plaudentes manibus benedicebant dominum, qui fecit mirabilia in cœlo & in terra. Vir autem Domini Felix & ſocij eius gaudio repleti, unà cum rege Pipino & exercitu eius leuantes capput beati ac præcellentiſſimi præcurſoris Chriſti Ioannis Baptiſtæ & beatorum innocentium, cum gaudio & lætitia iter agere cœperũt. Cumq; nulla mora fieret in eundo perueneruntad quandam uillam, quæ appellatur Vultronia. Cumq; ibidem pauliſper quieuiſſent, obuius eis quidam cæcus factus eſt, qui ſtatim ſanus effectus eſt per beatiſſimi præcurſoris merita. Cumq; de eodem loco eis moueri placuiſſet, arripiunt iter per uiam quæ ducit ad paludem cognomen Matheuallis. Cumq; eis aliquantulum ibi requieſcere placuiſſet, ecce quidam debilis pedibus qui ſe erigere omnino nequibat, rependo ſe trahens obuiam eis proceſſit, Iamq; propinquantes ad locum quò tendebant, ſuper fluuiũ Vultonna ad palatium nomine Engeriacum peruenerunt. Autem diens omnis populus à maximo uſq; ad minimum, à uiro uſq; ad mulierem, omnes ſimul in unum conglobati obuiam eis proceſſerunt. Cumq; ibidẽ ante palatium regis Pipini ueniſſent, in baſilica beatiſſimæ & glorioſiſſimæ ſemper uirginis Mariæ cum magno feruore & ſtudio illico ad cuſtodiendum depoſuerunt. Lætatusq; eſt uniuerſus populus

Cæcus illuminatur.

lætitia magna, & celebrauerunt ſolennitatem huius diei
ſexto calendas Septembris, & reuerſi ſunt unuſquiſq; ad
habitacula ſua. Igitur beatus Felix & ſocij eius cum uenerando rege inter cætera Dominum deprecabantur, ut eis
ſalubre conſilium ſuggereret, quonam in loco ſancta membra locarent. Aedificantesq; baſilicam, & in ea ciborium
cum ſex columnis marmoreis mirifici operis bene cõpoſitis
non longe à Vultonnæ litore, ſed, ut arbitror, centũ ſtadijs. In
quo cum aromatibus & plurimis bonis odoribus condientes caput beati Ioannis baptiſtæ almi præcurſoris Chriſti,
& beatorum trium innocentium corpora ſimul in hoc ciborio concluſerunt. Domino autem auxiliante hoc ædificium completum eſt feliciter. Fecit etiam idem rex fontem
lauatorium, qui à duobus ferè miliarijs per profundiſſimos
terræ meatus ad palatium eius ductus decurreret, & ut in
ipſam baſilicam per ferrum & æs introducerentur, ac ſubter ciborium per concauam marmoream columnam ebulliret: ubiq; ſacri baptiſmatis ablutio fieret: ſicq; iterum ad priorem aditus reflecteretur. Conuocans igitur rex Pipinus &
beatus Felix pontifices & ſacerdotes, omnesq; patriæ nobiles, benedicentes eccleſiam, atq; in honore eiuſdem Ioannis Baptiſtæ dedicando mirificè conſecrantes, & prædijs ac poſſeſſionibus ſuis à progenitoribus ſibi dimiſſis eam nobiliter dotauerũt. Ordinatisq; omnibus neceſſarijs, monachos
eidem Deo in perpetuum ſeruituros ſtatuerunt. Poſtmodum multa domino mirabilia operante per famulum ſuum
Ioannem Baptiſtam. Tandem uerò metam narrationi ponentes, oremus immenſitatem bonitatis Chriſti, ut ſua potenti dextera ſuffultos nos ad æternæ quietis ſtationem
perducat: qui uiuit & regnat cum patre & ſpiritu ſancto
per omnia ſecula.

FINIS.

IN SYMBOLVM APOSTOLORVM EXPOSITIO.

MIHI quidem fidelißime pæpa Laurenti ad ſcribendum animus tam nõ eſt cupidus, quàm nec idoneus, ſcienti non eſſe abſq; periculo multorũ iudicijs ingenium tenue & exile committere. Sed quoniam, ut commeniatis quæ dixerim, temere in epiſtola per Chriſti meſſa menta, quæ à nobis maxima cũ reuerẽtia ſuſcipiuntur, aſtris gis, ut aliquid tibi de fide, ſecundum ſymboli traditionem rationemq; cõponamus, quamuis ſupra uires noſtras ſit pondus præcepti. Non enim latet ſententia illa ſapientium quæ probè admodum dicit, quia de Deo dicere etiã uera, periculoſum eſt. Tamen ſi expoſitionis à te impoſitæ neceſſitatem orationibus iuues, dicere aliqua obedientiæ magis reuerentia quàm ingenij præſumptione tentabimus, quæ quidẽ non tam perfectorum exercitijs digna uideantur, quàm ad puerulorum in Chriſto incipientium liberetur auditum. Et quidem comperi nonnullos illuſtrium tractatorum aliqua de his pie & breuiter edidiſſe. Photinum uerò hæreticum ſcio eatenus conſcripſiſſe, non ut traditionem dictorum audientibus explanaret, ſed ut ſimpliciter & fideliter dicta ad argumentũ ſui dogmatis traheret, cũ in his uerbis ſanctus ſpiritus prouiderit, nihil ambiguum, nihil obſcurum, nihil à reliquis diſſonans poni, quia in his uerè completur propheticà qua dicitur: Verbũ enim conſummans & breuians in æquitate, quia uerbum breuiatum faciet dominus ſuper terram. Nos ergo uel ſimplicitatem ſuam uerbis apoſtolicis reddere & aſſignare tentabimus, uel quæ omiſſa uidentur à prio-

ribus adimplere: ſed ut manifeſtius fiat argumentum uerbi breuiati, ut diximus, breuiati, cauſam qua hæc traditio eccleſijs data eſt, ab origine repetemus. Tradũt maiores noſtri quòd poſt aſcenſionem Domini cum per aduentum ſancti ſpiritus ſuper ſingulos quoſq; Apoſtolos ignæ linguæ ſediſſent, ut eloquelis diuerſis uarijsq; loquerentur, per quod eis nulla gentium extera, nullæ linguæ barbaræ inacceſſæ uiderentur, et quia præceptum eis à Domino datum ob prædicandum uerbum ad ſingulas quaſque proficiſci nationes. Diſceſſiſſe itaque ab inuicem normam prædicationis in commune conſtituunt: ne fortè alius ab alio abducti diuerſum aliquid his qui ad fidem Chriſti mutabantur exponerẽt. Omnes ergo in uno poſiti, & ſpiritu ſancto repleti, breue iſtud futuræ fidei, ſicut diximus, prædicationis indicium, conferendo in unum quod ſentiebat unuſquiſque componunt, atque hanc credentibus dandam eſſe regulam ſtatuunt. Symbolum autem a multis & iuſtißimis ex cauſis appellare uoluerunt. Symbolum enim Græce, indicium dici poteſt et collatio, hoc eſt quod plures in unum conferunt. Id enim fecerunt apoſtoli in his ſermonibus, in unum conferendo unuſquiſq; quod poſſet. Indicium autem uel ſignum idcirco dicitur, quia illo tempore ſicut & Paulus Apoſtolus dicit, & in Actibus apoſtolorum refertur, multi ex circunciſis Iudæis ſimulatores ſe eſſe Apoſtolos Chriſti, & lucri alicuius uel uentris cauſa, ad prædicandum proficiſcebantur, nominantes quidem Chriſtum, ſed non integris traditionum lineis nuntiantes. Idcirco ergo iſtud indicium poſuere, per quod agnoſceretur is qui Chriſtum uere ſecundum Apoſtolicas regulas prædicaret. Deniq; et in bellis ciuilibus hoc obſeruari ferũt, quoniam & armorum habitus par, & ſonus uocis idem, & ſignum unus eſt, atque eadem inſtituta bellandi, ne qua doli ſub

Symbolum.

2. Cor. 11.
Act. 15.

reptio fiat, symbola discreta unusquisque dux suis militibus
tradit, quæ Latinè uel signa, uel indicia nominantur, ut si for-
tè occurreret quis de quo dubitetur, interrogatus symbolū
prodat si sit hostis an socius. Idcirco deniq; hæc non scribit
chartulis, atq; membranis, sed retineri cordibus tradiderūt,
ut certum esset neminem hac ex lectione, quæ interdum per
uenire etiam ad infideles solet, sed ex apostolorum traditio-
ne didicisse sufficeret. Discessuri ergo, ut diximus, ad prædi-
candum istud unanimitatis, & fidei suæ indicium apostoli
Gen. 11. posuere, non sicut filij Noë discessuri ab alterutrum, turrem
ex latere cocto, & bitumine construentes, cuius cacumen
pertingeret usq; ad cœlum, sed munimenta fidei, quæ sta-
rent aduersum faciem inimici ex lapidibus uiuis, & marga-
ritis dominicis ædificantes, quæ neque uenti impellerent, ne-
que flumina subuerterent, neque tempestatum ac procella-
rum turbines permouerent. Meritò ergo illi abinuicem sepa-
randi, turrem superbiæ ædificantes linguarum confusione
damnati sunt, uti ne unusquisq; posset aduertere proximi sui
loquelam. Isti uerò qui turrem fidei construebant, omnium
linguarum scientia, & agnitione donati sunt, ut illud pecca-
ti, hoc fidei probaretur indiciū. Sed iam nobis etiam de ipsis
aliquid contrectandum & margaritis, in quibus primo in
loco fons & origo omnium bonorum ponitur, cum di-
citur, omnipotentem. Verum priusquam incipiam de
ipsis sermonum uirtutibus disputare, illud non importune
commendandum puto, quòd in diuersis ecclesijs aliqua in
his uerbis inueniuntur adiecta. In ecclesia tamen urbis Ro-
mæ hoc non deprehenditur factum, pro eo arbitror, quòd
neq; hæresis ulla illic sumpsit exordium, & mos ibi serua-
tur antiquus apud eos, qui gratiam baptismi suscepturi sunt
publico, id est, fidelium populo audiente symbolum reddere,
& utiq

& utique adiectiones unius saltem sermonis eorum qui præ
cesserunt in fide non admittit auditus. In cæteris autem locis
quantum intelligi datur, propter nonnullos hæreticos addi-
tam quædam uidentur, per quæ nouellæ doctrinæ sensus uide-
ntur excludi. Nos tamen illum ordinem sequimur, quem in
Aquilegiensi ecclesia per lauacri gratiam suscepimus. Cre-
dere ergo primo omnium ponitur, sicut & Paulus Apostolus
ad Hebræos scribens, dicit: Credere enim primò accedentem Hebr. 11.
oportet ad Dominum, quia & credentibus in se remune-
rator sit. Sed & propheta dicit: Nisi credideritis non intel- Esa. 7.
ligetis. Vt ergo intelligentiæ tibi aditus patescat, rectè pri-
mo omnium te credere profiteris, quia nec nauem quis ingre
ditur, & liquido ac profundo uitam committit elemento, ni-
si se prius credat posse saluari. Nec agricola semina sulcis
abruit, & pro frugibus spargit in terram, nisi crediderit
uenturos imbres, affuturum quoque Solis teporem, quibus
terra confota, segete multiplicata, frugem producat, ac uen-
tis spirantibus nutriat. Nihil denique est, quod in uita geri
possit, si non credulitas antè præcesserit. Quid ergo mirum
si accedentes ad Deum credere nos primò omnium profi-
temur, cum sine hoc nec ipsa exigi poßit uita communis?
Hæc autem idcirco in principijs præmisimus, quia pagani
nobis obijcere solent quòd religio nostra, quæ quasi ratio-
nibus deficit, in sola credendi persuasione consistat. Et ideo
ostendimus nec agi, nec stare aliquid posse, nisi præcesse-
rit uis credendi. Denique ideo & matrimonia contra-
huntur, quia creditur successura posteritas: & pueri di-
scendis artibus traduntur, quia magistrorum in discipulos
transfundenda creditur disciplina. Imperij quoque insignia
unus suscipit, dum credit sibi urbes, & populos, armatum
etiam exercitum parituros. Quòd si hæc singula nisi prius
credi

crediderit futura, nullus aggreditur, quomodo non multo magis ad agnitionem Dei credendo ueniatur? Sed uideamus quid iam breuialis hic symboli sermo proponat.

CRedo, inquit, in Deo patre omnipotente. Orientales ecclesiæ omnes ista tradunt: Credo in uno Deo patre omnipotente. Et rursum in sequenti sermone ubi nos dicimus: Et in Christo IESV unico filio eius: unum scilicet Deum, & unum Dominum secundum autoritatem Pauli Apostoli profitentes. Sed de hoc in sequentibus repetamus. Nunc interim quod ait: In Deo patre omnipotẽte, uideamus. Deus enim, quod inopinari potest humana mens, naturæ ipsius uel substantiæ, quæ est super omnia, est appellatio. Pater uerò arcani, & ineffabilis sacramenti uocabulum est. Deum cum audis, substantiam intellige, sine initio, sine fine, simplicem, sine ulla admistione, inuisibilem, incorpoream, ineffabilem, inæstimabilem, in qua nihil adiunctum, nihil creatum sit. Sine autore est enim ille, qui autor est omnium. Patrem cum audis, filium intellige, & patrem, qui filius supra dictus imago, substantia. Sicut enim nemo dicitur Dominus, nisi habeat uel possessionem, uel seruum cui dominetur, & sicut nemo magister dicitur nisi discipulum habeat, ita & pater nullo pacto quis dici potest, nisi filiũ habẽs. Hoc ergo ipso nomine quo Deus pater appellatur, cum patre pariter subsistere etiam filius demonstratur. Quomodo sane Deus pater genuerit filium, nolo discutias, nec te curiosius inseras in profundi huius arcanum, ne forte dum inaccessæ lucis fulgorem pertinacius perscrutaris, exiguum ipsum qui mortalibus diuino munere concessus est, perdas aspectum. Aut si putas in hoc omni genere nitendum, prius tibi propone quæ nostra sunt: quæ si consequenter uolueris expedire, tunc à terrestribus ad cœlestia, & à uisibi-

sibilibus ad inuisibilia præpara te. Expedi primo, si potes, & explana quomodo mens quæ intra te est, generet uerbum, & quis sit in ea memoriæ spiritus, quomodo hæc cum diuersa sint rebus & actibus, unum tamen sint substantia uel natura: & cum è mente procedant, nunquàm tamen ab ipsa separantur. Sed hæc quamuis in nobis & in animæ nostræ substantia habeantur, tamen tanto nobis occulta uidentur, quanto & aspectu corporeo inuisibilia: de apertioribus inspiramus. Fons quomodo ex se generat fluuium? quo autem spiritu rapidum fertur fluentum? quod quidem cum unum & inseparabile sit, & fluuius & fons, tamen nec fons fluuius nec fluuius fons, intelligi, aut appellari potest, & tamen qui uiderit fluuium, uidet & fontem. Exerce te prius in horum explanatione, & discute, si potes, quæ habentur manibus, & tunc ad horum sublimiora ueniemus. Nec putes quia te statim de terra suadeam ascendere super cœlos, sed prius te, si placeat, ad istud firmamentum quod oculis patet, educam, & ibi, si potes, naturam huius uisibilis hominis discute. Quomodo ignis iste cœlestis generat ex semetipso splendorem lucis? Quomodo etiam producit uaporem? Et cum sint tria in rebus, unum tamen sunt in substantia. Quòd & si hæc singula inuestigare potueris, scito adhuc diuinæ generationis mysterium tanto esse differentius & eminentius, quanto creator creaturis potentior, quanto artifex opere suo præstantior, quanto ille qui semper est eo, qui ex nihilo cœpit esse, nobilior. Credendus est ergo Deus pater esse unici filij sui Domini nostri non discutiedus. Neq; enim fas est seruo de natalibus Domini disputare. Contestatus est pater de cœlis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui, ipsum audite. Pater ipsum dicit esse filiũ suũ, & ipsum audiri iubet. Filius dicit: Matth. 17.

Qui

Ioan. 14. Qui me uidet, uidet & patrem: Et ego & pater unum su-
mus. Et ego à Deo exiui, & ueni in hunc mundum. Quis est
qui inter has patris, & filij uoces medium se discursorem
interserat, & deitatem diuidat, affectum separet, & substan-
tiam rumpat, spiritum secet, neget esse uerum quod ueritas
dixit? Est ergo Deus pater, uerus ueritatis pater, non extrin-
secus creans, sed ex eo quod ipse est filium generans, id est,
quasi sapiens sapientiam, quasi iustus iustitiã, quasi sempiter-
nus sempiternum, quasi immortalis immortalẽ, quasi inuisibi-
lis inuisibilem, quasi lux splendorẽ, quasi mens uerbũ. Quod
autem diximus, Oriẽtis ecclesias tradere patrẽ omnipoten-
tem, & unum Dominum, hoc modo intelligendum est, unum
non numero dici, sed uniuersitate. Verbi gratia: Siquis dicit
unum hominem, aut unum equum, hic unum pro numero
posuit. Potest enim & alius homo esse & tertius, uel equus.
Vbi autem secundus uel tertius non potest iungi, unus si dica-
tur, non numeri, sed uniuersitatis est nomen. Vt si exempli
causa dicamus unum solem, hic unus ita dicitur, ut alius uel
tertius addi non possit, unus est sol. Multò magis Deus
cum unus dicitur, unus non numeri, sed uniuersitatis uo-
cabulo nuncupatur, id est, qui propterea unus dicatur quòd
alius non sit. Similiter & de Domino accipiendum est,
quòd unus sit Dominus IESVS Christus, per quem
Deus pater dominatum omnium tenet. Vnde & sequens
sermo omnipotentem pronuntiat Dominum. Omnipotens au-
tem ab eo dicitur quòd omnium teneat potentatum. Te-
net autem omnia pater per filium, sicut & Apostolus di-
Coloss. 1. cit: Quia per ipsum creata sunt omnia uisibilia & in-
uisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus,
Hebr. 1. siue potestates. Et iterum ad Hebræos scribens dicit:
Quia per ipsum secula instituit, & ipsum constituit uniuer-
sorum

rum hæredem. Constituit autem, quod ait, genuit intelligi-
tur quòd si per ipsum secula instituit pater, & per ipsum
creata sunt omnia, & ipse est hæres omnium per ipsum, er-
go & potentatum omnium tenet. Quia sicut lux de luce, et
ueritas de ueritate, ita & de omnipotente omnipotens natus
est. Vt in Apocalypsi Ioannis de Sephim scriptum est: Et
quiem non habebant die ac nocte, dicentes: Sanctus, san-
ctus, sanctus Dominus Deus, & qui est, & qui uenturus est
omnipotens. Omnipotens ergo dicitur qui uenturus est. Et
quis est alius qui uenturus est, nisi Iesus Christus filius Dei?
Nec additur inuisibile & impassibile. Sciendum quòd duo
sermones in ecclesiæ Romanæ symbolo non habentur:
Constat apud nos additos hæreseos causa Sabellij, illius pro-
fectò quæ à nostris Patripassiana appellatur, id est, quæ
patrem ipsum uel ex uirgine natum dicit, & uisibilem fa-
ctum uel passum affirmat in carne. Vt ergo excluderetur
illis impietas de patre, uidentur hic addidisse maiores,
& inuisibilem, atque impassibilem dixisse. Constat enim
filium non patrem in carne natum, & ex natiuitate
carnis filium uisibilem, & passibilem factum. Quantum
autem spectat ad illã deitatis immortalem substantiam, quæ
ma ei eademq; cum patre est, ibi neq; pater, neq; filius neq;
spiritus sanctus uisibilis aut passibilis creditur. Secundum ue-
ro dignationem carnis assumptæ filius & uisus & passus in
carne est. Quod propheta prædixerat, ubi ait: Hic Deus
noster, & non reputabitur alter ad eum. Inuenit o-
mnem uiam disciplinæ, & dedit eam Iacob puero suo,
& Israël delicto suo. Post hæc in terris uisus est, & cum ho-
minibus conuersatus est. Sequitur post hæc, & in Christo
Iesu. Iesus Hebræi uocabuli nomen est, quod apud nos salua-
tor dicitur. Christus à chismate, id est, ab unctione appella-
tur

Apoc. 4.

Patripassiana hæresis.

Baruch 3.

Christus à chrismatè, id est, unctione appellatur.

tur. Legimus in libris Moysi quòd Auses Naue filius cum electus esset dux populi, commutato nomine Ause, Iesus cognominatus sit. Quo scilicet ostenderetur hoc esse nomen quod principibus & ducibus conueniret ijs duntaxat qui salutem se populis darent. Itaq; & ille Iesus appellatus est, qui eductum de terra Aegypti populum, & de erroribus eremi liberatum in terram repromissionis induxit. Et hic Iesus dicitur, qui populum de ignorantiæ tenebris eductum, & de mundi erroribus euocatum introduxit ad regna cœlorum.

Christus regiũ nomen est.

Christus quoque uel pontificale, uel regium nomen est. Nam prius & pontifices unguento chrismatis consecrabantur et reges, sed illi uelut mortales & corruptibiles unguento materiæ corruptibilis ungebantur: hic uerò sancto spiritu perunctus, Christus efficitur, sicut scriptura de eo dicit.

Esa.61. Quem unxit pater spiritu sancto misso de cœlis. Et Esaias præsignauerat, dicens ex persona filij: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me. Quia ergo ostendimus quid sit Iesus qui populum saluet, & quid sit Christus qui pontifex factus sit in æternum: nunc ex consequentibus de quo dicantur ista, videamus. Et in unico filio eius Domino nostro.) Per hoc docemus, quia Iesus iste de quo diximus, & Christus de quo exposuimus, quòd unicus filius sit Dei et noster Dominus. Ne forte putes quòd humana ista uocabula terrenum te aliquid doceant, ideo subiungit unicum hunc esse filium Dei Dominum nostrum. Vnus enim de uno nascitur, quia & splendor unus est lucis, & unum est uerbum cordis. Nec in numerum pluralem defluit incorporea generatio, nec in diuisionem cadit, ubi qui nascitur, nequaquam à generante separatur. Vnicus est, ut menti sensus, ut sapientiæ sapienti, ut cordi uerbum, ut forti uirtus. Nam sicut solus pater

ab Apostolo dicitur, ita & solus filius sapientia natur. Vnicus ergo filius est: & cum sit gloria, sempitate, uirtute, regno, potestate, hoc quod pater est, omnia hæc non sine autore sicut pater, sed ex patre tanilius, sine initio, & æqualis habet: & cum ipse sit caput, ipsius tamen autor est pater generando, sine Quia nec pater præcedit filium, nec filius sequitur in faciendo quasi adoptiuum, sicut nos. Filium sanè audis, nolo cogitationem carnalis natiuitatis assumas, nemẽto hæc de incorporeæ dici substantiæ natura simenim, ut suprà iam diximus, uel in eo quod cor generbum, uel mens sensum, uel lux ex se parit splendonihil horum requiritur, nec ulla in tali generatione fracogitatur. Quanto purius & sacratius de horum creatore censendum est? Sed fortasse dicas, ista quam as in substantiua est generatio: Neq; enim lux subum profert splendorem, aut cor substantiuum genebum. Filius autem Dei substantialiter asseritur gene- Ad hæc primo omnium illud dicemus, quod etiam in rebus. Cum proferuntur exempla, non per omnia dinem seruare possunt rei illius cui præbere putanexemplum, sed unius alicuius partis, pro qua uidentur pere, similitudinem tenent. Verbi gratia, ut cum in gelio dicitur: Simile est regnum cœlorum fermento, Matth.13. abscondit mulier in farinæ mensuris tribus. Nunquid nus regnum cœlorum sic per omnia simile esse fermenet substantia illa palpabilis sit ac fragilis, ut acida fiet corrupta? An ad hoc solum exemplum istud uiassumptum, ut ostenderetur ex parua prædicatione Dei humanas mentes fidei fermento posse coalescere? ter & cum dicitur: Simile est regnum cœlorum retimissio

missō in mare, quod ex omni genere piscium attrahit, & in hoc nunquid putandum est, quòd naturæ lini quo rete apta-tur, ac nodis quibus maculæ nectuntur, regni cœlorum substantia per omnia conferatur? An ad hoc solum uidetur assumpta comparatio, ut ostenderet, quia sicut rete de profundo maris pisces adducit ad litus, ita de profundo huius seculi errore humanæ animæ regni cœlorum prædicatione liberantur? Ex quibus constat exempla non in omnibus his quorum exempla sunt, esse similia. Alioquin si eadem essent omnia, iam non exempla dicerentur, sed ipsæ potius res de quibus agitur, uiderentur. Deinde etiam illud dicendum est, quòd nulla creatura talis esse potest qualis creator eius. Et ideo sicut sine exemplo est diuina substantia, ita & sine exemplo est diuina maiestas. Tunc etiam illud addemus, quia creatura ex nihilo est. Si ergo ex substantia sit illa quæ gignitur ex sese creatura quæ ex nihilo facta est, conditionem in hoc seruat originis suæ: illius autem æternæ lucis substantia, quæ semper fuit, quia insubstantiuum in se nihil habuit, insubstantiuum ex se splendorem proferre non potuit. Et ideo recte unicus dicitur. Vnicus enim eo solus est, quia natus sit. Nec comparationem aliquam potest habere quod unicum est. Nec similitudinem substantiæ in factoris sui habere potest ille qui factor est omnium. Hic ergo Iesus Christus filius unicus Dei, qui est & Dominus noster unicus, & ad filium referri, & ad dominum potest. Vnus ergo filius, uere filius, & unus uerè Dominus Iesus Christus. Ceteri quippe licet dicantur filij, adoptionis tantum gratia dicuntur, non ueritate naturæ. Et si dicuntur alij domini, concessa, non ingenita potestate dicuntur: hic uerò solus christus filius, & solus unicus Dominus, sicut & Apostolus dicit: Vnus pater Deus, & unus Dominus Iesus Christus, per quem

Ephes. 4.

omnia. Igitur posteaquàm propositus ordo fidei ineffabilis sacramẽtũ filij de patre natiuitatis exposuit, nũc ad humanæ salutis dignationem dispensationemq; descendit. Et hunc quem suprà dixit unicum filium Dei, & Dominum esse dicit: Qui natus est de spiritu sancto ex Maria uirgine. Et iam inter homines dispensationis natiuitas est, illa diuinæ substantiæ: hæc dignationis est, illa naturæ. De spiritu sancto ex uirgine nascitur. Et iam hoc loco mundior auditus meritur, & purior sensus. Huic enim quem dudum de patre natum ineffabiliter didicisti, nunc à sancto spiritu temporaliter fabricatum intra secreta uteri uirginalis intellige. Et quia in sancti spiritus sanctificatione nulla sentienda est fraus ita & in partu uirginis nulla est intelligenda corruptio. Nouus enim huic seculo datus est partus, nec immeritò. Vnicus enim in cœlis unicus filius est, consequenter & in terra unicus est: quia & unicè nascitur. Nota sunt omnibus & euangelijs decantata de hoc & scripta prophetarum dicunt, quòd uirgo concipiet & pariet filium. Sed & Esa. 7.
ipsius mirabilem modum Ezechiel propheta antè Ezech. 44.
uiderat, Mariam figuraliter portam Domini nominans, per quam scilicet Dominus ingressus est mundum. Erit ergo hoc modo: Porta autem quæ respicit ad Orientem clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit, & clausa erit. Quid tam euidens dici de consecratione uirginis potest? Clausa fuit in ea uirginitatis porta, per ipsam introiuit Dominus Deus Israël, & per ipsam processit, & in eternum porta uirginis clausa, seruata uirginitate, permanebit. Igitur spiritus sanctus refertur dominicæ carnis & temporis eius creator. Incipe hinc iam intelligere etiam sancti spiritus maiestatem. Contestatur enim Euangelicus sermo ipso, quod cum loquenti angelo ad uirginem & dicenti:

Luc.1. Quia paries filium, & uocabis nomen eius Iesum, hic enim
saluum faciet populum suum à peccatis suis, illa respondis-
set: Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Di-
xit ei angelus Dei: Spiritus sanctus ueniet super te & uir-
tus altißimi obumbrabit tibi. Et ideo quod nascetur ex te
sanctum, uocabitur filius Dei. Vide ergo cooperantem sim-
plicem trinitatem. Spiritus sanctus uenire dicitur, & uirtus
altißimi obumbrare ei. Quæ est autem uirtus altißimi, nisi
ipse Christus, qui est Dei uirtus, & Dei sapientia? Cuius
hæc uirtus est? Inquit, altißimi. Adest ergo altißimus, adest
uirtus altißimi, adest Spiritus sanctus. Hæc est trinitas ubiq;
latens, ubique apparens, uocabulis personisq; discreta, inse-
parabilis substantia deitatis. Quamuis solus filius nascatur
ex uirgine, adest & altißimus, adest & spiritus sanctus, ut
& conceptus uirginis sanctificetur & partus. Verum hæc
quia ex scripturis propheticis asseruntur, possunt forte Iu-
dæos quamuis sint infideles & increduli confutare. Sed pa-
gani solent ridere nos, cum audiunt prædicari à nobis uir-
ginis partum, propter quod paucis & eorum obtrectatio-
nibus respondendum est. Omnis partus, ut opinor, ex tribus
constat. Si adultæ ætatis sit fœmina, si uirum adeat, si non
sit uitio sterilitatis obclausa. Ex his tribus in hoc partu quē
prædicamus unum defuit, uir & hoc patet, quia qui nasce-
batur non erat terrenus homo, sed cœlestis. Per cœlestem
spiritum dicimus salua uirginis incorruptione, completa. Et
tamen quid mirum uidetur si uirgo conceperit, cum Orien-
tis auem quam Phœnicem uocant, in tantum sine coniuge
Phœnix. nasci uel renasci constet, ut semper & una sit, & semper
sibi ipsa nascendo uel renascendo succedat? Apes certe ne-
Apes. scire coniugia, nec fœtus sexibus edere, omnibus palam est.
Sed & alia nonnulla deprehenduntur in huiusmodi sorte
nascen-

scendi. Hoc ergo incredibile uidebitur diuina uirtute ad
ius mundi redintegrationē factum, cuius exempla etiam
animalium natiuitate cernuntur? Et tamen mirādum cur
gentilibus impoßibile uideatur, qui credunt Mineruam
de cerebro Iouis natam: quid ad credendum difficilius?
quid magis contra naturam? Hic fœmina est, hic naturæ
seruatur, hic conceptus & partus temporibus suis edi-
ibi nusquam fœmineus sexus, sed uir solus, & partus.
illa credit, cur ista miretur? Sed & Liberum de femore
asserunt natum. Ecce illud portenti genus est, & credi-
Venerem quoq;, quam Aphroditen uocant, de spuma
(sicut etiam nominis ipsius compositio ostendit) cre-
esse progenitam: de ouo natos Castorem Pollucemq;
formant: ex formica Myrmidones, & alia mille sunt, quæ
rerum naturam uenientia, ipsis tamen uisa sunt cre-
: ut Deucalionis & Pyrrhæ lapides iactos, & ho-
ex his segetem natam. Et cum hæc tot & talia fi-
crediderint, unum eis uerbum impoßibile uidetur,
adolescens fœmina diuinum germen, non hominis ui-
Deo inspirante conceperit. Qui utiq; ad credendum
ciles sunt, illis tot & tam turpibus monstris fidem
quam commodare debuerant. Si uerò faciles sunt ad
dum, multo promptius hæc nostra tam honesta &
sancta recipere, quàm illa tam indigna & tam fœda
debuissent. Sed dicent fortaßis, quia poßibile qui-
fuerit Deo ut uirgo conciperet, poßibile etiam fuerit
pareret: sed indignum uideri ut tanta illa maiestas
genitales fœminæ transiret excessus: ubi quamuis nul-
erit ex uirili admistione commistio, fuit tamen ipsius
perij obscœnæ attrectationis iniuria: pro quo pauli-
eis secundum sensum suum respondeamus: Si quis

uideat paruulum in profundo cœni necari, & ipse cum sit
uir magnus & potens, extremis (ut ita dixerim) plantis in-
grediatur cœnum, & paruulum morientem liberet, pollu-
tus ne à te accusabitur hic uir, quòd paululum luti calcaue-
rit? an ut misericors laudabitur, quòd uitam contulerit mo-
rituro? Sed hæc etiam de communi homine dicta sint. Re-
deamus nunc ad naturam eius qui natus est. Quantum pu-
tas natura Solis eo inferior est? quantum creatura sine du-
bio creatore. Intuere nunc Solis radios, si in cœni alicuius
uoraginem dimittantur, nunquid iam aliquid inde pollutio-
nis acquirunt? aut obscœnorum illustratio Solis ducetur
iniurijs? Ignis quoque natura quanto est inferior his de qui-
bus sermo est? Et nulla materia uel obscœna, uel turpis
adhibita ei, ignem polluisse creditur. Cum ergo hæc ita esse
in rebus materialibus constet, tu in illa supereminenti & in-
corporea natura quæ super omnem ignem & supra omne
lumen est, pollutionis aliquid putas aut obscœnitatis inci-
dere? Tunc deinde etiam illud aduerte: Nos hominem à
Deo creatum de terræ limo dicimus: quòd si obscœnitas
Deo reputatur opus suum requirenti, multo magis ei re-
putabitur opus illud ab initio fabricanti, & superfluum est
dicere cur per obscœna transierit, cur obscœna condiderit.
Et ideo obscœna hæc esse non natura, sed obseruantia docuit.
Cæterum omnia quæ sunt in corpore ex uno eodemq; luto
formata, usibus tantum & officijs naturalibus distinguuntur.
Sed nec illud quidē ab absolutione uocare huius quæstionis
omittam, quòd substantia Dei quæ per omnia incorporea est
inseri corporibus, uel capi ab eis principaliter non potest,
nisi aliqua media sit substantia spiritualis, quæ capax esse di-
uini spiritus poßit. Verbi gratia, ut si dicamus: Lux omnia
quidem membra corporis illustrare potest, nullo tamen hoc
nisi

est à solo oculo capi potest, solus enim oculus est qui capax
lucis. Et filius ergo Dei nascitur ex uirgine, non princi-
paliter soli carni sociatus, sed anima inter carnem Deumq;
media generatus. Anima ergo media, & in secreta ratio-
nabilis spiritus arce uerbum Dei capiente, absq; ulla quam
spicaris iniuria Deus natus est ex uirgine. Et ideo nihil
turpe putandum est, ubi sanctificatio spiritus inerat, &
anima quæ erat Dei capax, particeps fiebat etiam carnis.
Sed ibi ducas impoßibile, ubi aderat uirtus altißimi. Ni-
hil de humana fragilitate cogites, ubi plenitudo inerat deita-
tis. Crucifixus sub Pontio Pilato, descendit in inferna.) Do Ephes. 3.
ceat Apostolus Paulus illuminatos debere esse oculos cordis
nostri ad intelligendum quæ sit altitudo, latitudo, & pro-
fundum. Crucis eam partem quæ in terram defixa est pro-
fundum appellauit. Altitudinem uerò illam quæ in aërem
porrecta sublimis erigitur. Latitudinem quoque illam quæ
distenta in dexteram læuamq; protenditur. Cum ergo tot
species mortis sint, quibus de hac uita exitus dari homini-
bus solet, uult nos Apostolus illuminatos corde scire ratio-
nem, cur ex his omnibus crucis potius species ad mortem
electa sit saluatoris. Vnde sciendum est quòd crux ista
triumphus erat, triumphi enim insigne est trophæum, tro-
phæum autem deuicti hostis indicium est. Quia ergo adue-
nit Christus, sicut Apostolus dicit, tria pariter regna sub- Philipp. 2.
iecit, hoc enim dicit ubi ait: Quia in nomine Iesu omne genu
flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & hæc
omnia sua morte uincebat, conueniens mysterio mors quæ-
rens est, ut in aërem sublimatus, & aërias subiugans potesta-
tes, uictoriā de his supernis & cœlestibus traderet: expan- Esa. 65.
dit autem manus tota die, sicut propheta dicit: Tendit ma-
nus ad populum incredibilem, qui est in terra, ut incredu-

los contestaretur & inuitaret credentes: eam uerò partem
quæ sub terram demergitur, quod inferna sibi regna subij-
ceret. Etenim ut breuiter aliqua etiam de secretioribus per-
stringamus, ab initio Deus cum fecisset mundum, præfecit ei
& præposuit quasdam uirtutum cœlestium potestates, que-
bus regeretur, & dispensaretur mortalium genus. Quod ita
factum Moyses indicat in Deuteronomij cantico ubi dicit:
Cum diuideret excelsus gentes, statuit terminos gentium se-
cundum numerum angelorum Dei, sed horum nonnulli
sicut & ipse qui princeps appellatus est mundi, datam sibi
à Deo potestatem non his quibus acceperant legibus tem-
perarunt, nec humanum genus diuinis obedire præceptis,
sed suis parêre præuaricationibus docuerunt. Et hinc ad-
uersum nos peccatorum chirographa scripta sunt, quia ut
propheta dicit, peccatis nostris uenundati sumus. Pretium
nanque animæ suæ unusquisq; consequitur cum concupi-
scentiæ satis fecerit. Istud ergo uniuscuiusq; chirographum
ab illis rectoribus peßimis tenebatur, quod Christus detra-
xit adueniens, & hac eos potestate nudauit. idq; sub ingenti
Coloß.2. mysterio Paulus indicat, cum dicit de eo: Delens quod ad-
uersum nos erat chirographum, & affigens illud crucifixo,
traduxit principatus & potestates, triumphans eos in se-
metipso. Rectores ergo illi quos humano generi præfe-
cerat in tyrannidis contumaciam uersi impugnare commis-
sos sibi homines aggreßi sunt, & peccati prælijs debellare.
Ezech.30. Sicut Ezechiel propheta mysticis designat eloquijs, cum
dicit: In illa die procedent angeli festinantes exterminare
Aethiopiam, eritq; inter eos perturbatio in die Aegypti,
quoniam uenit. Rectè ergo eos omnipotentia nudatos Chri-
stus dicitur triumphasse, ablatamq; ab eis potestatē homini-
Luc.10. bus tradidisse. Sicut ad discipulos suos dicit ipse in Euāgelio:
Ecce

Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes &
scorpiones, & super omnem uirtutē inimici. Illos itaque qui
accepta potestate male abusi sunt subiectis, quosdam suis
subijcit crux Christi. Nos uerò, hoc est, humanum ge-
nus edocet primo omnium usque ad mortem resistere aduer-
sum peccatum, & libenter interitum pro pietate suscipere.
Cum deinde & obedientiæ nobis in hac eadem cruce pro-
ponit exemplum, sicut illis qui aliquando rectores nostri
fuerant, posuit contumeliæ pœnas. Audi ergo quomodo A-
postolus uult per crucem Christi obedientiam nos docere: Philip.2.
Hoc, inquit, sentite in uobis quod & in Iesu Christo, qui
cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est se esse
æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui ac-
cipiens, in similitudinem hominū factus, & habitu repertus
ut homo, factus est obediens usque ad mortem, mortē autem
crucis. Quia ergo ille magnus magister est qui fecerit &
docuerit, ideo obedientiam quæ pijs morte etiam suscepta
seruanda est, docuit ipse prius pro hac moriendo seruari. Sed
potasse terreatur aliquis in huiuscemodi doctrina, quòd
quem paulò antè cum Deo patre diximus sempiternum, ac
eius substantia esse progenitum, quemq; regno, æternita-
te & maiestate unum cum patre esse docuimus, nunc de
eius morte tractemus. Sed nolo terrearis fidelis auditor,
paulò post istum quem audis mortuum, rursum uidebis
immortalem: mors enim ab eo mortem spoliatura suscipitur.
Nam sacramentum illud susceptæ carnis, quod suprà expo-
nimus, hanc habet causam, ut diuina filij Dei uirtus uelut
quamuis quidam erat habitu humanæ carnis obtectus. Et sicut
ante Apostolus dixit, habitu repertus ut homo, principem Philip.2.
ergo mundi ut inuitare posset ad agonē, cui ipse carnē suam
uelut escā tradidit, ut hamo eum diuinitatis intrinsecus tene-

ret insertum, & effusione immaculati sanguinis, qui peccati maculam nescit, omnium peccata deleret, eorum animas qui cruore eius postes fidei signassent. Sicuti ergo hamum esca conseptum si piscis rapiat, non solum escam cum hamo non remouet, sed & ipse de profundo esca alijs futurus citur: ita & is qui habebat mortis imperium, rapuit quidem in mortem corpus Iesu, non sentiens in eo hamum diuinitatis inclusum, sed ubi deuorauit, hæsit ipse continuò, & dissuptis inferni claustris, uelut de profundo tractus traditur, ut esca cæteris fiat. Quod ita futurum sub hac eadem figura

Ezech.32. & Ezechiel dudum signauerat, dicens: Et extrahamte in hamo meo, & extendam te super terram, campi implebuntur de te, & constituam super te omnes uolucres cœli, & saturabo ex te omnes bestias terræ. Sed & Dauid dicit:

Psal.73. Tu confregisti capita draconis magni, dedisti eum in escam populi Aethiopum. Et Iob de eodem mysterio fusius protestatur: ait enim ex persona Dei loquentis ad se: Aut

Iob 40. adduces draconem in hamo, aut pones capistrum circa nares eius. Non ergo damno aliquo aut iniuria diuinitatis Christus in carne passus est, sed ut per infirmitatem carnis operaretur salutem in medio terræ. Diuina natura in mortem per carnem descendit, non ut lege mortalium detineretur à morte, sed ut per se resurrecturus ianuas mortis aperiret: uelut si quis rex pergat ad gentem, in qua proprios habeat captiuitatis uinculo alligatos, deuictaq; carcerem intret, in qua uincti detinebantur, soluat catenis uincula, & claustra comminuat, & uinctos in remissionẽ educat, & eos qui sedent in tenebris & in umbra mortis luci ac uitæ restituat. Ergo dicitur rex fuisse quidem in carcere, non tamen ea conditione qua cæteri qui tenebantur inclusi. sed illi quidem ut pœnas soluerẽt, hic uerò ut absolueret pœnas. Caussissime autem

rem qui symbolum tradiderunt, etiam tempus quo hæc sub ntio Pilato gesta sunt, designauerunt, ne ex aliqua parte uat uaga & incerta gestorum traditio uacillaret. Scien- sane est quòd in ecclesiæ Romanæ symbolo non habe- additum, descendit ad inferna, sed neq; in Orientis ec- habetur hic sermo, uis tamen uerbi eadem uidetur in eo quòd sepultus dicitur. Sed quoniam tibi erga scri- as diuinas amor & studium subiacet, sine dubio dicis oportere hæc magis euidentibus scripturæ diuinæ te- nijs approbari. Quanto enim magna sunt quæ creden- sunt, tanto idoneis & indubitatis testibus indigere uera & consequens propositio. Sed nos tanquam scientibus m loquentes, testimoniorum syluam breuitatis causa de- adhibemus, pauca tamen ex multis, si etiam hoc requiri- latissimum testimoniorum pelagus patere. Primò omnium sciendum est, quòd ipsa ratio crucis non omni- ma eademq; est, sed aliud gentibus, aliud Iudæis, aliud entibus sapit, sicut & Apostolus dicit: Nos autem 1.Cor.1. dicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scanda- gentibus autem stultitiam, ipsis uerò uocatis Iudæis Græcis Christum Dei uirtutem & Dei sapientiam. Et Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, uerò qui salui fiunt, uirtus Dei est. Iudæi ergo quibus ex aditum fuerat, Christum in æternũ mansurum, scan- dum patiebantur de cruce eius, quia resurrectionem eius ere noluerunt. Gentibus autẽ stultitia uidebatur Deum em suscepisse, quia ignorabant mysteriũ carnis assum- Fideles uerò qui & natum & passum in carne recepe- & à mortuis resurrexisse, meritò uirtutẽ Dei crede- esse, quæ uicerat mortem. Primò ergo hoc ipsum quòd

Iudæi,

Iudæi, quibus prophetæ hæc prædixerant, non essent credi-
turi, sed illi qui non à prophetis audierant: audi quomodo
prophetico sermone signantur: Quibus non est, inquit, an-
nuntiatum de eo, uidebunt: & qui non audierunt, intelli-
gent. Quòd autem his qui meditabantur legem dei à puer-
tia usq; ad senectutem non credentibus, ad gentes esset omne
mysterium translaturum, Esaias hoc modo prædicit: Et fa-
ciet, inquit, dominus sabaoth omnibus gentibus in monte isto
inueniri lætitiam, bibent uinum, ungentur unguento. Tradet
hæc omnia gentibus. Hoc enim consilium Dei omnipotentis
super omnes gentes. Sed dicent fortasse nobis illi qui scien-
tiam in scientia legis: Blasphematis qui sic dicitis Dominum
corruptioni mortis subiectum & passioni crucis fuisse. Le-
gite ergo quod scriptum habetis in lamentationibus Hiere-
Thren.4 miæ, ubi dicit: Spiritus uultus nostri Christus Dominus
comprehensus est in corruptionibus nostris: in quo diximus,
sub umbra eius uiuemus in gentibus. Audis quomodo pro-
pheta dicit Christum dominum comprehensum esse & pro
nobis, id est, pro peccatis nostris corruptioni traditum, in
cuius umbra quoniam populus ille qui permansit incredu-
lus, abiectus est, dicit quia uiuemus non in Israël, sed in gen-
tibus. Quod si operosum non uidetur, quàm possumus bre-
uiter singula quæ in Euangelijs referuntur, qualiter in pro-
phetis prædicta sunt designemus, ut hi qui prima fidei ele-
menta suscipiunt, testimonia hæc habeant in corde scripta,
ut nulla eis unquam de his quæ credunt ambiguitas in-
mica subrepat. Edoceamus per Euangelium quòd Iudas
unus de amicis & conuiuis Christi tradiderit eum, audi
quomodo prænũtietur in psalmis: Qui mãducat, inquit, pa-
Psal.40.& nes meos, ampliabit aduersum me supplãtationem. Et alibi:
37.& 54. Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerũt

& ste-

terunt. Et iterum: Molliti sunt sermones eius super
eum, & ipsi sunt iacula. Vis uidere quomodo molliti sunt?
dit, inquit, Iudas ad Iesum et dixit ei: Aue rabbi: & oscu- Matth.26.
tus est eum. Per molle ergo osculi blandimentum execra-
bile iaculum proditionis infixit. Vnde & Dominus ad eum Luc.22.
dixit: Iuda osculo filium hominis tradis? Triginta argenteis
ille eum appretiatum esse cupiditate proditoris. Audi & Zach.11.
hoc propheticam uocem: Et dixi, inquit, ad eos: Si bonum
est in conspectu uestro, date mercedem meam & abite. Et
ipse hæc inquit: Accepit triginta argenteos, & misit eos in
conflatorium Domini in conflatorios. Non ne hoc est quod in
Euangelijs scribitur, quia Iudas pœnitentia ductus reporta- Matth.27.
uit pecuniã, & proiecit in templo & discessit? Bene autem
mercedem suam dicit, uelut impugnãtis & exprobrãtis af-
fectum. Etenim tam multa opera bona apud eos egerat. Cæ-
cos eorũ illuminauerat, claudis pedes, paralyticis gressum,
leprosis quoque reddiderat uitam. Pro ijs ergo omnibus bo-
nis mercedem restituũt ei mortem triginta argenteorũ exi-
mione pensatam. Refertur item in Euangelijs quòd uin-
dicasset. Prædixit hoc sermo propheticus per Esaiam, dicens:
Væ animæ ipsorum quia cogitauerunt cogitationem pessi- Esa.3.
mam aduersum scipsos dicentes: Alligemus iustum, quia
inutilis est nobis. Sed dicet aliquis: Nunquid hæc de domi-
no alligenda sunt? nunquid Dominus ab hominibus tene-
batur erat, & in iudicium protrahi? Et de hoc te idem pro-
pheta conuincet, dicit enim his uerbis: Ipse Dominus in
iudicium ueniet cum senioribus & principibus populi. Iu-
dicatur ergo ipse dominus secundum prophetæ testimo-
nium, & non solum iudicatur, sed & flagellis cæditur,
sicut psalmis in faciem uerberatur, & conspuitur, & omnem
nobis perfert indignitatis iniuriam. Et quòd hæc stu-

penda

penda erant omnibus cum prædicarentur ab apostolis
idcirco etiam ex persona ipsorum propheta exclamat &
Esa.53. dicit : Domine quis credidit auditui nostro? Incredibi-
le enim est ut Deus dei filius ista pertulisse dicatur. Et
ideo prædicuntur per prophetas, ne qua crediturís dubin-
Thren.3. tio nasceretur. Ipse ergo ex sua persona Christus Dominus
dicit : Dorsum meum dedi flagellis, & maxillas meas ad
palmas, & faciem meam non auerti à confusione spu-
rum. Scribitur etiam illud inter cæteras passiones eius, quod
alligantes eum duxerunt ad Pilatum, præsignauit etiam
hoc propheta, ubi dicit : Et alligantes adduxerunt eum ad
xenium regis Iarim: nisi si obijciat aliquis & dicat, sed Pi-
latus non erat rex. Audi ergo quid in sequentibus Euange-
lium refert, Audiens, inquit, Pilatus eum esse de Galilæa, mi-
sit eum ad Herodem, qui erat tunc rex in Israël. Et bene ad-
didit nomen Iarim, quod est syluester. Non enim erat Hie-
rodes de domo Israel, nec de illa uinea Israëlitica quam edi-
xit Dominus de Aegypto, & plantauerat in cornu in loco
uberi, sed erat syluester, id est, ex sylua alienigenarum. Et
ideo syluester appellatur, quasi qui de Israëlitica utilis ra-
quaquam palmitibus pullulasset. Sed & quod ait propheta,
xeniũ, conuenienter aptauit. Tunc enim Herodes & Pila-
Luc.23. tus (ut Euangelium testatur) ex inimicis in concordiam re-
uocati sunt. Et uelut reconciliationis suæ xenium uinctum
sibi inuicem mittebant Iesum. Quid interest dummodo Ie-
sus ubiq; dissidentes reconciliet, pacem reparet, concordiam
reddat? Vnde etiam de hoc scriptum est in Iob : Dominus
reconciliat corda principum terræ. Refertur item quod cum
Pilatus uellet eum dimittere, omnis populus clamauerit:
Luc.23. Crucifige, crucifige eum. Prænũtiat hoc Hieremias propheta,
Hier.12. dicens ex persona Domini ipsius : Facta est, inquit, hæredi-

tas mea mihi sicut leo in sylua. Dedit super me uocem
eam, propterea exosus sum eam. Et propter hoc, inquit,
reliqui domum meam. Et iterum alibi dicit : Super quem
aperuistis os uestrum, & aduersus quem relaxastis linguas
strat. Cum iudicaretur scribitur tacuisse. Multæ de hoc
scripturæ testantur, in psalmis dicitur: Factus sum sicut ho- Psal.37.
mo non audiens, & non habẽs in ore suo increpationes. Et
rum : Ego autem sicut surdus non audiebam, & sicut
gnus coram tondente se, sic non aperuit os suum. In humi-
te iudicium eius sublatum est. Imposita scribitur corona
nea. Audite de hoc in Canticis canticorum super iniqui-
tes Hierusalem mirantis de iniuria filij, patris uocem, &
centis : Exite & uidete filiæ Hierusalem coronam, qua Canti.3.
mondauit eum mater sua. Sed & de spinis ita alius prophe-
commemorat: Et expectauit ut faceret uuam, fecit autem Esa.5.
nas, & non iustitiam, sed clamorem. Veruntamen ut
scierij secreta cognoscas, oportebat eum, inquit, qui pec-
cus mundi uenit auferre, etiam terræ maledicta purgare,
ne protoplasto peccante, sententiam prænaricationis ac-
perat, dicente Domino: Maledicta terra in operibus tuis,
nas & tribulos producat tibi. Propterea ergo spinis Gen.3.
minatur Iesus, ut prima illa condemnationis sententia sol-
uetur, ad crucem ducitur, & in ligno totius mundi
suspenditur. Vis & de hoc propheticis testimonijs con-
sequi? audi Hieremiam dicentem : Venite & inijciamus Hier.11.
lignum in pane eius, & conteramus eum de terra uiuẽtium.
Item Moyses uelut deflens eos dicit, Et erit uita tua su- Deut.28.
spensa ante oculos tuos, & timebis per diem & noctem, &
non credes uitæ tuæ. Sed transcurrendum nobis est, iam
nem propositæ brevitatis excedimus modũ, & breuiatum
proferem longa dissertione distẽdimus, pauca tamen adde-

mus,

mus, ne penitus quod cœpimus præterisse uideamur. Scri-
Mat.27. bitur Iesus in latere percussus, aquam simul & sanguinem
profudisse. Hoc quidem mysticum est, ipse enim dixerat,
Ioan.7. quia flumina de uentre eius procedent aquæ uiuæ. Sed pro-
duxit & sanguinem, quem petierant Iudæi uenire super se
& filios suos. Produxit ergo aquam, ut credentes diluat,
produxit & sanguinem, qui condemnat incredulos. Possit
tamen etiam intelligi quòd duplicem gratiam baptismi fi-
guraverit, unam quæ datur per aquæ baptismum: aliam quæ
per martyrium profusione sanguinis quæritur, utrumque
enim baptismum nominatur. Quòd si & hoc quæris, cur
non ex alio membro, sed ex latere produxisse dicatur aquam
& sanguinem? Videtur mihi in latere per costam mulieris
indicari, quia fons peccati & mortis de muliere primæ,
quæ fuit primi Adam costa, producitur. Scriptum est quòd
in passione eius ab hora sexta usque ad horam nonam tene-
bræ factæ sunt. Accipe de hoc prophetæ testimonium
Amos 8. dicentis: Occidet tibi sol meridie. Et iterum Zacharias
Zach.14. propheta: In illa, inquit, die non erit lux, sed frigus &
pruina erit uno die, & dies ille notus Deo, & neque dies
neq; nox, & ad uesperam erit lux. Quid tam euidenter à
propheta dici potuit? Vt iam hæc non tam futura prædicta,
quàm narrari præterita uideantur, etiam pruinam & fri-
Mar.14. gus prædixit. Propterea enim Petrus calefaciebat se ad
ignem, quia frigus erat, & frigus patiebatur, non solum
temporis, sed & fidei. Addidit etiam: Et dies illa nota Do-
mino, neque dies neque nox. Quid est, neque dies neque
nox? nõne aperte de insertis dici tenebris, & reuocata re-
sum luce disseruit? Non fuit illa dies, neq; enim cœpit ab ortu
solis: neq; integra nox fuit non enim peracto diei curso spa-
tia debita uel ab initio suscepit, uel ad ultimũ terminata pro-
duxit.

rit, sed fugata per impiorum facinus lux reparatur ad ue-
ram. Post horam enim nonam depulsis tenebris sol reddi-
mundo. Et iterum aliud de hoc ipso testimonium dicit:
gurabitur super terram in die lux. Docet Euãgelij præ- Matth.27.
tio quòd etiam milites diuiserunt sibi uestimenta Iesu,
supra tunicam eius miserunt sortem. Hoc etiam curæ fuit
tui sancto prophetarum uocibus protestari, cum dicit:
iserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam mi- Psal.21.
unt sortem. Sed nec de illa quidem ueste quam dicuntur
es illudentes induisse eum, id est, de ueste coccinea pro-
e siluerunt. Audi enim quid dicit Esaias: Quis est iste Esa.63.
uerit de Edom: rubor uestimentorum eius ex Bosor?
ere rubicunda sunt uestimenta tua, & indumentũ tuum
quam à torculari calcato? Vnde & ipse respondit: Tor-
r calcaui solus filiæ Sion. Solus est enim qui peccatum
fecit, & abstulit peccata mundi. Si enim per unum ho-
em mors introire, quãto magis per unum hominem qui
Deus erat, potuit uita restitui? Refertur etiã quòd aceto
ista sit, uel uino myrrhato, quod est amarius felle. Audi
de hoc propheta prædixerit: Et dederunt, inquit, in esca Psal.68.
sti, & in siti mea potauerunt me aceto. Atq; respon-
iam tunc Moyses dicebat de populo illo: Ex uineis So- Deut.32.
orum uitis eorum, & palmes eorum Gomorra. Vua
um uua fellis, botrus amaritudinis ipsis. Et iterũ expro-
eos dicit: Populus stultus & non sapiens, hæc Domi-
ribuisti? Sed in Canticis canticorum eadem prænun-
atur, ubi etiam hortus in quo crucifixus est designatur,
ergo: Intraui in hortum meum, soror mea sponsa, & Cant.5.
demi. aui myrrham meam. Vbi euidenter uinum myrrha-
quo potatus est, declarauit. Spiritum post hæc scribitur
didisse, prænuntiatum fuerat & hoc per prophetam di-

centem ex persona filij ad patrem: In manus tuas commendo spiritum meum. Sepultus quoq; perhibetur, & lapis magnus positus ad ostium monumenti. Accipe etiã de hoc quid Thren.3. propheticus per Hieremiam sermo prædixerit: Mortificauerunt, inquit, in lacu uitam meam, & posuerunt lapidem super me. Euidẽtissima hæc sepulturæ eius indicia propheticis uocibus designata sunt, accipe tamen & alia: A conspectu, inquit, iniquitatis oblatus est iustus, et erit in pace locus eius. Et alibi: Et dabo malignos in sepultura eius. Item aliàs. Recubans dormiuit ut leo, & ut catulus leonis, quis suscitabit eum? Sed & quòd in infernum descendit, euidenter prænuntiatur in psalmis, ubi dicit: Et in puluerem mortis deduxisti me. Et iterum: Quæ utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Et iterum: Descendisti in limũ profundi, et non est substantia. Sed & Matthæus dicit: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Vnde & Petrus dixit: Quia Christus mortificatus carne, uiuificatus autẽ spiritu. In ipso ait: Et eis qui in carcere inclusi erant in diebus Noe: in quo etiam quid operis egerit in inferno, declaratur. Sed & ipse Dominus per prophetam dicit, tanquã de futuro: Quia non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem: quod rursus propheticè nihilominus ostendit impletum cum dicit: Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum. Sequitur post hæc: Tertia die resurrexit. Resurrectionis gloria in Christo omne quod infirmum & fragile uidebatur, absoluit. Si tibi paulò ante non uidebatur esse possibile usque ad mortem uenisse immortalem, assiue nunc quia qui deuicta morte resurrexisse dicitur, non potest esse mortalis, sed bonitatem in hoc intellige creatoris, quia eousque ille miserando descendit, usquequo in peccato deiectus es. Nec creatorem omnium de hoc impossibilitatis accuses, ut ibi putes opus eius caduco lapsu potuisse concludi, quò ille id reparaturus peruenire non posset, in- Psal.21.& 29.& 68. Matth.11. 1.Pet.3. Psal.15.

carnat & superna nobis dicuntur, qui certè corporis circumscriptione concluſi, intra præscriptæ nobis legis terminos continemur. Deo autem qui ubiq; est, & nusquã deest, quod infernum est, aut quod supernum, patet. Veruntamẽ in assumptione corporis etiam ista complentur. Resuscitatur caro quæ deposita erat in sepulcro, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam. Quia non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Redit ergo uictor à mortuis, inferni spolia trahens: eduxit enim eos qui tenebantur à mortis, sicut ipse prædixerat, ubi ait: Cum exaltatus fuero à terra, omnia ad me traham. Attestatur autem Euangelium de Ioan.12. sanctorum dormientium resurrexerunt, & apparuerunt multis, & ingressi sunt sanctam ciuitatem illam de qua Matth.27. Apostolus dicit: Quæ autem sursum est Hierusalem, libera est mater omnium uestrum. Sicut ad Hebræos dicit: Gal.4. Hebr.2. decebat enim propter quem omnia, & per quem omnia, multos filios in gloriam adducentem, autorẽ salutis eorum per passionem consummari. Igitur consummatam passionem carnem, atq; in eam protoplasti lapsum resurrectionis gloria reparatum, in dextera sedis Dei altissimi collocauit. Quale & Apostolus dicit: Qui simul consuscitauit nos, & fecit sedere in cœlestibus: hic enim erat figulus qui, Ephes.1. ut Hieremias docet propheta, Vas de manu sua collapsum & confractum, rursum elcuauit manibus suis, & reformauit sicut placuit in conspectu eius. Placuit autem ut corrumpi quod mortale & corruptibile susceperat, de sepulchri petra leuatum, & immortale atq; incorruptibile effectum, Hiere.18.

ctum, iam non in terrenis, sed in cœlestibus & in patris dextera collocaret. Plenæ sunt de his sacramentis scripturæ ueteris testamenti. Nullus super his propheta, nullus legislator, aut psalmographus siluit, sed omnis penè sacra de his loquitur pagina: & ideo superfluum uidetur immorari nos ad congreganda testimonia: pauca tamē & admodum parca ponemus, ad ipsos fontes diuinorum uoluminum remittentes eos qui potare abundantius cupiunt: dicit ergo sanctus in psalmis: Ego dormiui & somnum cepi, & resurrexi, quoniam Dominus suscepit me. Et iterum in alio loco: Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Et alibi, sicut iam superius diximus: Domine, eduxisti de inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum. Et in alio: Quoniam confortasti me, & de abysso terræ iterum reduxisti me. Euidentissimè autem in octogesimo et septimo psalmo de eo dicitur: Et factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Non dixit homo, sed sicut homo. Sicut homo enim erat, quia etiam descenderat in infernum: sed inter mortuos liber erat, quia à morte teneri non poterat. Et ideo in uno natura humanæ fragilitatis, in alio diuinæ maiestatis ostenditur. Osee autem propheta etiam de tertia die manifestè prænuntiat, hoc modo: Sanabit nos, inquit, post biduum: in die autem tertia resurgemus & uiuemus in conspectu eius. Hæc autem ex persona eorum dicit, qui cum ipso die tertia resurgentes, de morte reuocantur ad uitam: & ipsi sunt qui dicunt, die tertia resurgemus & uiuemus in conspectu eius. Esaias uerò apertè dicit: Qui educit de terra pastorem magnum ouium. Sed & mulieres quòd ipsum essent resurrectionem eius, scribis & pharisæis & populo non credentibus, etiam hoc prædixit Esaias his uerbis: Mulie-

Psal.3.

Osee 6.

Esa.40.

Esa.32.

mulieres quæ uenitis ab spectaculo uenite: non enim est populus habens intellectum. Sed & de illis quæ post resurrectionem perrexisse dicuntur & quæsisse eum, & non inuenisse: sicut Maria refertur uenisse ante lucem, & non inuento eo, flens dixisse ad angelos qui aderāt: Quia tulerunt Dominum, & nescio ubi posuerunt eum: etiam hoc dicitur in Canticis canticorum: In cubili meo quæsiui, & non inueni eum. De illis quoq; quæ inuenerunt eum, & tenuerunt pedes eius, prædicitur in Canticis canticorū: Tenebo eum, & non dimittam eum quem dilexerit anima mea. Hæc interim pauca de multis breuitati studentes posuimus, plura uero relinquentes. Ascendit in cœlos, sedet ad dexterā patris, inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos.) Consequentia breuitatis in fine sermonis hæc continent, in quibus diligi debeant quæ dicuntur. Nam ascendisse, & sedisse, & uenturum esse, si secundum dignitatem diuinitatis intelligas, quid per hoc humanæ fragilitatis uidebitur indicari: Condemnatis etenim his, quæ in terra gerebantur, & animabus de inferni captiuitate reuocatis, ascendere memoratur ad cœlos: sicut propheta prædixerat: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Illa collect dona, quæ Petrus in Actibus Apostolorum de spiritu sancto dicebat: Exaltatus ergo dextera dei, effudit hoc donum quod uos auditis & uidetis. Donum ergo spiritus sancti hominibus dedit: quia captiuitatem, quam prius diabolus per peccatum deduxerat in infernum, Christus per mortis suæ resurrectionem reuocauit ad cœlum. Ascendit ergo ad cœlos, non ubi uerbū Deus antè non fuerat: quippe qui erat semper in cœlis, & manebat in patre: sed ubi uerbum caro factum antè non sedebat. Deniq; quia nouus iste ingressus

Ioan.20.

Cant.5.

Ephes.4.

Act.2.

portarum cœli ædituis & principibus uidebatur, uidentes
naturam carnis cœlorum secreta penetrantem, dicunt ad in-
Psal.23. uicem, sicut Dauid plenus spiritu enuntiat: Tollite portas
principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & intro-
ibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis &
potens, Dominus potens in prælio. Quæ uox utiq; non
propter diuinitatis potentiam, sed propter nouitatem carnis
Psal.46. ascendentis ad dexteram Dei ferebatur. Dicit & alibi idem
Dauid: Ascendit Deus in iubilatione, Dominus in uoce tubæ.
In uoce enim tubæ moris uictorum est redire de prælio. De
Psal.17. ipso quoq; & aliâs dicitur: Qui ædificat in cœlo ascensum
suum. Etiam alibi: Qui ascendit super cherubim & uolauit,
uolauit super pennas uentorum. Sedere quoq; ad dexteram
patris, carnis assumptæ mysterium est: neq; enim incorpo-
reæ illi naturæ conuenienter ista absq; assumptione carnis
adduntur: neq; sedis cœlestis perfectum diuina natura, sed
humana conquirit. Vnde & dicitur de eo: Parata sedes tua
Psal.92. Domine ex tunc, à seculo tu es. Parata ergo à seculo sedes
est, in qua sessurus erat is, in cuius nomine omne genu flecti-
tur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Et omnis lingua
confitebitur ei, quia Dominus Iesus Christus in gloria Dei
Psal.109. patris est: de quo & Dauid ita refert: Dixit Dominus do-
mino meo, sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos sca-
bellum pedum tuorũ. Quæ tamen dicta Dominus in Euan-
Matth.22. gelio disserens dicebat ad pharisæos: Si ergo Dauid in spiri-
tu Dominum uocat, quomodo filius eius est? Per quod osten-
dit secundum spiritum Dominum, secundum carnem filium
Matth.26. esse Dauid. Vnde & ipse Dominus iterũ dicit: Veruntamen
dico uobis, amodo uidebitis filiũ hominis sedentem à dextris
1.Pet.3. filij Dei. Et Petrus Apostolus dicit de Christo: Qui est
Ephes.3. in dextera Dei, sedens in cœlis. Sed & Paulus ad Ephesios
scribens:

scribens: Secundum operationem, inquit, potentiæ uir-
tutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans eum à
mortuis, & sedere faciens in dextera sua. Quòd autem ue-
niat iudicaturus uiuos & mortuos, multis quidem diuina-
rum scripturarum testimonijs edocetur: sed priusquàm
propheticis hæc eloquijs prædicta doceamus, illud necessa-
rio arbitror admonendum, quòd ista fidei traditio quotidie
nos uult de aduentu iudicis esse solicitos, ut actus nostros
ita præparemus, uelut reddituri imminenti iudici rationem.
Hoc enim erat quod & propheta dicebat de uiro beato: Psal.111.
quia disponet sermones suos in iudicio. Quid autem dici-
tur iudicare uiuos & mortuos, nisi quòd alij uiui, alij
mortui ad iudicium ueniant? sed animæ simul iudicabun-
tur & corpora, in quibus uiuos animas, corpora mortuos
nominauit. Sicut & ipse Dominus in Euangelio dicit: No- Matth.10.
lite timere eos qui corpus possunt occidere, animæ autem
nihil facere possunt: sed timete potius eum qui potest ani-
mam & corpus perdere in gehenna. Nunc iam paucis, si
uidetur, etiam per prophetas hæc prædicta esse doceamus.
Plura autem testimonia cum uolueris, ipse tibi de scriptu-
rarum latitudine congregabis: dicit ergo Malachias pro-
pheta: Ecce uenit Dominus omnipotens, & quis sustine-
bit diem aduentus eius, aut quis sustinebit aspectum eius?
quia ipse ingreditur sicut ignis conflatoris, & sicut spu-
ma lauantium: & sedebit conflans eos, & purgans sicut
argentum & sicut aurum. Vt autem euidentius agnoscas
quis sit Dominus de quo hæc dicuntur, audi quid & Da-
niel propheta prænuntiat: Videbam, inquit, in uisu, &
ecce in nubibus cœli quasi filius hominis ueniens, & usq; ad
uetustum dierum perueniet, & in conspectu eius oblatus
est: & ipsi datus est principatus, & honor, & regnum: &

omnis populus, tribus, & linguæ ipsi seruiunt, & potestas eius potestas æterna, quæ nō peribit: & regnū eius non corrūpetur. Ex his ergo edocemur, non solū de aduentu & iudicio, sed de potestate eius & regno, quia potestas eius aeterna sit, & sine corruptionis fine sit regnum: sicut in Euangelio dicitur: Regni eius non erit finis. Vnde ualde alienus a fide est, qui regnum Christi dicit aliquando finiendum. Sire tamen debemus quòd salutarem hunc Christi aduentum conabitur inimicus ad decipiendum fideles quosq; callida fraude simulare, & pro filio hominis qui expectatur uenturus in maiestate patris sui, filium perditionis in prodigijs & signis mendacibus præparare, ut pro Christo mundo huic introducat Antichristum. De quo & ipse Dominus in Euangelijs prædixit Iudæis: Quia ego ueni in nomine patris mei, & non recepistis me: alius ueniet in nomine suo, & ipsum recipietis. Et iterum dicit: Cum uidebitis abominationē desolationis in loco sancto, sicut dicit Daniel propheta: Qui legit, intelligat. Daniel ergo de aduētu erroris ipsius plenius & latius in suis uisionibus edocet: ex quibus ualde operosum est exempla nunc ponere, quia satis amplis narrationibus dilatantur. Et ideo scire de his plenius delectantem ad ipsas magnas recensendas remittimus uisiones. Sed & Apostolus de eo dicit: Ne quis uos seducat ullo modo, quoniā nisi discessio uenerit primū, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollit se super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostēdens se tanquàm sit Deus. Et paulò post: Et tunc reuelabitur, inquit, inimicus quē Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & euacuabit illuminatione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum opera Satanæ in omni uirtute, signis & prodigijs mendacibus. Et iterum paulò

Luc.1. Dan.9. Colos.2. Ephes.5. 1.Ioan.3.

paulò post: Et ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati. Propterea ergo propheticis & Euangelicis atque apostolicis uocibus obis prænuntiatur hic error, ne quis pro aduentu Christi aduentum credat Antichristi. Sed & ipse Dominus dixit: Cum dixerint uobis ecce hic Christus, aut ecce illic, nolite credere: uenient enim multi pseudochristi & pseudoprophetæ, et seducēt multos. Sed quomodo demonstrabitur iudicium ueri Christi, uideamus: Sicut fulgur, inquit, de Oriente resplendet usque ad occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Cum enim aduenerit uerus Dominus noster Christus sedebit, & iudicium statuet: sicut Euāgelium dicit: Et segregabit oues ab hœdis, & iustos ab iniustis. Similiter & Apostolus scribit: Quia omnes nos stare oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria operis sui prout gessit, siue bona, siue mala: iudicabimur autem non solum pro gestis, sed & pro cogitatis: secundum quod ipse Apostolus dicit: Inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die quo iudicabit Deus occulta hominum: sed de his ista sufficiant. Post hoc ponimus paulò latius de Christo sunt tradita, ad incarnationis uel passionis eius mysterium pertinent. Quæ dum media succedunt personæ ipsius coaptata, sancti spiritus commemorationem paulò longius reddiderunt. Cæterum si solius trinitatis ratio habeatur eo modo quo in principio dicitur: Credo in Deo patre omnipotente, & post hæc: In Iesū Christo filio eius unico, Domino nostro: ita iungitur, Et in spiritu sancto. Illa uerò omnia quæ de Christo memorantur ad dispensationem carnis, ut diximus, pertinent: igitur sancti spiritus memoratione adimpletur

Matth.13. Luc.17. Matth.25. Rom.14. 2.Cor.5.

mysterium trinitatis. Sicut enim dicitur pater, & alius non
est pater: unus dicitur & unigenitus filius, & alius unigeni-
tus non est: ita & spiritus sanctus unus est, & alius non po-
test esse spiritus sanctus. Vt ergo fiat distinctio personarum,
affectionis uocabula secernuntur, quibus ille pater intellig-
tur, ex quo omnia, & ipse non habeat patrem: filius uero
tanquam qui ex patre natus sit, & spiritus sanctus tanquam
de Dei ore procedens & cuncta sanctificans. Vt autem una
eademq; in trinitate diuinitas doceatur, sicut dictum est: in
Deo patre credi adiecta præpositione: ita & in Christo fi-
lio eius, ita & in spiritu sancto memoratur. Sed ut manifes-
tius fiat quod dicimus, ex consequentibus approbabitur.
Sequitur nanque post hunc sermonem: Sanctam eccle-
siam, remissionem peccatorum, huius carnis resurrectio-
nem.) Non dixit, in sanctam ecclesiam, nec in remissionem
peccatorum, nec in carnis resurrectionem. Si enim additis-
set in, præpositionem, una eademq; uis fuisset cum supe-
rioribus. Ne autem in illis quidem uocabulis, ubi de diuina
te fides ordinatur, in Deo patre dicitur & in Iesu Christo fi-
lio eius, & in spiritu sancto: in cæteris uerò ubi non de diui-
nitate, sed de creaturis ac mysterijs sermo est, in, præpositio
non additur, ut dicatur, in sanctam ecclesiam, sed sanctam
ecclesiam credendam esse, non ut in Deum, sed ut ecclesiam
Deo congregatam: & remissionem peccatorum creden-
dam esse, non in remissionem peccatorum: & resurrectio-
nem carnis, non in resurrectionem carnis. Hac itaque præ-
positionis syllaba creator à creaturis secernitur, & diuina
separantur ab humanis. Is ergo spiritus sanctus est, qui in ue-
teri testamento legem & prophetas, in nouo uerò Euange-
2. Tim. 3. lia & apostolos inspirauit. Vnde & Apostolus dicit: Oo-
mnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum,

Video quæ sunt noui ac ueteris instrumenti uolumina, quæ
secundum maiorum traditionem, per ipsum spiritum sanctũ
inspirata creduntur, & ecclesijs Christi tradita, competens
dicetur in hoc loco eu denti numero, sicut ex patrum monu-
mentis accepimus, designare: itaq; ueteris instrumenti primo
uolumen Moysi quinq; libri sunt traditi, Genesis, Exodus,
Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: post hoc Iesu Naue, Iu
dicum simul cum Ruth: quatuor post hæc Regũ libri, quos
Hebræi duos numerant, Paralipomenon, qui dierum dicitur
liber: & Esdræ libri duo, qui apud illos singuli computan-
tur, & Hester: prophetarum uerò Esaias, Hieremias, Eze-
chiel, Daniel: præterea duodecim prophetarum liber unus:
nam quoq; & Psalmi Dauid singuli sunt libri: Salomonis ue
ro tres ecclesijs traditi, Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica can
ticorum. In his concluserunt librorum numerum uete-
ris testamenti. Noui uerò, quatuor Euangelia, Matthæi,
Marci, Lucæ, Ioannis: Actus Apostolorum, quos descripsit
Lucas: Pauli apostoli epistolas quatuordecim: Petri apo-
stoli epistolas duas: Iacobi fratris Domini & apostoli unam:
Iudæ unam: Ioannis tres: Apocalypsin Ioannis. Hæc
sunt quæ patres intra canonem concluserunt, ex quibus fi-
dei nostræ assertiones constare uoluerunt. Sciendum tamen
quòd & alij libri sunt, qui non canonici, sed ecclesiastici
à maioribus appellati sunt: ut est Sapientia Salomonis, &
alia Sapientia quæ dicitur filij Sirach, qui liber apud Lati-
nos hoc ipso generali uocabulo Ecclesiasticus appella-
tur: quo uocabulo non autor libelli, sed scripturæ qua-
litas cognominata est. Eiusdem ordinis est libellus Tobiæ
& Iudith & Machabæorum libri. In nouo uerò te- Libellus pasto-
stamento libellus qui dicitur Pastoris siue Hermatis, ris.
qui appellatur duæ uiæ, uel iudicium secundum Petrum:

quæ

quæ omnia legi quidem in ecclesijs uoluerunt, non tamen
proferri ad autoritatem ex his fidei confirmandam. Cæte-
ras uerò scripturas apocryphas nominarunt, quas in eccle-
sijs legi noluerunt. Hæc nobis à patribus, ut dixi, tradita
opportunum uisum est hoc in loco designare ad instru-
ctionem eorum qui prima fidei elementa suscipiunt, ut sci-
ant ex quibus sibi fontibus uerbi Dei haurienda sint po-
cula. Tenet deinde traditio fidei sanctam ecclesiam.
Causam iam superius diximus, cur non dixerit etiam in
sanctam ecclesiam, sed sanctam ecclesiam. Hi ergo qui
suprà in uno Deo credere docti sunt sub mysterio trinitatis,
credere etiam hoc debent, unam esse ecclesiam sanctam, in
qua una est fides, & unum baptisma, in quo unus Deus cre-
ditur pater, & unus Dominus Iesus Christus filius eius, &
unus spiritus sanctus. Ista est ergo sancta ecclesia non habẽs
maculam ac rugam. Multi enim & alij ecclesias congrega-
runt, ut Marcion, & Valentinus, ut Hebion, ut Manichæus,
ut Arius & cæteri omnes hæretici. Sed illæ ecclesiæ non
Psal. 25. sunt sine macula aut ruga perfidiæ. Et ideo dicebat de illis
propheta: Odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs
non sedebo. De hac autem ecclesia quæ fidem Christi inte-
Cant. 6. gram seruat, audi quid dicit spiritus sanctus in Canticis can-
ticorum: Vna est columba mea, una est perfecta genitricis
suæ. Qui ergo hanc fidem in ecclesia susceperit, non declinet
in cõcilio uanitatis, & cum iniqua gerentibus non introeat.
Concilium nanque uanitatis est, quod ait Marcion, qui
negat patrem Christi Deum esse creatorem, qui per filium
suum fecerit mundum. Concilium uanitatis quod Hebion do-
cet, ita Christo credi debere, ut et circũcisio carnis, & obser-
uatio sabbati, & sacrificiorum solennitas, cæteræq; omnes
obseruationes secundum literam legis teneantur. Concilium
est

uanitatis quod Manichæus docet. Primum, quòd se para-
tum nominauit: tum deinde quòd mundum à malo factum
it: Deum creatorem negat: testamentum uetus repudi-
unam bonam, aliam malam naturam sibi inuicem ad-
antes asserit: coæternas Deo animas hominum secundũ
hagoricos in pecudes & animalia & bestias redire per
ersos nascendi circulos adstruit: resurrectionem carnis
ræ negat: passionem Domini & natiuitatem non in ue-
e carnis, sed in phantasijs fuisse confirmat. Concilium
itatis est quod Paulus Samosatenus, & pòst eius succes-
Fotinus, qui asserit Christum non fuisse ante secula na-
ex patre, sed ex Maria cœpisse: & non eum Deum ho
em natum, sed ex homine Deum existimat factum. Con-
um uanitatis est quod Arius atq; Eunomius docuit, qui
m Dei non ex ipsa patris substantia natum, sed ex nihilo
atum uolunt, & filium Dei habere initium, & minorem
patre: sed & spiritum sanctum nõ solum minorem esse,
& mittendarium asserunt. Concilium uanitatis est &
illi aiunt, qui filium quidem de substantia patris faten-
sanctum uerò spiritum separant & secernunt, cum uti
unam eademq; uirtutem & diuinitatem ostenderit tri-
tis saluator in Euangelio, cum dicit: Baptizate gentes in Matth. 28.
ine patris & filij & spiritus sancti. Et est aperte im-
m separari ab homine quod diuinitus iungitur. Conci-
uanitatis est & hoc, quod olim congregauit pertinax
praua contentio, asserens quidem Christum carnem hu
am suscepisse, non tamen animam rationalem: cum uti-
e & carni & animæ & sensui, & menti una eademq;
is à Christo collata sit. Sed & illud concilium uanitatis
, quod Donatus per Aphricam traditionis ecclesiam
minando contraxit: & quod Nouatus solicitauit, lapsis
pœnitent

pœnitentiam denegando, & secundas nuptias non iniri: eas
etiam, si necessitas exigit, condemnando. Has omnes ergo ue
llut congregationes malignantium fuge, sed & eos, si qui il-
li sunt, qui dicuntur asserere, quòd filius Dei non ita uideat,
uel nouerit patrem, sicut ipse noscitur, & uidetur à patre:
uel regnum Christi esse finiendum: uel carnis resurrectionē
non integra naturæ suæ substantia reparādam: futurum Dei
iustum erga omnes negare iudicium: diabolum debita ab-
soluere damnatione pœnarum. Ab his, inquam, omnibus
fidelis declinet auditus: sanctam uerò ecclesiam teneat,
quæ Deum patrem omnipotentem, & unigenitum filium
eius Iesum Christum Dominum nostrum, & spiritum
sanctum concordi & consona substantiæ ratione profite-
tur, filiumq; Dei natum ex uirgine, & passum pro salute
humana, & resurrexisse à mortuis in eadem carne qua
natus est, credit, eundemq; uenturum iudicem omnium
speret, in qua & remissio peccatorum, & carnis resurre-
ctio prædicatur. Verum de remissione peccatorum sufficere
deberet sola credulitas. Quis enim causas aut rationem re-
quirat, ubi indulgentia principalis est? Et tamen cum ter-
reni regis liberalitas discussioni non sit obnoxia, ab huma-
na temeritate discutitur diuina largitio. Solent enim cum
irrisione dicere aduersum nos pagani, quòd ipsi nos deci-
piamus qui putamus crimina quæ opere commissa sunt, uer
bis posse purgari, & aiunt: Nunquid potest qui homici-
dium commisit, homicida non esse: aut adulter non uideri,
qui adulterium perpetrauit? Quomodo huiuscemodi crimi-
num reus, sanctus uobis effici uidetur & purus? Sed ad
hæc, ut dixi, melius fide, quàm ratione respondeo. Rex enim
est omnium qui promisit, terræ cœliq; Dominus est qui
hæc pollicetur. Vis ut ei, qui me hominem ex terra fecit,
non

credam quòd ex criminoso me faciat innocentem: &
me cum essem cæcus fecit uidere, uel cum essem surdus
dire me fecit, qui mihi claudo reddidit gressum, innocen-
mihi perditam non poterit reparare? Et tamen uenia-
ad ipsius naturæ testimonium. Occidere hominem non
per criminosum est: sed malitia, non legibus occidere cri-
nosum est. Non ergo factum me in talibus, quia interdum
recte fit, sed animus male consulens damnat. Si ergo ani
in me, qui criminosus effectus est, & in quo origo fuit
, corrigatur, cur tibi non uidear posse innocens effici,
prius fueram criminosus? Si enim, ut suprà ostendi-
, constat quòd non in facto, sed in uoluntate sit crimen:
mala uoluntas autore malo dæmone peccato me
morti fecit obnoxium: ita bona uoluntas mutata au-
bono Deo, innocentiæ me reddit & uitæ. Similis causa
cæteris criminibus. Et hoc modo fides nostra non in-
tur naturalibus rationibus aduersari, dum remissio pec
orum non gestis quæ mutari non possunt, sed animo quē
malo in bonum uerti posse certum deputatur. Sed ulti-
iste sermo, qui resurrectionem prænuntiat, summam
ius perfectionis succincta breuitate concludit. Quamuis
m de hoc non solum à gentilibus, sed etiam ab hæreticis
impugnetur ecclesiæ. Nam Valentinus resurrectionem
omni modo negat, & Manichæus, sicut superius o-
dimus. Sed & isti, qui Esaiam prophetam dicentē qui-
, Resurgent mortui, & suscitabuntur qui in monumen
sunt, audire noluerunt, nec Danielem sapientissimum o-
prophetantem: quia tunc resurgēt qui sunt in terræ
uere, hi quidem in uitam æternam, hi autem in oppro-
& confusionem æternam. Inde uel in Euangelijs
recipere uidentur, discere debuerunt à Domino saluato
re

re nostro Sadducæos docente dictum: Quòd autem resur-
gant mortui non legistis quomodo dicit Moyses in rubo:
Exod.3. Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Iacob: Deus autem nõ
est mortuorum. In quo etiam quæ sit & quanta resurrectio
Matth.22. nis gloria in superioribus memorauit, cum dixit: In resurre-
Luc.20. ctione autem mortuorum neque nubent neque nubentur,
sed erunt sicut angeli Dei. Resurrectionis ergo uirtus an-
gelicum hominibus confert statum, ut qui de terra resurre-
xerunt, non iterum in terra cum pedibus, sed in cœlo cum
angelis uiuant: quos tamen ad hoc ratio uitæ prioris admi-
serit, illos scilicet, qui iam non carni seruiunt, sed animæ
suæ, carnem castis pudicitiæ frænis in obedientia sancti spi-
ritus subiugauerunt, & omni eam uitiorum labe tenuatam,
& ad spiritualem gloriam sanctificationis uirtute muta-
tam, angelorum quoque meruerint consortijs misceri. Sed
infideles reclamant, & dicunt: Quomodo potest caro quæ
putrefacta dissoluitur, aut in puluerem uertitur, maris etiam
quæ interdum profundo soluitur, fluctibusq; dispergitur,
recolligi rursum & reintegrari in unum, & corpus ex ea
hominis reparari? Ad quos primam interim responsio-
nem sermonibus Pauli faciamus, dicentes eis, Insipiens tu,
quod seminas non uiuificabitur nisi prius moriatur. Et quod
seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum
granum tritici, aut alicuius cæterorum seminum: Deus au-
tem dat illi corpus prout uult. Quod ergo in seminibus quæ
tu in terram iacis, per annos singulos fieri uides, hoc in
tua carne, quæ Dei lege seminatur in terra, futurum
esse non credis? Cur, quæso te, nunc angustus & inua-
lidus diuinæ potentiæ existimator es, ut dispersum uni-
uscuiusque carnis puluerem in suam rationem colligi &
reparari posse non censeas, cum uideas quòd etiam mortale
ingeni

genium demersas in profundum terræ metallorum uenas
natur, & artificis oculus aurum uidet, in quo imperitus
ram putet? Nec tantum quidem concedimus ei qui fecit
minem, quantum homo qui ab ipso factus est, assequi po-
Et cum auri esse propriam uenam, & argenti aliam,
quoq; longe disparẽ, ferri quoq; & plumbi diuersas in
species terræ latere, mortale deprehẽdat ingeniũ: diui
uirtus inuenire posse ac discernere nõ putabitur uniuscu
carnis proprium sensum, etiam si uideatur esse disper-
Sed adhuc tentemus animas quæ deficiunt in fide, natu-
bus rationibus adiuuare. Si quis diuersa semina in unum
misceat, & hæc indiscreta seminet, uel paßim spargat in
ram, non ne uniuscuiusq; seminis quocunq; loco fuerit sa-
competenti tempore secundum naturæ suæ speciem ger-
producit, & culmũ suæ formæ suiq; corporis reparat?
ergo & uniuscuiusq; carnis substantia quamuis uarie &
se dispersa sit, ratio tamen ipsa quæ inest unicuiq; carni,
mortalis est. Tempore quo seminatis in terram corpori-
primũ uerbum Dei uoluntate cum arriserit, collectum
terra, & attractum substantiæ suæ sensum reddit ac re-
at in illa specie quam mors aliquando dissoluerat. Et ita
unicuiq; animæ non confusum, aut extraneum corpus,
suum quod habuerat reparetur: ut consequenter poßit
agonibus præsentis uitæ cum anima sua caro uel pudica
ari, uel impudica puniri. Et ideo satis cauta & proui-
adiectione symboli ecclesia nostra docet, quæ in eo quod
teris traditur, carnis resurrectionẽ, uno addito prono-
tradit, huius carnis resurrectionem. Huius sine dubio
is qui profitetur signaculo crucis fronti imposito con
quo sciat unusquisq; fidelium carnem suam si mundam
uerit à peccato, futuram uas esse honoris utile domino

ad omne opus bonum paratum: si uerò contaminatis fuerit
in peccatis, futura ipsa resurrectionis gloria, & de repromissionum magnitu-
dine, si quis plenius scire desiderat, omnibus pene diuinis
uoluminibus inueniet indicari, ex quibus nos commonitio-
nis tantummodo gratia pauca in præsenti loco memorantes,
finem iniuncti à te opusculi faciemus. Igitur Apostolus Pau-
lus quòd resurgent mortui, talibus asserit argumentis, dicens:

1. Cor. 15. Quòd si resurrectio mortuorum non est, ergò nec Christus
resurrexit. Si autem Christus nõ resurrexit, inanis est prædi-
catio nostra, uacua est & fides nostra. Et paulò post:
Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dor-
mientium. Quoniam quidem per hominem mors, & per
hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam o-
mnes moriuntur, ita in Christo omnes uiuificantur: unus-
quisq; autem in suo ordine, initium Christus, deinde hi qui
sunt Christi in aduentu eius, deinde finis. Et in consequenti-

Ibidem. bus addit etiam hæc: Ecce mysterium uobis dico: Omnes
quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In mo-
mento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba,
& mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Sed

1. Thess. 4. & ad Thessalonicenses nihilominus scribens dicit: Nolu-
mus uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contri-
stemini sicut & cæteri qui spem non habent. Nam & si
credimus quia IESVS mortuus est & resurrexit, ita Deus
eos qui dormierunt per IESVM adducet cum illo. Hoc
enim uobis dicimus in uerbo Domini: quia nos qui uiuimus,
qui relicti sumus in aduentu Domini, non præuenimus eos
qui dormierunt: Quoniam ipse Dominus in iussu, in uoce
Archangeli, in tuba Dei descendet de cælo, & mortui qui
in Christo sunt, resurgent primi: deinde nos qui uiuimus, qui

relicti sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus ob-
cum Christo in aëra, & ita semper cum domino erimus.
rum ne existimes hæc Pauli solius prædicatione nouella
ri: audi quid etiam Ezechiel propheta olim per spiri-
tum præloquutus sit: Ecce, inquit, ego aperiam sepulcra Ezech. 37.
ra, & educam uos de sepulcris uestris. Iob quoq; my-
lia redundans totus eloquijs, audi quàm euidenter resur-
tionem prædicet mortuorum. Est, inquit, arboris spes: si
absciss a fuerit, iteram pullulabit, & uirgultum eius
quam deficit: quòd si senuerit, in terra erit radix eius.
dem in petra mortuus fuerit truncus eius, odore aquæ
rebit, & faciet frutiecm quasi nouellã. Vir uerò si
tuus fuerit, abijt: & mortalis si ceciderit, ultrà iam non
. Non tibi uidetur in his cum quodam pudore arguere
nes & dicere: Ita ne est stultum hominum genus, ut
uideant absciss arbori uitam* recipere, ipsi nec lignis *al's, redire
de aliquid de semetipsis, nec arboribus opinentur? Ve
rem scias quòd uclut interrogantis, quomodo legendum
quod dixit: Mortalis autem cum ceciderit, non resur-
de consequentibus probat. Subiungit nanq; statim: Si
rum mortuus fuerit homo, uiuet. Et paulò pòst dicit: Ex-
bo usquequo nunc haurit. Hæc quidem dicta sunt ad
probationem professionis nostræ, qua confitemur in
dolo huius carnis resurrectionem. Quod enim adiun-
est, huius, uide quàm consonum sit omnibus his, quæ
exemplis diuinorum uoluminum memorabamus. Quid
aliud indicatur in dictis Iob, quæ superius exposuimus,
dicit: Quia suscitauit pellem meam quæ hæc nunc
rit: id est, quæ ista tormenta perpetitur. Non ne aper-
huius carnis dicit resurrectionem futuram? Huius, in-
on, quæ tribulationum & tentationum cruciamenta

1.Cor.15. nunc sustinet. Sed & Apostolus cum dicit: Oportet enim
corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc
induere immortalitatem: nunquid non corpus suum quo-
dammodo contingentis, & digito palpantis est uox? Hoc
ergo quod nunc corruptibile corpus est, resurrectionis gra-
tia incorruptibile erit. Et nunc quod mortale est, immorta-
1.Thess.4 litatis uirtutibus induetur: ut sicut Christus resurrexit à
mortuis, iam non moritur, neq; mors ei ultrà dominabi-
tur: ita qui & in Christo resurgunt, nec corruptionem
sentiant ultrà, nec mortem non natura carnis abiecta, sed de
conditione eius & qualitate mutata. Erit ergo corpus quod
resurget à mortuis, incorruptibile & immortale, non so-
lum iustorum, sed etiam peccatorum. Iustorum quidem,
ut semper poßint permanere cum Christo: peccatorum ue-
rò, ut absq; internecione sui debitas luant pœnas. Quòd au-
tem iusti semper cum Domino Christo permaneant iam &
in superioribus edocuimus, ubi ostendimus quia Apostolus
dicit: Deinde nos qui uiuimus, qui relicti sumus, simul rapie-
mur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra, & ita
semper cum domino erimus. Nec mora, sacrosancta sancto-
rum corpora in tantam gloriam resurrectionis mutabun-
tur, ut in occursum domini suspensa nubibus & aëre uectata
rapiantur: cum ipse Apostolus exponens quantum confe-
Philipp.3. rat Deus his qui diligunt eum, dicat: Qui transformabit
corpus humilitatis nostræ, conforme corporis filij clarita-
tis suæ. Nihil ergo absurdum est, si sanctorum corpora di-
cantur nubibus in aëra sustolli, cum ad formam corporis
Christi quod in dextera Dei sedet, dicantur esse reforman-
da. Sed hoc sanctus Apostolus uel de se, uel de cæteris sui
loci, uel meriti addit & dicit: Quia coëxcitauit nos cum
Christo, simulq; fecit sedere in cœlestibus. Vnde cum hæc &
horum

...orũ similia quàm plurima in repromißionibus habeat re-
...rrectio iustorum, non erit iam difficile credere etiam illa
...æ prophetæ prædixerunt: quòd iusti fulgebunt sicut sol, Sap.3.
...sicut splendor firmamẽti in regno Dei. Quid enim diffi- Matth.13.
...e uidebitur eos fulgorem Solis habituros, & syderum ac
...mamenti huius splendore decorandos: quibus uel uita &
...uersatio Angelorum Dei paratur in cœlis: uel confir-
...ndi dicuntur ad gloriam corporis Christi: ad quam glo-
...m saluatoris ore promissam, respiciens sanctus Apostolus
...: Quia seminatur corpus animale, surget corpus spiri- 1.Cor.15.
...le. Si enim uerũ est (sicut certe uerũ est) quòd iustos quos-
...& sanctos Angelorũ consortijs sociabit diuina digna-
...certũ est quòd & corpora sanctorũ in spiritualis corpo-
...gloriã uertat. Nec hoc contra naturalem corporis ratio-
...uideatur esse promissum. Si enim secundũ ea quæ scri- Gen.2.
...sunt, quòd accipiens Deus limũ terræ plasmauit homi-
...credimus, & hoc est natura corporis nostri, ut uolun-
...Dei terra uerteretur in carnẽ: quid tibi aut absurdũ aut
...rariũ uidetur, si eisdem rationibus quibus lutũ profecis-
...dicitur in corpus animale, in corpus proficere spirituale
...datur? hæc quidẽ atq; his similia multa inuenies in scri-
...ris diuinis de resurrectione iustorũ. Dabitur & pecca-
...bus, ut suprà diximus, incorruptionis & immotalitatis
...resurrectione conditio: ut sicut iustis ministrat ad perpe-
...tem gloriæ, ita peccatoribus ad prolixitatem confusio-
...& pœnæ. Sic enim propheticum definit eloquium, cu-
...& paulò antè meminimus, ubi dicit: Et multi resurgent
...terræ puluere: hi quidem in uitam æternam, hi autem in
...fusionem & opprobrium æternum. Si ergo intellexi-
...qua ueneratione Deus omnipotẽs pater dicatur, quòue
...ramento Dominus noster IESVS Christus unicus filius

eius habeatur, & qua perfectione sanctus spiritus eius nominetur, atq; sancta trinitas unum sit per substantiam, sed affectu personisq; discreta: quid etiam partus uirginis, quid uerbi in carne natiuitas, quid sacramentum crucis, quid utilitas diuini ad inferna descensus, quid resurrectionis gloria, & animarum de infernis reuocata captiuitas: quid etiam ascensus ad cœlum, & uenturi iudicis expectatio: sed & sanctæ ecclesiæ aduersum congregationes uanitatis, qualis haberi debeat agnitio, qui sacrorum uoluminum numerus, quæ ue hæreticorum uitanda conuenticula: atq; in peccatorum remissione qui ad diuinam libertatem in ea quæ ratio naturalis obsistat: & ut carnis nostræ resurrectionem non solum diuinæ uocis, sed ipsius domini & saluatoris exemplum & consequentia naturalis rationis assignet, si inquam hæc secundum traditionis suprà expositæ regulam consequenter aduertimus, deprecemur ut nobis & omnibus qui hæc audiunt, concedat dominus fide quam suscepimus custodita cursu consummato expectare repositam coronam iustitiæ, & inueniri inter eos qui resurgunt in uitam æternam, liberari uerò à confusione & opprobrio sempiterno: per Christum Dominum nostrum, per quem est Deo patri omnipotenti cum sancto spiritu gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

DE SINGVLARITATE CLERICORVM LIBELLVS.

In quo docetur, à Domino fuisse reuelatum, ne sacerdotes cum fœminis commune haberent contubernium. Sed ne uelut somniatorem irrideat quisquam, quod per reuelationem Domi-

Dominum iussisse acceperat, per scripturarum sacra testimonia antè iussum fuisse ostendit.

CAPVT VNICVM.

PROMISERAM quidem uobis ante tempus epistolam filij charissimi, quæ omnium morum instituta de lege commendans, summatim omnia etiam contineret, quæcunq; uniuersis clericis generaliter ad tangendam regulam competunt disciplinæ. Sed quia nunc de fœminarum commoratione uulgariter inter uos quidam ignominiosè deuoluti sunt, etiam de hac re specialiter uobis domini correptionem scribere cōpulsus sum: qui miserūme pro uestra negligentia cum seueritate conueniens, mandare præcepit, ne clerici cum fœminis commorētur. Et licet hæc admonitio sola literarum mearum autoritate sufficeret: tamen ne me somniatorem irrideat quisquam, sicut Ioseph fratres irriserunt, scripturarum addimus firmitatem, ut omnes sciant hoc etiam modo per reuelationem dominum iubere, quod literis cognoscitur antè iussisse: nec nos esse adulterantes uerbum domini, aut uolentes iactanter de reuelationibus gloriari, sed sic ante conspectum domini referendo non mentiri quod loquimur: sicut à domino confidimus nos non audisse mendacium, præsumentes uocem Apostoli Pauli protestantis: Non enim sumus, inquit, sicut plurimi adulterantes uerbum Dei, sed ex synceritate sicut ex Deo coram ipso in Christo loquimur. In dolore itaq; maximo constituti de quibusdam putrefactis membris corporis nostri, & in gemitu iacturam lamentantis ecclesiæ, quæ per segnitiē nostrā redigitur per dies singulos ad nimiam paucitatem, credimus nos ex parte aliqua subleuari, quòd diligentiæ nostræ negligentia quorundā obesse non possit, quibus nunquàm nostræ

Gen. 37.

2. Cor. 4.

literæ defuerunt, quæ per absentiã nostram frequentiam o-
mnibus pensauerũt dissimulationis suæ: ut unusquisq; contẽ-
ptor reum semetipsum cõscribat, nos autẽ libera fronte con
temptoribus exclamemus, quod Salomon confidenter ex-
Prouerb. 1. probrat: Quoniã quidem uocabã, inquit, & nõ obaudieba-
tis: & extendebã uerba mea, & non intendebatis: sed irrita
faciebatis mea consilia, meis autem increpationibus non in-
tẽdebatis. Itaq; & ego uestræ perditioni superridebo. Gra-
tulabor ergo aduersum uos, cum aduenerit uobis interitus,
cum aduenerit uobis subitò tumultus: euersio autẽ simul &
procellæ, & cum aduenerit uobis pressura & expugnatio.
Erit enim cum me inuocaueritis, ego autẽ non exaudiã uos.
Quærent me mali, & non inuenient: oderunt enim sapien-
tiam. Verbum autẽ domini non assumpserunt, neq; nolue-
runt meis consilijs intendere. Spreuerunt enim meas corre-
ptiones. Ideoq; edent uiæ suæ fructus, & sua impietate sa-
tiabuntur. Ad uos nunc mea exhortatio cõuertitur, quos no
lumus experiri talia præcipitia ruinarũ: metuite quantũ po
testis eiusmodi casus exitia. Et in ista subuersione labentiũ
uos experimẽta perterreant. Nimium præceps est qui trans
ire contendit, ubi aliũ conspexerit cecidisse: & uehementer
infrænis est, cui nõ incutitur timor alio pereũte. Amator ue
rò est salutis suæ, qui euitat alienæ mortis incursum. Et ipse
est prouidus, qui solicitus fit cladibus cæterorũ: sicut Salomõ
Astutus alieno periculo eruditur. approbat, dicẽs: Astutus uidens malũ puniri, uehemẽter eru
dietur. Et iterũ: Cadẽtibus impijs iusti uehemẽter terrebun-
tur. Aduersa est cõfidentia, quæ periculis uitã suã pro cer-
to cõmendat. Et lubrica spes est, quæ inter fomenta pecca-
ti saluari se sperat. Incerta uictoria est, inter hostilia arma
pugnare. Et impossibilis liberatio est, flammis circundari,
Prouerb. 6. nec ardere: quod Salomon non negat, dicens: Quis alligabit in sinu

in sinu suo ignem, uestimenta autem sua comburet? Aut quis
ambulabit super carbones ignis, pedes uerò non comburet?
Sic qui introierit ad uxorem proximi sui, non erit immunis:
neque omnis qui tangit eam. Credite quæso uos, credite di-
uinæ fidei, quinimò plus quàm nostræ: quia omne quicquid
pollicetur non potest fallere, dicente Domino: Facilius est, Luc. 16.
inquit, cœlum & terram præterire, quàm de lege unum
apicem cadere. Et iterum: Cœlum & terra transibunt,
uerba autem mea non præteribunt. Ipsi ergo nos fallimus, Matth. 24.
quoties inordinaliter credimus, æstimantes per fidem no-
stram legis præcepta mutari: ut inter masculos & fœmi-
nas speremus passim castitatem immobilem custodiri. Dis-
simile quis uenenum bibet, & uiuet. Verendum est dormi-
enti in ripa ne cadat, cum dicat Apostolus: Qui se putat sta- 1. Cor. 10.
re, uideat ne cadat. In hac parte expedit plus bene timere,
quàm male fidere. Et utilius est infirmum se homo cogna-
scat, ut fortis existat: quàm fortis uideri uelit, & infirmus
emergat. De qua re præsumptores obiurgat Apostolus, di-
cens: Si quis putat se aliquid esse, cum nihil sit, seipsum Galat. 6.
implanat. Pro certo implanator proprius suam animam deci
pit, qui non cauendo contraria noxijs rebus semet ipse com
miserit. Ille autem tutius sibi consulit, qui circa malos sem
per infidus species quascunque noxias extimescit: quorum
distantiam Salomon disseruit, dicens: Sapiens timendo de- Prouerb. 14.
clinabit ab omni malo: insipiens autem confidens sui mi-
scetur iniquo. Magnum sapientiæ diuinæ consilium in-
uentum est, ubi timoris auxilio liberemur. Magna con-
pendia prouidentiæ, ut aliquando fiat uirtus & uicto-
ria per timorem. Magna remedia Dominus contulit ad sa-
lutem, ut habeat & timidus laudem: sicut Salomon repetit,
dicens: Beatus uir qui ueretur omnia per metum. Inæstima- Eccl. 25.

bilis Domini misericordia, quæ undique homini suo contu-
lit gloriam: & incomprehensibilis pietas, quæ scilicet pu-
gnas dedit & palmas: ut confitendo masculorum sæuitiam
superemus, & timendo fœminarum blandimenta uincamus,
dummodo & de uirtute & de infirmitate super nos Domi-
nus glorias operetur: ut in omnibus & per omnia omnipo-
tentem semet ipse testetur: diuidens differentias trium-
phorum, ut tam consilijs quàm uiribus à nobis bella uincan-
tur, ne si uicerimus solius fidei fortitudine contra Salomonem
uacua essent opera sapientiæ. Nunc igitur sapiẽtiæ arma ge-
standa, ubi fœminei & uirilis sexus certamẽ indicitur. Vnde
Salomõ sic instruit, dicẽs: Prudentiã, inquit, fac notam tibi, ut
te seruet à muliere aliena & pessima. Videte nunc pruden-
tiam in isto bello, non fidem nobis datam esse uictricem, quæ
nos timiditatis remedio liberasset: & contẽplamini quæ sunt
modò arma sumenda, si uultis habere legis auxilia. Estote ti-
midi, ut sitis intrepidi: & licet timor in certamine infirmitas
esse uideatur, tamen secundum uerbum Apostoli, uirtus in
infirmitate perficitur. Separamini de precor separamini à
contagione pestifera. Quantumcunque fuerit unusquisq; lon-
gius ab aduersis, tantum non sentit aduersa. Minus uoluptati-
bus stimulatur, qui non est ubi frequentia est uoluptatum. Et
minus auaritiæ molestias patitur, qui diuitias non uidet. Si
admittimus Apostolum dicentem: Qui uolunt, inquit, diui-
tes fieri, incidunt in tentationem & in muscipulas dia-
boli, & desideria multa & inutilia & noxia, quæ mer-
gunt hominem in perditionem & in interitum. Non
aliter tentationibus subiacet, qui iunctus est fœminæ: in
qua nihil est aliud nisi quod feriat proximantem. Acu-
leus peccati facta est forma fœminea: & mortis conditio
non aliunde surrexit, nisi de muliebri substantia. Quod
Salo

Sapientiæ arma sumenda.

Prouerb. 2.

2. Cor. 12.

1. Tim. 6.

Aculeus peccati forma mulieris.

Salomon ad nostram solicitudinem memorat, dicens: A' mu-
liere factum est initium peccati, & propter hanc omnes mo-
rimur. Inde mortales tenemur, nec teneri timemus. Quid si
non immortales essemus? Per mulierem liberauit nos equi-
dem Christus. Sed unde adhuc morimur formidare debemus.
Tunc liberatio ipsa constabit in fœmina, si à nobis mors re-
uocatur, quæ per fœminam uenerat. Cæterum si adhuc
per mulierem circa nos scandala dominantur, liberationis
Christi fecimus pro certo dispendium. Siquidem in futu-
ram spes ista libertatis manet, quam fidei nostræ Christum
credimus contulisse: ut tunc nobis omnino mulier non noce-
at, cum & ipsa mors fuerit euacuata. Nam si modo puta-
mus nos intentabiles esse muliebribus iaculis, quid ergo re-
cipiat cœlestibus regnis? Non immerito tales sensus Apostolus
increpat, dicens: Iam satiati estis, iam diuites facti estis: sine
nobis regnatis, & utinam regnetis. Tempus ergo luctami-
nis adhuc geritur, & mors per fœminam adhuc usque gras-
satur. Mentior si non uidemus exinde interitus plurimorum.
Quanti & quales episcopi & clerici simul & laici post
confessionum uictoriarumq; calcata certamina, post magna-
lia & signa uel mirabilia usquequaq; monstrata, noscuntur
cum his omnibus naufragasse, cum uolunt in naui fragili na-
uigare! Quantos leones domuit una infirmitas delicata,
quæ cum sit uilis & misera, de magnis efficit prædam!
Quod Salomon loquitur, dicens: Pretium meretricis tan-
tum est unius panis, mulier autem pretiosas animas capit.
Ante nos ista tractantur, & nullis terroribus coërcemur.
Quid faceremus si opinionibus tantummodo gestas histo-
rias audiremus? Sed hæc est semper incredulitas humanæ
deritiæ, ut non solum audiendo, sed etiam uidendo non
credat alteros interisse, nisi & seipsam uiderit interire:
nec so

Gen. 1.

1. Corinth. 4.

Prouerb. 6.

nec sociorum mortibus quatitur, dũ illos emeritos aut inua-
lidos opinatur. Se autem multum mereri, aut multum uale-
re fiducialiter putat, nesciẽs præberi cunctis exẽpla, cum fue-
rint quibusdam irrogata supplicia: sicut Dominus in Euan-
Luc.13. gelio proponit, & dicit: Putatis quòd hi Galilæi præ omni-
bus Galilæis fuerint peccatores, qui talia passi sunt? Non, di-
co uobis: nisi pœnitentiam habueritis, similiter perietis:
sicut illi supra quos cecidit turris in Siloê, & occidit eos.
Putatis quoniam & ipsi debitores fuerunt præ omnibus ho-
minibus habitantibus in Hierusalem? Non, dico uobis: si
Adam seductus ab Eua. non pœnitueritis, similiter perietis. Miramur si Adam per
Euam seductus est, quem nulla morientium exempla præ-
cesserant, nisi iussio una constrinxerat, cum modo nos nec
innumerabiles mortes, nec infinita iussa compescant? Qui-
bus conuenienter dicitur secundum increpationem Domini:
Si Adam uidisset mortes, quæ factæ sunt in uobis, olim in
cilicio & cinere pœnitentiam egisset. Dico autem uobis quo-
niam Adæ tolerabilius erit in die iudicij, quàm uobis. Longe
sit pestis ista & lues & clandestina pernicies. O quàm inor-
dinabilis fœminæ propinquitas iaculatur, cuius uicinia est
delictorum latrocinium! Non est in hac societate synceritas ap-
probabilis, quæ collisiones habet uelut quibusdam fluctibus
turbulentas. In hac familiaritate non habitat amica concor-
Mulier uiri adiutorium. dia: quoniam non nisi discordantes inimicitias creat. Fecit
equidem uiro Dominus mulierem adiutricem, sed serpentis
inuidia personam sumpsit hostilem. Quòd si illa de uiro suo
nata usque hodie ipsum cui iungitur tentat: quanto magis
illa quæ copulatur nulla lege coniuncta? Et si illi qui duo
sunt in carne una concreti tentationibus mutuis inuicem
punguntur, quid facient hi qui una carne nec nati, nec
iuncti sunt? præsertim quia nec iã Deum inuocare permitti-
tur,

r, qui charitate alterius auocatur: nec sinitur cogitare di-
na qui sibi quæsiuit, cui exhiberet domesticam curam. Pro
er quod sic Apostolus consulit, dicens: Volo uos sine so-
itudine esse. Qui sine uxore est, solicitus est quomodo pla- 1.Cor.7.
at Deo: qui autem habet uxorem, cogitat quæ sunt huius
undi, quomodo placeat uxori. Quid est nunc quod in hac
iunctione delectet, in qua sunt solæ pugnæ? Aut quæ
litas fauet, ubi non sunt officia coniugalia, quando nec ipsa
ssunt esse secura? Casuale est omne quod fœminæ est, &
pulatio eius semper infesta est. Fœdere suo magnas mole-
as præstat, & cui adhæserit contra fas, insanabilem inge-
plagam. De carbonibus scintillæ dissiliunt, de ferro rubi-
nutritur: morbos aspides sibilant, & mulier fundit con-
scentiæ pestilentiam: quam Salomon sic comparat,
ens: De uestimentis procedit tinea, & à muliere iniqui-
uiri. Volo scire quæ sit affectio ista communis, quæ Eccl.42.
orbi dissensio semper ambigua, quæ propositum suum nu-
tibus consilijs impugnando conturbat. Vt quid sibi ad-
uit mulierem, qui ducere contempsit uxorem? Omnis
non manducauerit carnem, ut quid habitationem suam
nis apparatibus replet? Et qui non biberit uinum, quid
oblectatione perfruitur? Quasi non aliquoties haben-
nec gustando copia esculentis animus pascitur, &
odoriferi sola fragrantia suscitatur sæpius animus: quid
hypocrisin uult ab hominibus abstinens dici, & in se-
to carnibus & ebrietate distendi? Habent multi diuitias
suis usibus negant, sed pro cupiditate conseruant: qui-
si nulla cupiditas inhæsisset, nec cupiditatis insignia
siderent. At uerò quia cupiditate possessi sunt, perfru-
tur animo quod usu non tangunt. Ita is qui dispexit uincu-
nuptiarum, & aliter uinculis fœmineis obligatur, quã-
uis

uis nullo concubitu misceatur, desiderio tamen, uisu, collo-
quio, coniũctione semper oblectatur. Nam si desiderium sœ-
minæ non haberet, nunquàm sœminam suis oblectamentis as-
sumeret. Imò uerò insuper mihi suspectum placitum dedit,
qui non legitimam duxit, & legitimam recusauit, nisi fallor
in publico argumentatus est hominibus promittere sanctita-
tem, & in oculto sine uxore non esse. Duo argumenta san-
ctitatis & libidinis hinc & inde miranda sunt, quæ utraq;
inuicem tegunt, & utraq; inuicem produnt. Ingeniosus cunu-
chus & mœchus inuidet sibi dum consulit, & dum quærit
utrunq;, neutrum facit, ut sanctus minime deputetur, qui nõ
uera coniunctione perfruatur: cum Paulus Apostolus dicat:
1.Corinth. 7. Alligatus es uxori? ne quæsieris solutionem. Solutus es ab
uxore? ne quæsieris uxorem. Sed cõsentio non esse castitatis
huius pudicitiam uiolatam. Suspiciosis tamen malam porri-
git famam, & pudicitiæ bonum frustra intrinsecus laborio-
so agone custodit, quod forinsecus efficit infamari, destruens
magisteriũ Pauli prouidentis pariter & monentis: Vt quid,
inquit, libertas mea iudicatur ab infideli conscientia? Si ergo
gratiæ participo, ut quid blasphemor pro eo quòd gra-
tias ago? Peius est quàm mœchari cõtinentiã ducere crimino-
sam, & infamem ferre sanctimoniã. Blasphemiam ingerit re-
ligioni, quam contulit: qui quod confitetur, non ante omnes
impleuerit, ne Christianitas credatur esse fallacia, & mœ-
chatio uideatur esse sanctitatis uelamento uestita. Propter
Matth. 5. quod Dominus in Euangelio sic præmonet, dicens: Sic luceat
lumen uestrum coram hominibus, ut uidentes opera uestra
bona magnificent patrem uestrum qui in cœlis est. Hoc se-
quitur & Paulus Apostolus, dicens: Non ergo blasphemetur
Rom. 14. tur bonum uestrum. Et iterum: Prouidentes bona non tan-
tum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Et alio loco:
Siue

ue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, 1.Cor.10.
omnia in gloriam Dei facite. Et estote sine scandalo Iudæis
& Græcis & ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omni-
bus placeo. Sed opponitur forsitan, quid est quod ipse ite-
rum dixerit? Si hominibus placere uellem Christi seruus nõ Obiectio.
essem. Nunquam se quæcunq; dicta legis excludunt, sed cer-
tæ locis responsa uniuersa defixa sunt. Illic placere homini-
bus non licet, ubi uoluntas hominum non capit Domini uo-
luntatem. Vbi uerò acceptant homines, quod ad gloriã pro-
ficit Dei, innotescere omnibus ipse Paulus Apostolus præce-
pit: Vnusquisq;, inquit, nostrum proximo suo placeat ad bo- Rom.15.
num ædificationem. Quale ergo præmium sanctitatis expe-
tit, qui non solum blasphemiam sanctitatis ab infidelibus
prouocat, sed etiam fidelibus perniciosum præbet exem-
plorum: infirmi sub prætextu dilectiõis subtiliter fornicẽtur,
& pudicus impudicissimæ castitatis præbeat magisteriũ, de-
struens quod Paulus Apostolus cominatur: Perijt, inquit, fra- 1.Cor.8.
ter infirmus in tua cõscientia, propter quem Christus passus
est? Sic autem peccantes in fratres & percutientes consci-
entiam eorum infirmam, in Christum peccatis: & quidem
non hoc iuuenibus tantum, sed & senibus congruit, fra-
tres imbecillitati consulere, ne senectus perire prouo-
cat iuuentutem, ex qua debent omnia salutaria docu-
menta procedere: sicut Eleazarus in libro Machabæorum 2. Macha. 6.
profitetur, & dicit: Præmitti malo in infernum quàm pa-
tiendo leges deserere: non enim ætatem nostram dignum est
fingere, ut multi adolescentium arbitrati Eleazarum nona- *Eleazari constantia.*
gentis annorum transisse ad uitam alienigenarum: & ipsi
propter meam simulationem, & propter modicum & cor-
ruptibile tempus uitæ per me seducantur: & odium ac ma-
lam senectuti meæ acquiram. Ille maluit uitam suam tor-
mentis

mentis obijcere, quàm cuiquam magister perditionis existe-
re: & nos ubi nulla tormenta sunt fluxibus solis nolumus sal-
uandos fratres anteponere: nec contenti sumus sine ullis cru-
ciatibus tam nobis prodesse, quàm cæteris, cum ille noluit ui-
uere moriturus: sicut inferius prosequutus est, dicēs: Quam-
obrem fortiter uita excedens, senectute dignus apparebo,
adolescentibus autem exemplum forte relinquam, ut prom-
pto animo ac fortiter pro grauibus & sanctis legibus hone-
stæ morti succedant. Cum hoc etiam laicos deceat, ne aut
extraneis occasionem blasphemādi, aut fraternitati oppor-
tunitatem fornicationis opponant, tum maxime clericos ue-
hementer necessitas ista constringat, quibus aut religio
blasphemata, aut fraternitas perdita pœnas duplices irroga-
bit. Nec inuenient in iudicio domini ullum omnino solatium,
qui alienigenis & fratribus peccandi fomitem ministrarunt.
Propter quod sic Paulus Apostolus Titum instruit, dicens:
Teipsum bonorum factorum præbens exemplum in doctri-
na, in integritate, in grauitate, in uerbo sano atq; irrepre-
hensibili: ut aduersarius reuereatur nihil habens de nobis di-
cere mali. Et iterum: Omnibus, inquit, fidem bonam ostende,
ut bonam doctrinam saluatoris Domini nostri præferant
1.Tim.4. in omnibus. Sic & ad Timotheum scribit: dicens: Forma esto
fidelibus in sermone, in conuersatione, in chraritate, in fide,
in castitate. Quod & Petrus Apostolus hortatur, dicens:
1.Pet.2. Conuersatio, inquit, uestra in gentibus bona sit, ut in eo
quod detrahunt de uobis tanquam de malefactoribus, de bo-
nis operibus uestris glorificent Deum. Et iterum: Quoniam
sic est, inquit, uoluntas Dei, ut benefacientes obmutesce-
re faciatis stultorum hominum ignorantiam. Nec quis-
quam sibi proponat & dicat, habere uolo quod uincam:
hoc est enim dicere, uiuere desidero sub ruina. Quis
tam

tam stultus, qui arctari cupiat ad laborem, cui offertur deli-
catus triumphus? neque enim duplex triumphus est sub sœ-
minæ præsentia probari uictorem, quàm est in singularita-
te seruare integram sponsionem sanctimoniæ. Et cum sit
unus titulus gloriarū, hoc loco unus fortis est, qui satis labo-
rat: & cum illo qui parum laborando uicerit, pariter mu-
neratur. Quid quòd ille qui minimo consummatus adscri-
bitur, qui se omni tempore fœmineis affectibus ostentat ab-
stinuit? Quia eum Dominus in Euangelio perfectum uo- Matth.19.
cat, qui totum suis usibus amputauerit patrimonium. Certe
etiam cuicunq; quotidiani triumphi pro castitate non de-
sunt, quia nunquàm desiderijs carnalibus spiritum cessat in-
gerere corpus humanum: quod Apostolus affirmat, dicens:
Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, spiritus au- Gal.5.
tem aduersus carnem: hæc enim inuicem aduersantur sibi:
non quæcunque uultis, illa faciatis. Habes nunc carnem
tuam, quam superes semper. Quid tibi uis alteram uelle
conducere? Nemo super unam febrem cupit adhibere pe-
rem, ne incipiat hemitritæo insanabili laborare, cui
illus ualeat medicus subuenire. Neq; aliquis super onus
proprium tollit insuper alienum, ne oneribus duobus op-
pressus usq; ad inferos demergatur. Vnde sic Hieremias
propheta docet sanctitatis pōdus singulariter sustinendum. Thren.3.
Bonum est, inquit, uiro cum portauerit iugum graue in
iuuentute sua: sedebit singulariter & silebit, quoniam
sit super se iugum graue. Sed si quisquam malignus ob-
iurator ad dictum Apostoli Pauli confugiet dicentis: One-
ra uestra sustinete inuicem, & sic implebitis legem Christi. Galat.6.
Non hæc sunt onera, quæ Paulus Apostolus imperat subue-
nienda, sed ut tolerātes nosmetipsos discordia nulla discernat,
& in tētationibus cōstitutis fratribus mutua præbeamus au

Hemitritæus, febris tertiana una & dimidia.

xilia, non ut ipsi nobis tentamenta per fœminas procure-
mus, sed ut tentamentorum magis pondera subleuemus, cum
sciat quale sit sanctitatis iugum, quod uix singulare porte-
tur. De quo non solum ipse, sed & dominus noluit certum
definire præceptum, dicens: Non omnes capiunt uerbum
istud, sed quibus datum est. Et iterum: Qui potest capere, ca-
piat. Si ergo difficile singulariter magnitudo istius ponde-
ris toleratur, quomodo tolerabitur si geminatis ponderibus
prægrauetur? Et si singulares penè omnes uix duram car-
nales insidias sustinere, quid faciunt illi qui ex utroque
latere gladijs impendentibus non contantur incumbere?
plus dico: Si mariti & uxores desideria coniugalia quotidie
gerentes sibi non sufficiunt, quid agunt illi qui ad augen-
das impugnationes fœminis sociantur? Ex improuiso uel
transeunter ad horam fœmineus aspectus occurrens, uelut
sagittas alienis oculis iactat. Quando libera non est sim-
plex reuerentia, quid illic geritur, ubi libertatis sumit
mulier in contubernalitate constantiam? quando in dome-
sticis negotijs nunc lacertos ac femora lanificis operibus
nudat, nunc æstuans detegit membra, nunc fatigata iacta-
tur, aut in risum aliquando dissoluitur: nunc blanditias exhi-
bet, & quod est uenenosius super cuncta, psallere dele-
ctatur, aut canere? Cuius cantu tolerabilius est audire ba-
siliscum sibilantem. Contra quam Salomon sic nos cautos
efficit, dicens: Cum saltatrice noli assiduus esse, nec audias
illam, ne fortè dispereas in efficacia eius. Taceo reliqua, quæ
magis pudenda sunt quàm dicenda: solum hoc dico, in do-
lore uel in ira mulierem* angi conspicere, iam non est sine
mulcedine. Quid dicimus si uideas iocundantem, aut quod
est deterius blandiētem? Semel dixerim, omnis inconueniens
sodalitas mulierum glutē est delictorū, & uiscus toxicatum,
quo

Mulierū insidiæ & Iaquei.

Eccles. 5.

*alias, frangi

quo diabolus aucupatur. Incongrua est sodalitas fœmina-
rum, quarum sodalitatem ita nos rursum Salomon docet in
omnibus præcauere: Cum aliena, inquit, muliere ne sedeas
omnino, & ne alterceris cū illa in uino, ne fortè declinet cor
tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionē. Postre-
mò si animum nostrum confidimus in hac communitate du-
rare semper, uel illud apud nos debet esse suspectum, ne ipsæ
quæ nobiscum conueniunt in nosipsos forsitan moueātur, aut
in alteros amores præ rapida ætate incitamentis furialibus
simulentur: & erit nobis causa quod peius est sine causa, ut
fornicatio nos maculet aliena, apud quos suggeritur cæteris
occasio lupanaris, & crimine alieni reatus absorbebimur,
qui nos ipsi subornamus immunditiæ lenocinium. Propter
quod apostolus Paulus, de similibus ita nos instruit, dicens: Si
propter escam frater tuus scandalizatur, iam non in chari- Rom. 14.
tate ambulas. Noli esca tua illum perdere, propter quem
Christus mortuus est. Et iterum: Bonum est non manducare
carnem, neque bibere uinum, neque ostendere in quo
frater tuus offendit, aut scandalizatur, aut infirmatur. Et
alio loco: Hoc, inquit, iudicate magis, ne ponatis offendi-
culum aut scandalum fratri. Et de semetipso sic ait: Pro- 1. Cor. 8.
pter quod si cibus scandalizat fratrem meum, iam non
manducabo carmen in æternum, ne fratrem scandalizem.
Cum ergo nos pulsat coniunctionis huius molestia detesta-
bilis, etsi adulteros non potest facere, facit tamen peiores
adulteris & incestis. Quis enim cordis alterius scrutator
qualitatem uniuscuiusque perpendat, & pro altera persona
contra Satanam repugnator, circa Deum uerò idoneus fi-
deiussor esse præsumat? De semetipso demens est, qui aliquid
sollicetur, ne dicam si etiam pro fœmina sponsionem pone-
re uideatur, cum Paulus apostolus sic de se pronuntiet, dicēs:

Philip.3. Non quia iam accepi, aut iam iustificatus sum, aut iam perfectus sum: sequor autem si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo: fratres ego me non arbitror comprehendisse: unum tamen, posteriora quidem obliuiscens ad ea quae sunt ante pedes, ad regulam sequor, ad palmã supernæ uocationis Domini nostri Iesu Christi. Quicunq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: Mihi, inquit, pro

1.Cor.4. minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die, sed neque meipsum iudico, qui autem iudicat me, Dominus est. Et alio

Rom.14. loco: Beatus, inquit, qui non iudicat semetipsum, in quo probat alium. Quamuis ergo nos nec de nostra stabilitate certum aliquid habeamus, qui sine cessatione concutimur inter fluctus seculi sustinentes procellosos incursus: tamen si alicui tanta fiducia est de immobilitate propriæ firmitatis, saltem solicitus reformidet, ne ipse sit scãdalum uisibus alie-

Matth.18. nis: sed terreatur uoce Domini comminantis: Væ, inquit, huic mundo ab scandalis: ueruntamen uæ homini illi per quem scandalum uenit. Si has Domini comminationes religioso corde metuimus & reueremur, plus de alijs quàm de nobis extimescamus periculum nostrum, qui mutuis (testante apostolo Paulo) utilitatibus obligamur: Non

Philip.2. quæ sua sunt, inquit, singuli cogitantes, sed quæ aliorum.

1.Cor.10. Et iterum: Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. Sed aliquis arripiens de ipso Paulo quod apponat:

Rom.14. Vnusquisque, inquit, uestrûm pro se rationem reddet Deo: & unusquisq; suam sarcinam portabit. Qui non uult ergo pro altero reddere rationẽ, nec causis eius, nec negotijs debet particeps illicitus interesse: & qui liber uel immunis ea sarcinas alienas conatur existere, nihil alienum contrariæ conditione teneat infra se. Nam necesse est ut ratione alterius subijciatur, qui negotium tractauerit alienum. Opor-

tet eum damno perstringi, uel dispendo sarcinarum: apud quem sub intuta custodia fratris sarcinæ pericrunt: quia quicquid in domo nostra sub munus idonea tutela perditum erit, aut latrones effregerint, nostrum est: & à nobis exigitur quicquid per inertiam nostram male commissum cuditur. Tunc uerò ab inuicem liberi sumus, si nihil apud dere alterius reseruetur. Forsitan aliquis dicat: Ergo Obiectio.
re ad domum orationis debemus pariter conuenire, ne aliquem scandalizet. Hæreticæ professionis est ista conlectio calumniosa, quæ de bonis præscribit, ut asserat dac & de sanctitate præiudicat, ut immunditiam subtiliter roducat. De licito calumnias facit, ut obtinere illicitum sit. Propter quod Apostolus Paulus hæresi huic antè
scribit, dicens: Veruntamen neq; mulier sine uiro, neq; 1.Cor.11.
uir sine muliere in Domino. Absit, absit ut ubiq; fœminæ scribantur, aut ubique permissio tribuatur. Habent loca
circa maritum, circa filios, circa fratres, circa parentes, circa seruos, & in domo orationis tantummodo iuxta
filios clericos. In mansione autem una sine cognatione
mpetenter non habent socios. Hæc est libra quæ stat. Stare
ero non potest quicquid inclinauerit libra, dicente scri-
ura: Non declinabis in dexteram, neque in sinistram. Et Prouerb.4.
ominus in Euangelio: Quod amplius est, à malo est. Disce Matth.5.
ne temperantiæ modum, qui per licentiam quæris excesm. Ama fœminas inter sacra solennia, & odio habe in
communione priuata, si uis Salomonis tenere doctrinam: Eccl.3.
Tempus, inquit, amandi, & tempus odiendi. Tunc ergo cauenda sunt fœminæ participia, quando geritur carnalium
rum continua unanimiter frequentia, quoniam inter
as suas caro semper incitamenta cupidinis prouocat: &
ic parit fomenta peccandi, ubi pertractans commoda

sua temporalis uitæ cogitationibus senserit paululum rela-
Sap.9. xari: sicut Salomon asserit, dicens: Deprimit terrena cogita-
tio sensum multa cogitantem. In conuentu uerò sacrorum,
ubi spiritus dominatur, ancilla semetipsam cognoscens, per-
dit suæ uoluptatis usum, perdit & luxum dum tranctantur
cœlestia, dum celebrantur sancta mysteria, tota humanitas
occupatur, ubi non humana, sed diuina sunt omnia: ubi ue-
neratio uel tremor & terror incutitur, animis uniuersis se-
pulta est perfectè substantia carnalis. Inter ipsa ferè carnis
mercimonia multi uoluptatem corporis negligunt, scilicet
quando à legionibus exercitia meditantur armorum, aut
crepat litibus forum, aut resonant literis auditoria, aut ne-
gotiatores commercijs instanter incumbunt, aut artifices in
artificia ipsa propensi sunt: quanto magis ubi non carnale
opus hominum, sed spirituale geritur angelorum? Nihil
illic impugnationes possunt, ubi & ipsi dæmones cedunt, &
nulla sexus alicuius permittitur considerari distantia, ubi
nec ætas nec dignitas, sed sola æqualitas regnat, atque, ut
plenius dicam, omnes illic tales sensus accipiunt, & ut ipsa
coniugalitas ignoretur, ubi Christus loquitur, auditur, at-
tenditur, & per omnia, & in omnibus solus est totum:
Coloss.3. testante Apostolo & dicente: Vbi non est, inquit, Iudæus
& Græcus, circuncisio & præputium, Barbarus & Scy-
tha, masculus & fœmina, seruus & liber, sed omnia & in
omnibus Christus. Hunc planè conuentum gloria est cele-
brare cum fœminis, in quo nulla est discretio qualitatis, ubi
tantum licet omnes æquare sine aliqua differentia: ut nec
in ipso baptismate cuiusquam nuditas erubescat. Vbi Adæ
& Euæ renouatur infantia, nec exponit, sed potius acci-
pit tunicam. Quòd si & illic sit aliquis diabolo peior, qui
fœminarum aspectibus feriatur, de nullo tamen congrega-
tio

tio uestra culpatur, quæ propter cœlestia, non propter ter-
rena colligitur. Veruntamen si quis illic luxuriosis obtuti-
bus fuerit, nullo modo alterum lædit, qui non ad hominem,
sed ut Christum pro salute processit. Quinetiam de suis con-
tradictionibus contradictores excludam, ut non meis, sed
suis propositionibus cedant. Si inter festa sancta potest com-
munis conuentio scandalizari, ubi tentator ipse diabolus
tremit, quis illic stabilem se esse promittit, ubi tentator au-
denter occurrit? & si illic periclitamur, ubi Dei præcepta
nos congregant, quid agimus ubi Dei iussa nos separant?
& si turbamur illic, ubi Dei uoluntate munimur: quanto
magis ubi non solùm diabolum, sed etiam Dominum ha-
bemus aduersum? Cum sacrosanctis enim & iustis nobis
protectio ministratur, sicut Esaias ait: Legem, inquit, in
adiutorium dedit: sine iussionibus uerò diuinis nullum po-
test esse præsidium. Aliud est quod Deus imperat facere,
& aliud uoluntati eius obsistere. Cuius ita sunt mandata
seruanda, ut si aliquid iusserit quod secundum homines
iniustum esse uideatur, iustum credatur & fiat: & si iu-
stum iusserit, iustum reputetur & fiat: cum sine iustitia
non potest esse quod mandat, qui potens est iniustitiam iusti-
ficando uocare iustitiam, & iustitiã reprobando iniustitiam
probare transuersam, cuius uolũtas est sola & uera iustitia.
Si enim totum quod gerimus, ad hoc tantũmodo gerimus, ut
Domino placeamus, profectò hoc solũ erit iustum quicquid
uoluerit, & iusserit, & probauerit deus, cui placere gesti-
mus. Nam cum serui non possint à semetipsis scire quid suis
dominis placeat, nisi dominorum sequãtur imperia: & utiq;
homines hominũ similiũ sibi non ualeant utilitates agnosce-
re, nisi acceperint quod obseruẽt: multò magis mortales ne-
sciunt immortalis Dei iustitiam comprehendere, nisi ipse

Lex in adiutorium lata.

Voluntas Dei iustitia.

iustitiarum suarum dignetur iudicia demonstrare: sicut Sa-
Sap.9. lomon approbat, dicens: Quis enim hominum poterit scire
consilium Dei? Aut quis poterit cogitare quid uelit Deus?
Cogitationes mortaliũ timidæ, & incertæ prouidentiæ no-
stræ. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam,
& deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.
Difficile æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu
sunt inuenimus cum labore: quæ in cœlis autem sunt, quis
inuestigabit? Sensum autem tuum quis scit, nisi tu dederis
ei sapientiam, & miseris spiritum sanctum de altissimis? Et
si correctæ sunt semitæ eorum qui in terra sunt: & quæ
tibi placent, didicerint homines, & per sapientiam sanati
sunt, ambulantes in tenebris sibimetipsis lumen non possunt
ostendere, nisi ultroneum seipsum non uidentibus offerat
lumen. Ita humana cæcitas ad Deum non dirigit uiam, nisi
ipse lucernam legis ostendat. Vnde Dauid sic loquitur,
Psal.118. dicens: Lucerna est, inquit, pedibus meis uerbum tuum, &
lux semitis meis. Et iterum: Præceptum Domini lucidum
illuminans oculos. Hoc est ergo luciferum, quodcunque fue-
rit à Deo intimatum: & hoc Deo dignum, quod ipse Deus
uoluntati suæ fatetur acceptum, ut exerceat per omnia do-
minatum. Alioquin nec nos serui adscriberemur, nec ipse
dominus haberetur, si secundum uoluntatem nostram per-
mitteremur impendere seruitutem, & arbitrio nostro
Rom.10. non Dei eligeremus exercitamenta iustitiæ. Tales Paulus
Apostolus uanificat, dicens: Ignorantes, inquit, Dei iu-
stitiam, & suam uolentes statuere, iustitiæ Dei non sunt
subiecti. Tollantur nunc è medio ambages istæ tam uanæ,
& querimoniæ inaniter calumniosæ. Ad spirituales actus
cum fœminis, Deo iuuante, non metuimus adunari, qui
per Dei iussionem iustitiam nos credimus operari, ex qua
nobis

nobis scimus munimenta supponi. Priuatim uerò continen-
tibus quàm plurimum clericis & uirginibus hospitia sepa-
randa sunt: quia quod Deus iniquum iudicat, iustum esse
non potest. Contuberniũm tamen (etsi nulla in ipso contu-
bernio turpis consuetudo nascatur) accendit: quia impossi-
bile est integritatem ad uictoriam peruenire, quæ contendit
contra Dei iussa pugnare. Quantum enim lex obedienti-
am suggerit adiutorium, tantum inobedientibus incitat pec-
catum, dicente Apostolo: Virtus, inquit, peccati lex. Qui
1.Cor.15. non ergo iussit, ut in sacris suis cum fœminis triumphemus,
sic iubet ut priuatim pugnas fœmineas caueamus. Sunt
quidem necessitates aliæ, quæ nos quoque priuatim fœ-
minas uidere compellant, sed etiam ipsæ diuini operis uel
præcepti imperant efficaciam, ut uisuemus, ut solatia præ-
beamus, ut hortamenta uitalia salubriter intimemus: nec
tamen & in his officijs minor cura agenda est pro mo-
ribus nostris, ut claresçant in nostra operatione iudicia
ueritatis. Seueritas non desit, quæ cum clerico fœminam
possit astringere, ut ipsam consolationem nostram susci-
piat cum tremore, & ita sentiat uisitationis affectum, ut cle-
rum uereatur. Ac ne tardius sit euagari per singula, to-
tum quicquid agimus, honestum esse potest, si semper in
nobis signa honestatis eluceant, sicut Paulus apostolus
uniuersa complexus est, dicens: Omnia uestra honestè fiant.
1.Cor.14. Et iterum: Sic præcipimus, inquit, uobis ut honestè ambu-
1.Thes.4. retis. Non bene succedit quicquid agitur passim, & san-
ctum non est, quod geritur sanctum, nisi sanctè quod san-
ctum est peragatur: sicut Salomon asserit, dicens: Qui enim
Sap.6. custodierint iustè iusta, iustificabuntur. Synceriter ergo syn-
ceras ipsa seruanda est, & omne quod uoti est etiam in actu
cauendum est, ne aliud uota commendent, & aliud actus

insinuent. Vndique probanda est institutio uoluntatis, & undique consummandus est cursus uniuscuiusque certaminis, ne minus sit aliquid ad triumphum, si non plenius diuicetur. Hinc Paulus apostolus introducit documenta certaminum:

2.Tim.2. Sed & qui in agone, inquit, certat, non coronabitur, nisi
1.Cor.9. qui legitime certauerit. Et iterum: Nescitis, inquit, quoniam qui in stadio currũt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium: sic currite, ut comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Plenitudo est ergo sanctitatis & palma perfecta, ut ex omni parte secum non habeat quod recusęt, ne quod profitetur odisse, tenendo uideatur amare. Quòd si aliquis dicit: captiuum teneo aduersarium meum, cui semper insultem, ui-

Similitudines. deat ne fortè aduersus cum captiuus incipiat prætulere. Nunquàm securus cum thesauro latro tenetur inclusus, nec intra unam caucam habitans cum lupo tutus est agnus. Ipse se uoluit superari, qui hostem proprium in suas portas induxit: & intestinum gladium sibi ipse suppossuit, qui cum habitationis suæ aduersarij ingressibus reseruit: & qui fretus est conuersari cum scandalo, sine causa dicit: Pa-

Ephes.4. catus uolo esse cum diabolo, contra Apostolum dicentem. Nolite locum dare diabolo. Omni ergo modo munendus est locus, ubi fuerit thesaurus absconditus, ne per unam cernam totum parietem latro suffodiat. Nam si de foris expugnans uix muris expellitur, quantum ualebit si intra muros acceperit habitaculum? & si illi qui contra eum claudunt, aliquoties ab eodem capiuntur, quanto magis ille qui ultroneus illi patefecerit ingressum, decipietur?

Prouerb.11. cum dicat Salomon: Si iustus uix saluus fit, iniustus ubi parebit? Omnes ergo rimæ ne dicam portæ claudendæ sunt, ne per

per unum foramen castra omnia penetrentur, & uniosa componenda sunt munimenta, ne per modicum non rium tota ciuitas ruat: sicut Salomon repetit, dicens: spernit modica, paulatim cadit. Sic stupeo autem huius Eccles.19. uersitatis arbitrium, ut à clericis ad communitatem fœa magis quàm masculus eligatur. Nunquid tantum muutilior est commodis clerici, quantum prodest masculus mens, uel puer masculo continenti? aut ipsa erit decens tas, quam indecens communitas facit? & ubi erit quod omon ait: Omne animal diligit simile sibi? Et iterum: atilia ad sibi similia conueniunt. Sed & si fœmina utiexistimatur, non oportebat carnalia emolumenta præere utilitatibus spiritualium commodorum: & expeat qualemcunque uirum inutilem sustinere pro existitione munienda, quàm bonos affectus mulieris cum exiatione turpissima. Quod Salomon comparat, dicens: lior est, inquit, iniquitas uiri, quàm benefaciens mulier. ficialia sunt itaque semper diaboli ueneficia, quibus inium suæ calliditatis exercens sanctimoniæ deditos dolosis moditatibus iuuat ut perdat: & inter continentes est necessaria emolumenta mutuis adiuuaminibus subtrans, adijcit prius masculum & fœminam pariter: postquàm inseparabiles fecerit per alterutra solatia, posecidere: dantes simplices animos ad castitatis uota anda: & impugnationis suæ arma subducens interim est placidus fautor suggerit sanctitatis argumenta, donec us inter ambos inimicam nutriat concordiam. Facit asles sibi inuicem & deseruire, & assentator infestus imimenta remouens uniuersa, cõmodis eorum gaudet effiam commodare: ut tota eos sibimetipsis necessitate comlans, exhibere eos possit in alterutrum solita cõsolatione

pende

pendere. Non uult eos in aliquo impedire, ne separet tam
spiritualiter quàm carnaliter. Inconcussos efficit uiuere, ne
ipsa societatis initia immaturo tempore fœdera cœpta con-
turbent. Vsque adeò illos uidentibus cunctis ad perfectum
sanctitatis inuitat, fouet, subleuat: ut Dei esse computent be-
neficia ipsa contraria, quibus inducũtur ut pereant, nescien-
tes nunquàm Deum iuuare quod uetat. Quibus intantum
diabolus blandiens securitatem præparat sanctimoniæ, ut
coniunctos se magis æstiment quàm disiunctos, immobiles
circa libidinem perdurare: quos cum omni tranquillitate
deducens nullis procellis aut fluctibus inquietat, & uelut in
medio mari minus cautos inducit laxare uela, nec quærere
gubernacula, ut subita tempestate concitatos naufragos ex
insperata commotione submergat. Hanc primo exhibet le-
nitatem, ut duas uaues oblectet adinuicem conuenire, quas
cum fecerit iunctas, & repentinis turbinibus in semetipsas
elidere poßit & frangere: & his utitur blandimentis, ut
subtractis omnibus iaculis compescens aduersa, suggerens
prospera, tam diu sopitum ignem sine ullis flammis occul-
tat, donec duas faculas iungens simul ambas accendat, &
tam diu cessat sæuitiæ suæ tela supponere, donec sicut peri-
tus uenator quos occisurus est, laquei sui uinculis alliget.
At ubi insolubili catena deuinctos adstrinxerit: uelut la-
nista protinus duos gladiatores aduersus inuicem compel-
lit armari, & subinde stimulans membra statim gladios
aptat, statim succẽdit insaniam, & uulnificos amplexus im-
pingens utrunque simul uno ictu mortificat. Sic explicat
quod antè præstare uidetur, sic de simplici charitate amorẽ
conflat illicitum, sic per sanctitatem sibi inducit interitum,
dum contentus est cedere, sic ualet fortius occupare, & sum-
missus patitur semetipsum præbere deuictum, sic plenius
deuin

deuincere gloriatur. Cuius uersutias Paulus apostolus sic
intelligit, dicens: Non enim ignoramus, inquit, astutias eius. 2.Cor.2.
Male itaque in hac participatione pacati sunt, qui ad bella
pacificante diabolo perducuntur: & non bene in sanctitate
proficiunt, quibus ad detrimentum prouectus ipse inimici
artificio subornatur: nec recto cursu moliuntur continen-
tiæ scalas ascendere, quos ut de alto præcipitet, elaborat
ad culmen aduersarius protelare. Sed necesse est caducis
ipsibus elidantur, qui uiam lubricam tenuerunt, de qua
Salomon sic prædicat, dicens: Est uia quæ uidetur apud Prouer.14.
homines recta esse, nouißima autem eius ueniunt in pro-
fundum inferorum. Sed aiunt: Si de hac coniunctione cle-
rici denotantur, notandi sunt etiam sancti pleriq; nobiscum,
sicut Helias, qui mansit apud uiduam: siue apostoli, qui 3.Reg.17.
mulieres secum comites circunducebant: ut Ioannes qui
matrem Domini assumpsit, eodem Domino delegante: aut
ipse Dominus, cui de suis facultatibus alimenta præsta-
bant aliquæ mulieres religiosæ, cui etiam Martha mini-
strabat ad mensam, & qui singulariter locutus est ad pu-
teum sedens cum alienigena muliere Samaritana, uel cui
incumbenti fœmina lacrymis pedes lauit, & capillis
extersit. Callidi argumentatores & iurisperiti fallaces,
qui dum cupiunt præuaricari, controuersas actiones, quæ
causarum etiam ipsa iura transuertunt, & cum nolunt
competentibus coërceri iußionibus legum, ad illudendos iu-
dices inconuenientibus exemplis uelut similes coniecturas
iuris obijciunt, qui per Salomonem ipsius legis sagacitate
produntur: Peccator, inquit, homo euitat correptionẽ, & ad Ecc.32.
voluntatẽ suam inuenit comparationem. Tales ergo non per
orationem, sed per correptionem potius reuincendi sunt,
ut non antè interpretatis orationibus instruantur quàm
admise

admiserint, quod ad defensionis solatium repererunt, sicut
nos aduersus huiusmodi homines Salomon edocet, dicens:
Prouerb.26. Noli, inquit, respondere insipienti ad ipsius insipientiam, ne
similis fias illi, sed responde insipienti contra ipsius insipien-
tiam, ut non uideatur sibi sapiens esse. Reuera magni homi-
nes, qui se comparant sanctis, & eximia conuersatio nostra,
quæ Prophetis uel Apostolis uideatur æqualis, ad occasio-
nem luxuriæ nostræ in peruersum sanctos uolumus imitari,
& inter cæteros actus uestigia iustorum nolumus sequi. In
quibusdam infirmos non excusamus ad imitanda facta maio-
rum, & in alijs nos æquales maioribus protestamur, cum
Helias ipse in angustia constitutus, imparem se patribus
3.Reg.19. suis ante Deum fateatur: Nunquid, inquit, melior sum pa-
tribus meis? Hoc Helias de antecessoribus suis in infirmi-
tate sua cogitur exclamare: & nos Heliæ uel prophetis, &
apostolis, & domino uirtutem nostram non dubitamus
æquare? Video plenè non sic apud uos calcari auaritiam, si-
cut apostoli propria cuncta dimiserunt. Video crapulā &
ebrietatem sic uestris cōuiuijs non abesse, sicut apostoli nihil
habentes frequenter coacti sunt esurire. Cognosco taliter
nobis ieiunia, sitim, famem, nuditatem propter instantiam
doctrinæ solius ubique pollere, sicut in apostolis legimus
triumphasse, & approbantur apud nos eadem exercitia
feruere uirtutum, quibus apostoli omnia uitia tremuerunt.
Planè quadraginta dierum ieiuniū Domini meditamur, &
orationes excubiasq;, quibus ille per solitudines etiam no-
cturna silētia rumpebat. Nunquid similes agones frequen-
tamus contra luctamina uitiorum, & sic agimus rigore, au-
toritate, uigilijs, paßionibus, labore, neceßitate, afflictione,
abstinentia, quibus peccata calcantur, ut nemo de nobis
mali aliquid suspicetur? per quæ Paulus Apostolus conscien-
tiam

tiam suam innotuisse omnibus gloriatur: In omnibus, in- 2.Cor.6.
quit, commendantes nosmetipsos quasi Dei ministros, in su-
tentatione multa, in pressuris, in tentationibus, in tribula-
tionibus, in angustijs, in plagis, in custodijs, in carceribus,
in seditionibus, in inuocationibus, in laboribus, in uigilijs, in
ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in bonita-
te, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis,
in uirtute Dei per arma iustitiæ à dextris & à sinistris. Ad
has imitationes infirmi sumus, & ad mulieres circunducen-
dæ poßibilitatem nobis comparandæ imitationis adscisci-
mus: quòd si etiam cuncta illorum quisquam se implere ia-
ctasset, me tamen nullius suadela poterat inclinare, ut alios
nunc Apostolos crederem, contra Apostoli, Pauli profeßio-
nem: Nunquid, inquit, omnes Apostoli, nunquid omnes pro- 1.Cor.12.
phetæ? Si Christus seipsum comparare non ausus est deo,
qui ait: Pater maior me est: aut si Apostoli coæquare se- Ioan.14.
metipsos non ausi sunt Christo: nos hodie Apostolis æqua-
lis faciet consimilis fortitudo? Misera humanitas, in hac
æqualitate non times fulminari, quæ de filio Dei, aut de fi-
lio tonitrui, non contaris peccatis tuis exempla uelut simi-
lia mutuare? cum superbiæ sit elata iactantia etiam mini-
mis ecclesiæ quenquam comparabilem uelle conscribi, cum
Paulus moneat & dicat: Alter alterum superiorem sibi exi- Philip.2.
stimantes. Et inferius addidit, dicens: Hoc sentite de uobis
quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset consti-
tutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, se-
metipsum exinaniuit, formam serui acipiens. Minus itaque
de nostris uiribus sentiendum est, nec fortitudini sanctorum
nostra infirmitas cōparāda est, sicut nobis Apostolus Pau-
lus de semetipso magisteriū proponit, & dicit: Nō enim au-
demus, inquit, cōparare nos aut cōferre quibusdā qui seipsos 2.Cor.10.
commen

commendant, sed ipsi in nobis ipsis nosmetipsos nobis commendantes: non supra mensuram gloriantes, sed ad mensuram gratiæ, quam nobis mensus est Deus. Etenim contemplamur quod ipse iterum dixit: Plus ab illis omnibus laboraui, nihil melius, nihil aptius mihi proponitur unde uincam, nisi ut de ipso de quo mihi præscribitur, ego ipse præscribam. Certe plus omnibus ipse laborauit, & tamen ad mulieres circunducendas collegas suos imitari contremuit, ne se ad incertum subijceret tētationi carnali. Vnde ipse ratione sic reddidit, dicens: Ego, inquit, sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem cædens, sed affligo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte alijs prædicans, ipse reprobus inueniar. Huic ergo te compara, qui te Apostolum iactas, & ex ipso disce quid metuas, qui clamat & dicit: Oro uos imitatores mei estote. Noluit itaque de mulieribus circunducendis habere fiduciam, qui non ignorabat quantum aliæ uirtutes ab alijs uirtutibus differant, & aliam claritatem Solis, & aliam lunæ, aliam uerò stellarum: de charismatibus ecclesiasticis similitudinem comparans intimauerat. Sed nos contrà de Apostolica nobis coæquatione blandimur, non intendentes penitus, quid apostoli & sancti omnes inuicta uirtute gesserunt, & difficilem rumpere quærimus uiam, cum per facilia planior sit nobis apposita, contra Salomonem dicentem: Non te erudas, inquit, uiæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scādalum. Nec ullus considerat, quoniam unus securus in lubrico gradi-tur, & alius qui impar est, labitur: unus per ripas cursu mē-tes ascendit, alius si se coarctauerit, cadit. Vni contingit per tempestates nauigia feliciter explicare, & alteri talis felicitas non potest euenire, quod Paulus Apostolus decernit: Vnusquisque, inquit, proprium donum habet ex Deo, unus quidem

1.Cor.15.

1.Cor.9.

1.Cor.4.

Eccl.32.

1.Cor.7.

sic, alius uerò sic. Sed qui mihi de sanctorum exemplo præiudicant, quid aliud exemplum uolunt contemplari quod metuant: & qui Apostolis coæquari contendit, quare non magis presbyteros adulteros apud Danielem ad formidinem sibimet ipse proponit? Hæc autem non ideo propono, quasi Apostolorum imitatoribus contradicam. sed ut illos reprehendam, qui se sanctis exæquent. Nec nego ipsos esse seniores, quos doctores accepimus cuncti, sed aduersus eos loquendo, qui cupientes ad mala sua bonorum historias detorquere, legem* sibi æstimant suffragari, sicut omnes qui ad uitia festinant, & sub obtentu sanctorum dedecora sua uoluisse celata, ut sub imitatione maiorum contraria quæq; committant, quos Apostolus Paulus prodit & publicat, dicens: Quod autem facio, & facturus sum, ut amputem occasionem eorum qui uolunt occasionem, ut in eo in quo gloriantur, tales inueniantur, quales & non sumus. Nam & huiusmodi pseudapostoli sunt operarij dolosi, transfigurantes se in Apostolos Christi, hoc addunt ad cumulum perditionis cumulandum, ut bonos infament, quorum exemplo ad malum, quibus utile esset satis & salubre, si cum historiæ seipsos magis crederent non intellexisse quàm aliquid inhonestum arbitrarentur in lege: quod Apostolus Paulus corripit & confundit, dicens: Non intelligentes neq; de quibus dicunt, neq; de quibus affirmant. Si quis putat se scire aliquid: nondum cognouit quemadmodum eum oporteat scire. Vacant itaq; præiudicantium, quos ingenia suæ peruersitatis errabunda delectant, & quærunt competentes suis sensibus historias qui exponant, qui male agentes mutuant legalia patrocinia. Bene agentibus bona sunt omnia quæcunq; scripta sunt, bene dicta bene suscipiunt, sicut Paulus Apostolus

Dan.13.

*al's, Dei

2.Cor.11.

1.Tim.1.

1.Cor.8.

1.Tim.1. pollicetur: Scimus quoniam bona est lex, si quis ea legiti-
me utatur. Obtinuimus confundendo contradictores. Con-
uertamur subinde eosdem quos uicimus insuper erudire, ne
aut ut sanctos remanere patiamur in crimine, aut ignari de-
putemur in reddendo rationem, ut publicè uicti pœniten-
tiam gerant: aut si noluerint, nos expunximus, quod ad no-
stram pertinet diligentiam, ut quomodo satisfecimus supra-
dictæ sententiæ Salomonis, ita satisfaciamus Paulo apostolo
2.Tim.2. concionanti: Seruum, inquit, Domini non oportet litigare,
sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, cum omni
modestia corripientem eos qui resistunt ueritati, ne forte
det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem, &
resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secun-
dum eius uoluntatem. Omne quicquid ab autoribus nostris
gestum est, rationabiliter gerebatur, ut posteris nobis aduer-
sus præuaricatores munita undiq; autoritas traderetur,
propter hæresim amputandam quam superius taxauimus,
de assumendis fœminis, quam siue per semetipsum, siue per
seruos suos Dominus paululum relaxauit, ne nimio rigore
in totum Domini fabrica damnaretur. Præuidebãtur à Do-
mino hæretici, qui nuptias auferunt, & quod Dominus iun-
xit, contra naturæ principium & contra Euangelium se-
parare contendunt. Quibus interdicens iam tunc autoritas
parabatur, ne maritatæ mulieres accedere uetarentur ad
Christum, cui in præsentia seruierunt. Sed non sine mode-
ramine fuit etiam ipsa promissio procurata quæ non sibi
operabatur quod gerebat, sed cæteris. Nam sic alloquutus
Ioan.4. Dominus Samaritanam ad horam docuit & recessit, nec de-
fensionem continuandis excessibus fecit. Ad horam quoque
Luc.10. Martham passus est ministrantem. Sed quid erat aliud Do-
mino nisi regni cœlestis prandia ministrare? Nunquid sub
Domino

Domino non fuere conuiuia? aut sub maiestate eius erat
dius cibus aut potus, quàm disciplina tantummodo quæ
pescebat? testante ipso Domino ac dicente: Meus cibus est, Ioan.4.
ut faciam uoluntatem eius qui misit me. Sic apostolos mu-
lierum comitatus decebat, ut non perderent, sed ut discerent
uerentiam, & propter humanitatis exhibendum ministe-
rium sequebãtur, sicut in Euangelio de Domino & de ipsis
pariter memoratur: Et factum est, inquit, post hæc & ipse Luc.8.
per faciebat per ciuitates & castella, euãgelizans regnum
Dei, & duodecim cum illo, & mulieres quæ erant curatæ
spiritibus immundis & infirmitatibus, Maria quæ uoca-
tur Magdalene, de qua demonia septem exierant, & Ioanna
uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ
multæ, quæ & ministrabãt ei de facultatibus suis. Nunquid
adhærebant singularibus singulæ, aut indisciplinatæ com-
morantes, perseuerabant illecebroso consortio cõuersantes?
Ubi tota ecclesia propemodum uidebitur, ut non ad conui-
uationes improbas, sed ad discenda bonæ conuersationis stu-
dia sequerentur. Ad ea non bene describitur quod nostris
conuiuationibus coæquetur, non risus, nõ iocus dicitur affuis-
se. Nec sicut apud quosdam nunc usq; assolet fieri, chorus
fallentium uirginum aures uenenosis cantibus asseritur
demulsisse. Et ut de apostolis breuiter probem, quãtum illis
iuxta familiaritas potuit displicere, qui compulsi sunt & de
ipso Domino loquente cum fœmina dubitare, nisi eos ma-
iestatis notitia probata cõpesceret, sicut Euangelista refert Ioan.4.
dicens: Inter hæc, inquit, uenerunt discipuli eius, & mira-
bantur quòd cum muliere loqueretur. Nemo tamen dixit
Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Quid autem lo-
quar accessum fœminæ ad pedes Domini prouolutæ, cuius Luc.7.
fletus & planctus ad defensionem lasciuiæ suæ non erube-

scunt improbi flagitare? Vsque adeò illos propria cæcitas ra-
pit, ut nec de similibus causis audeant reluctari, de quibus
Sapien. 2. Salomon: Excæcauit, inquit, eos malitia eorũ, & nescierunt
sacramenta Dei. Ioannes autem matrem Domini suscepisse
uidetur, sed matrem cuius mores maternum indicat nomen.
Tamen non possunt & alias Christi matres admittere, nec
æquãda est mulieribus cunctis, quæ genuit maiestatem. He-
1. Reg. 17. lias quoq; iussus est à Domino relinquere solitudinẽ & in-
gredi tabernaculum uiduæ. Pro imperio Domini laborauit,
ut in domo maneret, cui solitudo solatium præstabat & re-
quiem. Occasionem illi Dominus obtulit ad magnalia facien-
da, ut famis tempore magis tam ipsi uiduæ quàm pupillis
eius sufficientia tribueret alimenta, qui ieiunijs usquequa-
que afflictus tolerauerat indigentiam, & qui ius-
sus uenerat pasci, pastus quinimo conferens miseris mise-
rias egestatis fecit excludi. Et hoc non potest cuiusquam fa-
uere luxuriæ, cum nulla fuerit opportunitas scandali, ubi
transeunter (quod peius est) egestuosam habuerit mãsionem,
quam quicunq; hospes effugeret. At hic apud quos hospita-
tus est impleuit & redijt, qui etiam si moraretur suspectus
esse non potuit. Qualis illic fuit communitatis effectus, ubi
non erat uictus? Et qualem ad uiduã habuit Helias introitũ,
cui fames dedit hospitium? Quisquis es qui te uis Heliæ de
commemoratione uiduæ uocari discipulum, prius solitudinis
afflictiones & quadraginta dierum tolera ieiunij exitium,
& aut non quæres fœminam, aut non erit qui cum fœmina
commoretur, & tamen si ualueris tibi serua. Nobis autem
in spiritu & uirtute Heliæ non alium quàm Ioannem solum
angelus & Dominus Christus insinuat. Proh dolor dolore
cogimur, quòd docemur, qui usq; ad hoc uenimus, ut in com-
paratione fluxorum de sanctorum tremendis uirtutibus dis-
putem

putemus. Parce iam parce proteruitas, nunquàm tibi sancti
consentiunt, qui religiosa, modesta, ueneranda, pudica pudo-
ra cum fœminis negotia peregerunt. Aut si adhuc per san-
ctos cauillationis anfractus contendis exquirere, nos tamen
amicos Dei nõ nouimus, nisi ad uenerationem tantummodo
memorari, quod Dauid docuit, dicens: Mihi autem uehemen- Psal. 138.
ter honorificati sunt amici tui Deus. Eant nunc prædones
pudoris & plagiarij castitatis mulierculis suis exponere
molestias querelarum. Apud sanctos nostros non habent
omnino suffugium, quibus misceri ecclesia autoritate Pauli
apostoli prohibetur: Et hos, inquit, deuita: ex his enim sunt 2. Tim. 2.
qui repunt in domos, & captiuas ducunt mulierculas one-
ratas peccatis, quæ ducuntur uarijs desiderijs. Post hoc edi-
tum utinam confidant sibi angelorum exempla cõducere.
Hos iam non ualent flectere, qui nouimus & angelos cum
fœminis cecidisse. Ab ipsis equidem bene patrocinia mu-
liantur, sed nos nullum angelum audimus contra Paulum
apostolum. Et si, inquit, ego aut angelus Dei aliter euange- Gal. 1.
lizauerit uobis, præterquàm quod euangelizauimus uobis,
anathema sit. Insaniunt prorsus, ardent desiderio fœmina-
rum, quotquot huic interdictioni non cedunt, & obscœni-
tatibus inhiantes malunt mori, quàm contenti sint à lateri-
bus mulierum aliqua disiunctione diuelli, ut ad explendam
auiditatis ingluuiem etiam puncto temporis non sint
sine fœminæ uoluptate, & hunc habent in mulieribus fru-
ctum, ut in illis semper defixa intentione, desideria satient
uolorum, ne uel momentum aliquod transeat, cum indi-
gnant quod affectant. Sic inter eos integritas emoritur, ubi
omnis commoratio siue conuiuendo, siue commanendo cor-
ruptis affectionibus inquinatur. Quos sanctus Petrus apo- 2. Pet. 2.
stolus designauit, dicens: In conuiuijs suis luxuriantes,

oculos habentes plenos mœchationibus, & incessabilibus
delictis capientes animas infirmas. Hos etiam ita Salomon
Eccl.14. denotat: Abominatio est, inquit, coram Domino defigens
oculum. Planè contrà purum oculum testatur se habere
Iob 31. Iob, qui ait: Et si oculis consensit cor meum. Verumenim-
uerò ille potest suis oculis obnoxius non teneri, cui nolenti
repentinus occursus mulieris, scãdalum mouerit, quod pro-
tinus mens quod nolebat, expellit. Ille autem commotionem
sui uisus non meretur euadere, qui apud se scandali mate-
riam tenet, qui uult intentionis suæ affectibus frui, qui affe-
ctat habere quod oculis offensionem ingerat, quorum aui-
ditas inexplebilis inter offendicula continua nullo modo
potest omnino compesci, quod Salomon approbat, dicens:
Prouerb.27. Infernus & interitus nõ satiantur, similiter oculi hominum
insatiabiles sunt. Et in alio loco: Non satiatur oculus ui-
Ecclesia- dendo. Et iterum: Nequius oculo quid creatum est? Hac
siastes 1. castigatione non compuncti, diuina interdicta nefandæ fa-
Eccl.31. miliaritatis obstinatione contemnunt, & adhuc insuper de
Esa.5. charitate causantur, qui secundum uerbum Esaiæ amaritu-
dinem pro dulcedine deuorantes, nudam fœditatem uela-
mento boni nominis tegunt, dum apud eos sub falsa dile-
ctione, uera dilectio uiolatur. Sed exclamat charitas & ap-
Charitatis que rimoniæ. pellat: Tales ego non iunxi, falsa altera est, quæ me simulan
do cõfingit. Nunquàm Dei præceptis obsisto, nunquàm flu
xis faueo, per me sanctitatem non opto culpari. Calumnias
mihi aduersa germanitas facit, pericula & ego inter falsos
fratres incurri. Succurre meus præco, succurre Paule apo-
stole, dic testimonium meum, ne quod de me annuntias, per-
uertatur. Finis autem præcepti est charitas de corde puro,
& conscientia bona, & fide non ficta. Dilectio deputabi-
1.Tim.1. tur, per quam sanctitatis iniuria criminationibus appetitur?

Aut

Aut illorum erit syncera fraternitas æstimanda, de quibus
filiæ matris ecclesiæ perducuntur in culpã? Si talis Christia-
na charitas aduocatur, indubitanter odia meliora sunt, quæ
dum sæparant, neminem maculant. Hæc autem parricidialis
dilectio fratres persecutores adunare consueuit, qui libenter
petiuntur de suo consortio filias ecclesiæ fornicarias diffa-
mari contra charitatem, quam Paulus apostolus docuit, di-
cens: Dilectio proximi malum non operatur. Egregia pro- Rom.13.
batio charitatis, quæ non tantum noxia germanitate officit
proximo, sed etiam subiecta non uult esse præscriptionibus
apostolicæ iussionis. Confundantur assertores dilectionis
huiuscemodi, quos iudicant illi qui pro communibus com-
modis etiam consanguineam deserunt charitatem. In omni
mundo penè totum iunctum est genus humanum, & ubiq;
cognatio naturalis alterna peregrinatione discernitur. Pos-
sunt parentes, possunt filij, possunt fratres, possunt &
ipsi (quod plus est) coniuges à deo concessa sibi naturæ uin-
cula disrumpere: & clerici deo non cõcedente insuper pro-
hibente, mulierum nexibus ancillatam non ualent recusare
charitatem? Optanda semper cognatis absentatur affinitas
proximorum, & peregrinari ab extraneis fœminis clerici
reluctantur? quibus faciendum fuerat etiam si peculiare ali-
quid uel inconsuetum dominus imperasset, qui ad explican-
da impossibilia habent spiritum sanctum, quem mundani
homines non habent. Vnde Ioannes apostolus sic admonet,
dicens: Filioli uincite illos, quoniam maior est qui in uobis 1.Ioan.4.
est, quàm qui in hoc mundo. Nunc uerò possibile etiam gen-
tibus non dicam Christianis, & leue prospicitur, & apud
clericos sine ullis effectibus euacuatur, ut parum sit eis dei
mandata despicere, nisi aliud dedecus habeant, quòd nec se-
ctantur, non dicam uincunt, omnium gentium consuetudinẽ:

Ezech.20. quibus dominus per Ezechielem exprobrat & dicit: In le-
galibus meis non ambulastis, & iustificationes meas nõ fe-
cistis. Sed neq; secundũ iustificationes gentium, quæ sunt in
circuitu uestro fecistis. Pudendum nescio quid dilectio ista
significat, quæ extorqueri contra naturam putatur. Adhuc
habeo quod mirari non ualeo: cum uideã de Christianis ple-
rosq; maritos pariter & uxores continentiam destinantes
domicilia singularia magis eligere, ut consensus cõmunium
uotorum sine irritatione præsentiæ, & concordante secessu
Eunuchi. ualeant obtinere, & eunuchi nostri dubitant sine fœminæ
sodalitate dormire? apud illos amor coniugalis continen-
Spadones. tiæ amore pensatur, & apud spadones cohabitatio fœminæ
nunquàm potest habere fastidium? Dicat eunuchorũ cha-
ritas, dicat, ne fortè in hac secessione magis coniugalis cha-
1.Cor.7. ritas peccet, ut Apostoli Pauli consilium uideatur coniu-
gibus insinuasse diuortium: Tempus, inquit, quod restat,
breue est. Reliquũ est, ut & qui habẽt uxores sic sint quasi
non habentes, & qui nõ habent quasi habentes esse glorien-
Philip.3. tur. De his ipse Apostolus ait: Gloria in turpitudine ipso-
rũ. Dilectio est, inquiunt. O' dilectio quæ inuidet sibi! O' cha-
ritas quæ cupit se in uituperatione laudari! Grande miracu-
lum, ut uirginũ charitas uirgines faciat uelut cõiuges credi,
& coniugum charitas coniuges faciat uelut uirgines æsti-
mari. Ecce uera dilectio, quæ in cõiugalitate diuidit, ut in ca-
stitate coniungat. Ecce sancta dilectio, quæ coniugalibus ad
communem laudem inducit absentiam. Hi pro certo sese in-
separabiliter diligunt, qui, ut triumphos sibi inferant à se
ipsis discedunt, quibus nec crimen, nec natura, nec lex, nec
Dominus, nec Apostolus potestatem unius conuersationis
interdixit aut tulit, sed pro tuendis paribus uotis semota
unanimitate absentari charitas persuasit. Illi uerò uiderint
quid

quid sit charitas, quam nouerunt, qui nec crimini, nec natu-
ræ, nec legi, nec Domino, nec Apostolo, nec ipsi coniugalita-
ti succumbunt, quos tantum uirginitas probrosa cõdemnat,
quantum illos coniugalitas castrata glorificat, quibus suffi-
ciat ad supplicium dedecorosum, quòd spadones à coniugi-
bus iudicantur. Ad quorum increpationem non tacendi sunt
etiam filij Israël, qui apud Esdram uxores, & filios contra 1.Esdr.10.
diuina iura susceptos non contati sunt pellere, nec cõtra Do-
mini charitatem conati sunt excusare. Verum fateor si per-
mittar. Qui nunc pro dimittendis fœminis alienis adhærent,
quid facerent si liberos, & uxores proijcere iubeantur? Aut
quando ualebunt pro Christo renũtiare cognatis, qui muli-
erculas nõ suas præponũt Christi præceptis? Dico eos facilè
pro ijsdẽ mulierculis parẽtes proprios abnegare, quàm pro
per Cristum ipsas mulierculas relinquere posse, despicien-
tes quod in Euangelio ipse Dominus dixit: Si quis uenit ad Luc.14.
me & non odit patrem suum, aut matrem, aut uxorem, aut
filios, & fratres, & sorores, & animam suam, non potest
meus esse discipulus. Si de abijciendis parentibus dubitantes
aligni sunt Christo, quid sibi promittunt, quos contem-
prores exhibet Christo non parentalis affectio? Ac per hoc
eorum meritis euacuantur, quos uident contẽplatione Chri-
sti nullas personas accipere cognatorum: Nec minis eos,
sed pœnis etiam illi confundunt, qui metuentes non tantum
cum aliena, sed etiam cum sua carne luctari amputatis geni-
talibus abscedunt. De quibus modo examinationis suspendo
sententiam, relinquens alia disputatione promendam. Sed
in confusione spadonum non dubito meliores asserere, qui
nec sibi parcunt quidem, non dicam fœminis audent tenta-
menta porrigere. Respondeant spirituales eunuchi, quis Eunuchorũ petulantia.
furor sit in dilectione mulierum, uel quod sit in contuber-

nalitate fœminæ mysterium, ut in perniciem suam alienis membris indulgeant, cum illi sua quoq; incunctanter abscindant? Hi confirmatos in se artus abijciunt, & illi aduersarijs artubus glutinantur. Hi pro integritate spirituali cum tormento non integri corporis dimicare non dubitant, & illi sine tormento integri esse sine fœminarum dimidietate detractant. Sed aduersus illos comparatio nulla est facienda de nostris, ne consolentur addicti quibuscunq; iudicijs Christianis. Peiores sunt & aliqui memorandi, ut maior pœna sit à damnato damnari. Iudæos considerent usque hodie pro legis imperio carnis suæ partem circuncisione truncare, & sciant quid mereantur, qui Euangelio iubente dissimulant circuncisi mulierum præsentia peragere Domini uoluntatem, non intelligentes quod ipse Dominus dixerit: Nisi abundauerit iustitia uestra plus, quàm scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Puto etiam de Gallis suis nobis idololatræ exprobranter insultent, qui abscindentes semetipsos libenter excruciant, dummodo cum damno status sui simulacrorum dissimulationibus pareant. Clerici autem nostri ad lucrum magis corporis proprij, damnum uolunt mulierum secum commorantium sustinere, quas etiam de substantia propria euellere oportebat, si cum illis nasci contingeret, ne comparati idololatris, & sacrilegis erubescerent. De quibus & Dominus contemptores arguit, dicens: Prudentiores sunt filij seculi huius filijs lucis. Ergo nostris clericis talium profana deuotio est præponenda, quibus cum tantis exercitijs amabilia sunt turpia sacerdotia. Clerici uerò pro dignitate sacerdotij cœlestis non sanguinem fundunt, non tolerant ferrum, non est aliquod uulnus, non est aliquis cruciatus, sed solus contra Dominum fœminæ terret aspectus. Sic in fœminas ruũt, sic fœminas amãt, ut

Matth. 5

Galli sacerdotes Cybeles à Gallo flumine Phrygiæ.

Luc. 16.

ut non sperent manifestari dilectionis suæ quandoq; posse pura mysteria, sicut per consimiles eorum turpiter publicata sunt & detecta, quos Paulus apostolus præuiderat iam tunc, dicens: Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quosdam autem & subsequuntur. Similiter autem & facta bona manifesta sunt, & quæcunq; aliter se habent, abscondi non possunt. At contrà & ipsi dicunt, nonnulli de contemptoribus nostris similiter fœminas habentes in domibus martyrium secuti sunt, ut illorum innocens conscientia probaretur. Nolo mihi de martyrio quisquam moueat actionem, quia sæpius & mœchi, & sanguinarij, & ebriosi, & omnium scelerum rei, reperta pugnæ occasione, conuersi meruerunt ad martyrij palmam peruenire. Ideo enim martyrium appellatur tam corona, quàm baptisma, quia baptizat pariter & coronat. Age nunc si deuerit quibusdam inuiolata fœminarum societate martyriũ promereri, sine indulgentia quoque illis martyrium ipsum non fuit, quos reatus prohibitæ contubernalitatis non absoluit. Nec innocentes in ipsa innocentia potuit approbare, quibus contemptum legis, & conuersationis illicitæ fœditatem, & quod est grauius super omnia, crimen ecclesiæ cernitur ignouisse. Etenim noxia est innocentia, quæ sponsæ Christi officit famæ. Et cum Christus agnus innocens, imò ipse cœlestis innocentia, quod est uerius, totum se contempserit pro ecclesia, ut eam sine macula ulla uel ruga redderet illibatam: qualis est clericus cui ad hoc sponsa Christi committitur, ut pro unius fœminæ amore culpari totam ecclesiã patiatur? Ausim dicere, à Deo patre missus est filius de sinu patris, & regno absens esse durauit, ut ecclesiã faceret innocentem: et clericus mulieris latus deserere nõ potest, ne Christi ecclesiam reddat infamem? Sed aiunt: In martyrio ignoscit

1. Tim. 5.

Martyriũ tam corona, quàm baptisma.

Innocentia noxia.

Obiectio.

scitur nobis, sicut indultum est parentibus. Hoc ergo & nos
omnes de peccatis nostris confidamus, ut qui agere bene la-
boramus, inter luxurias euagemur, & discurramus per se-
mitas peccatorum, retinacula dimittamus, & frænа laxe-
mus. Eamus nos quocunq; mundus abstulerit, & ubicun-
que nos diabolus inuitauerit, libere fornicemur, inuideamus,
rapiamus, fraudemus, omnia mala securi committamus. Ma-
Rom.3. tyrium subueniet, & euademus. Sic enim Paulus apostolus
pollicetur: Faciamus mala, ut ueniant bona. Quorum damna-
tio iusta est. Huic martyrio spem tradant, quos mathematici
docuerunt habere de crastino præscientiam, & has coronas
Act.1. expectent, qui super angelos, & Christum per astrologos
didicerunt scire tempora, quæ pater in sua posuit potestate
ut uel tunc recordetur ante martyrij tempus bene egere de
buisse, cum diem Domini senserint sicut furem. Sed credamus
super illos martyriū iam iamq; pendere. Interim priusquam
martyres fiant, legibus subiaceant, ut iudicio subijciantur, ipsi
armis exarmentur. Audaciæ nefas est illis aduersus autorita-
tem Domini parentum personas obijcere, quibus ipse Domi-
Ezech.20. nus contradictionis huius abstulit uocem. In legalibus, in-
quit, patrum uestrorum nolite ambulare, & iustificationes
eorum nolite custodire, & studijs eorum nolite commiscerī,
et nolite inquinari. Ego Dominus Deus uester. In præceptis
meis ambulate, & iustificationes meas custodite. Sciant hic
ademptа sibi esse parentalia patrocinia, qui huc, atque il-
luc recurrentes contradictionum latebras quærunt, ne un-
quam fœminis careant: & quia undique defensionis suffra-
gio deseruntur nouissimis cunctis argumētis exhaustis, senten-
tiam Pauli apostoli opitulari sibi opinantur, & dicunt: Tu
Rom.14. quis es, qui de seruo alieno iudices? Agnoscit equidē Paulus
apostolus constitutionis suæ uerba prolata, sed constitutia-

rios, & prolatores ipsos ignorat. Illis enim contulit defen
sionem, qui nullam partem legis impugnant, & ipsis tribu
it patrocinium, qui ex uoto suo aliquid faciunt, nec quicquā
ecclesiastici iuris impediunt. Ius tractat uiuendi, & non
uiuendi, arbitriū unuiuscunq; confirmans. De similibus ne-
minem iussit iudicari, quæ uoluntati singulorum autoritas di
uina concedens in utraq; parte faciendi, & non faciendi cle
menter indulsit. Illos autem ecclesiasticis tribunalibus subdi
tos, quos transgressores ordinariæ transgressionis nulla
impunitas excusauit, ut qui passim (Tu quis es, qui de seruo
alieno iudices? aduersus nos ueluti libellum contradictorium
obtulerunt, rationabile simul, & certum recognoscant, quod
accepimus ab eodem Paulo apostolo repulsorium: Præcipi- 2.Thes.3.
mus, inquit, uobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Chri
sti, ut separare uos à fratribus ambulantibus inordinatè, &
non secundum traditionem, quam accepistis à nobis. Euasi-
sse, ut opinor, tanta ligamina quæstionum, quibus amato-
res eunuchos amplexus fœminei ligauerunt: qui per-
uersis interpretationibus decreta legalia demutare cogun-
tur, & malunt audiri proponentes uana, & fabulosa com-
menta, quàm ipsi, quæ uera sunt, audiant: quos Paulus apo-
stolus annuntiat, dicens: Ab ueritate quidem auditum auer- 2.Tim.4.
tent, ad fabulas autem conuertentur. Quicquid uolunt ad-
huc exquirant, ut obsistant pro mulieribus ueritati. Victoriā
non habent apud quos contra Esdram mulier potius, quàm 3.Esdr.4.
ueritas uicit. Vos autem filij charissimi non tantum persua-
sione, sed potestate conuenio. Tale deliramentum despicite
eorum quæstiones Paulum Apostolum scitis ubique da-
masse, sicut ad Romanos scripsit, dicens: Rogo uos fratres Rom.16.
diligenter obseruare eos, qui dissensiones, et offendicula præ-
ter doctrinam, quam uos didicistis, aut dicunt, aut faciunt, et

decl

2.Tim.2. declinate ab ipsis. Sic & Timotheo delegat: Noli, inquit, uer
bis contendere: nihil enim utile est, nisi in subuersionem au-
dientium. Solicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo
operarium irreprehensibilem, recte tractantem uerbum ue
ritatis. Stulta autem, & inania eloquia deuita. Multum enim
proficiunt ad impietatem, & sermo eorum sicut cancer ser-
pit. Atque ut ostenderet clericis disponendis, ad euacuandas
quæstiones quæ sit doctrina conueniens, etiam Tito sic in-
Titum 2. sinuat, dicens: Tu autem loquere, quæ conueniunt sanæ do
ctrinæ: maiores natu sobrios esse, prudentes, sanos in fi-
de, in charitate, in patientia syncera. Ergo auditiones sim-
plices obedientia uestra suscipiat, & uersipellem contradi-
ctionum uitate fallaciã. Purum iter uestris greßibus munda
te, & super spinas, & tribulos nolite seminare uel calcare,
ne bonum semen non poßit uobis propter spinæ frutices san
ctitatis fructus afferre. Vnde propheta Hieremias seminan-
tes sic cohortatur, & docet, dicens: Nolite, inquit, serere
Hiere.4. in spinis. Circuncidite uos Deo uestro, circuncidite præpu-
tium cordis uestri. Abscindenda sunt ergo de agro nostro
cuncta quæ pungere, & lacerare consueuerunt, ne animus
agricultoris in posseßione sua malignis sentibus inseratur. Et
amputanda sunt omnia nobis quæcunque igniferi fomitis sul
phurantibus flammis candens fornax ebullientis carnis exæ
stuat, ne uel tenuis quidem scintilla seruata maiora con-
Eccl.11. flet incendia. Quod Salomon manifestat, dicens: Ab scintil-
la una augetur ignis. Auertite accasiones impuras, quibus
interiora pectoris penetrantur, ut liquida in uobis perspi-
cuitas honoretur. Contenti estote singularitatem laborio-
sam pro pudore seruando potius sustinere, quàm sine
labore ad dedecus peruenire. Contemplamini quid sit
populo sancto præesse, & considerate quale sit diuinis
sacr

sacramentis insistere. Altaribus placere debent, qui de alta-
ribus uiuunt: & talis conuenit cura synceritatis sacratis, qua
illa sunt sacra ipsa, quibus exhibent officia seruitutis, ne cir-
ca Dominum offendant ipsi quod tractant, aut circa popu-
lum incipiant impedire quod prædicant. Propter quod Pau
lus apostolus sic testificatur: Et omnia, inquit, sustinemus, 1.Cor.9.
ne quod impedimentum demus Euãgelio Christi. Et iterum:
Nemini dantes ullam offensionem, ut non uituperetur mini 2.Cor.6.
sterium uestrum. Hac igitur institutione uobis, quàm pluri-
mum laborandum est, de ijs quibus ad manifestandam gra-
uitatem singularitas magis, quàm * parilitas testis uera est. *Parilitatis incommoda.*
Respicite quanta mala conuersatio* parilitatis huius acqui-
rat: quæ non nisi corruptionem seminat, pullulat uitia, cupi-
ditatem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, porri-
git furiam, lasciuiam pascit, petulãtiam nutrit, casus exaltat,
ruinas ædificat, rapinas exigit, præcipitia instruit, periculis
nauigat, naufragijs uelificat, perditione gaudet, interitum fo
uit: confusionem mercatur, thesaurizat opprobrium, cri-
minationes exaggerat, accusationes inflammat, & caterua
tim semel in fascem glomerans numerosas indagines captio
num per infinita dedecorum simplices mortes inuehit in
principem perditorum. Tot itaque & tantas strages cala- *Castitatis commendatio.*
mitatis, & strages peßimæ conuersationis nemo prosternit,
nemo calcat, nemo funestat, nisi singularis castitas sola, quæ
munimen inuictum est sanctimoniæ, & expugnatio fortis
infamiæ. Fortitudinis firmitas, & lasciuiæ petulantis in-
firmitas, probitatis præsidium, & improbitatis excidium,
animæ uictoria, & corporis præda: ubertas gloriarum,
& captiuitas criminum, pronuba sanctitatis, & repudium
turpitudinis, synceritatis indicium, & abolitio scandalo-
rum, exercitium continentiæ, & euacuatio tota luxuriæ,
pax sec

*al's, pluralitas

*al's, pluralitatis

pax ſecura uirtutum, & debellatio inquieta bellorum, pu-
ritatis culmen, & lididinis carcer, honeſtatis portus, &
ignominiæ naufragalis locus, uirginitatis mater, & ho-
ſtis immunditiæ, lorica pudoris, & ſpolium probroſi-
tatis, corruptionis exitium, murus rigoris, & deſtructio
uulgaritatis, ſeueritas gladius triumphator, & diſſolutio-
nis occiſor, armatura uirium, & exarmatura fluxarum, inte
gritatis dignitas, et fornicationis abdicatio, claritatis fiſtigiũ
& dedecoris præcipitium, uoluntas bonorum operum, &
afflictio uitiorum, refrigerium pudicitiæ, pœna petulantiæ,
acquiſitio triumphorum, & facinorum detrimentũ, requies
ſalutis, & perditionis exilium, uita ſpiritus, & carnis interi
tus, ſtatus qualitatis angelicæ, ſummus humanæ ſubſtantiæ.
Huius retinaculis omnis obſcœnitas frænatur, & cõpedibus
eius calces furentis libidinis ſtatuuntur. In hac uelut in ſcopu
lo franguntur impetus qualeſcunque ſanguinis inundantis,
& in illa ſedatur ſpumans tumoris inſania corporalis. Quæ
dum ſibi ſubtrahit adminicula concupiſcentiæ, mortua mem
bra ſua cognoſcitur baiulare: de quibus apoſtolus Paulus
præmonet, dicens: Mortificate ergo membra, quæ ſunt ſu-
per terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concu- Coloſ. 3.
piſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus,
propter quæ uenit ira Dei. Ab his omnibus non niſi ſplen-
dido ſingularitatis cultro caſtratur humana natura, ut illiba
tos ſpadones ad conuiuiũ ſanctitatis diſpenſante circunciſo-
ne introducat. Cui ſanctitas ita pronuſit annuli ſui nuptia-
le ſignaculũ, ut ſine ipſa uirginitas reſignetur: quæ ſe ſola cõ
tenta Cupidinem domat, mentemq; rectificat, concupiſcen- *Virginitatis præconium.*
tiam ſubigit, deſideria ardoris extinguit, artus debilitat, cor-
pus ancillat, & ita carnalia crucifigit, ut tam maſculus,
quàm fœmina uideatur in conuerſatione mentiri, dum illos

utriuſq; ſexus operatione abſcindit: aut neutrum faciens de
ambobus, tertiam formam cõferre gloriatur ambobus, ut ante
reſurrectionem reſurrectionis imaginem ad inſtar angelo-
rum meditari noſcatur. Quod promittẽs dominus futurum: Luc. 20.
qui digni, inquit, habentur ſeculi illius, & reſurrectionis à
mortuis, non nubent, neq; nubentur, neq; enim morientur.
Eadem ſunt ſimiles angelis dei: quia reſurrectionis filij ſunt.
Hoc exigit ſancta ſingularitas * meritorum, ut antequàm *al's, clerico-
reſiguretur, iam transfigurata cernatur in angelicæ cla- rum,
ritatis aſpectum. Quæ omnia ſibi amputans concupiſcentiæ
gemina deprædatur. Cuius laudes Salomon exequitur,
dicens: Melius eſt eſſe ſine filijs cum claritate. Immortalis eſt Eccl. 16.
eius memoria illius: quia & apud deum nota eſt, & apud
homines. Cum præſens eſt, imitantur illam, & deſiderant
eam cum ſe ſubduxerit, & in perpetuũ coronata triumphat
incoinquinatorum certaminum prælium uincens. Non eſt
bonum filijs cum claritate, niſi ſingularitas ſola, quam nõ ſolum
conſcientia ſua nullis ſordibus maculat, ſed etiam nullæ opi-
nionis ſuſpectæ* parilitatis infamant. Nam ſi caſtitas (quod *al's, plurali-
difficile) maſculum & fœminam pariter in uirginitate tatis
ſeruet, non habet claritatem, quam communitas ipſa non
habet, niſi quibuſdam probroſitatum tenebris obſcurare.
Singularitas uerò ita clara eſt omnibus, & exerta, ut cunctis
decoris ſui cãdoris pura manifeſtetur, & lucida. Vnde ſic Ephe. 5.
beatus Apoſtolus edocet, dicens: Sicut filij lucis ambulate: fru-
ctus enim luminis eſt, in omni bonitate, & iuſtitia, & ueri- Philip. 2.
tate, probantes quod beneplacitũ ſit Deo. Et iterũ: Omnia,
inquit, facite ſine murmuratione, & hæſitatione, ut ſitis ir-
reprehenſibiles, & ſimplices, ſicut filij Dei immaculati in
medio nationis prauæ, & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut
luminaria in mũdo. Sic ubiq; ſingularitas ſplendet, ut omnes

pro illa ſpondere non dubitent: & ita ſanctitatẽ in ſemetipſa clarificat, ut laudem ſibi ab ipſis quoq; inimicis extorqueat. Quod maxime de præpoſito quocunq; Paulus Apoſtolus

1.Tim.3. mandat, dicens: Oportet autem eum & teſtimonium habere bonum ab his, qui foris ſunt, ut non in opprobrium incidat & laqueum diaboli. Hanc igitur amate, hãc tenete, quæ ſola poteſt fœminas debellare: cum adhuc cõcupiſcentia mala pectus impulſat, & dum adhuc ſimplicitas incorrupta permanet uel quieta. Ad ſecretæ ſingularitatis tutelam citò concurrite, ne poſtmodum non ualeatis effugere. Præoccupandus eſt aditus cunctis inſidijs, ne hoſtilitas prior obrepens occurrat improuidis. Salutare remedium eſt præuenire potius, quàm præueniri, & anticipare potius, quàm anti-

Prouidentia. cipari uiribus fortibus congruit. Vbicunq; fuerit prouidentia, frustrantur uniuerſa contraria. Vbi autẽ prouidẽtia negligitur, omnia cõtraria dominantur. Ante famẽ certamus, ante inopiam laborando ſatagimus. Sic per omnia calamitatibus cunctis tollimus locũ, dum gerimus prouidentiam temporum futurorum. Quanto magis antè præuenienda eſt omni præuiſione calamitas fœminarum, cuius cupido ſi admittitur incipere, nunquàm prorſus accipit finem? Cuius

Prouerb. 30. comparationem Salomon explicat, dicẽs: Infernus, & amor mulieris, & terra quæ non ſatiatur aqua, & ignis nõ dicit, ſufficit. Vnuſquiſq; itaq; qui ſecurus eſt, quia nec dum tentatur, timeat: quia nihil de illo dicitur, proſpiciat, ne dicatur. homines ſumus, fragilitatem noſtram carne portamus. Sic eam undiq; nos circunſpecta uiuacitate circũdare debemus, & cingere, ut non ſit pars aliqua, quæ uac: illet. Accipimus quidem fortitudinem ſpiritualem, per quam ſubſtantiæ noſtræ fragilitas roboretur. Sed ita nobis ſpiritualis fortitudo collata eſt, ut prouidos nos non præcipites tueatur: ut illos

munit, qui renuntiant importunitatibus delictorum, nõ eos qui ſe magis importunis delictis immergunt. Cuſtos nobis datus eſt ſpiritus, ſed ut contraria declinantibus aſſiſtendo ſuccurrat, non ut contraria eligentibus faueat, nec ut uoluntarios & pronos in aduerſa confortet, ſed ut ab aduerſis nitentes ſeparari confirmet. Nam quicunq; perniciosis conatibus audet exercere uirtutem, iuuamen non habet ſpiritus ſancti qui neminem uult ultroneum uirum ſortem ad fraudulentas uictorias coarctari, nec protegit eũ quinimò, ſed deſerit quem periculis irruentem per illicitos euentus exquirere triumphos agnouerit: ſicut ipſe iam tunc per Salomonem loquutus eſt, dicens: Amans periculum, in ipſo periet. Eccl.3.

ordine ſuo igitur, non noſtro arbitrio uirtus ſancti ſpiritus miniſtratur, & ſecundum inſtitutum eius prælia proſperantur. Nunquàm niſi præcipitatus exercitus cecidit, qui audus ducis uel imperatoris ſui diſpoſitiones irrupit: multo largis per perituram erogat fortitudinem, qui ſine armis doctrinæ magiſtri ſpiritus præſumpſerit triumphare, cum Scriptura: Væ qui per præſumptionem ſuam aliquid faciũt, non per Deum. Si qua igitur in nobis eſt fiducia uiriũ ſpiritualium, quid ſpirituales deceat recordemur: & ſi creditis uos ſpiritualiter militare, agnoſcite quod docemus non eſſe carnaliter. Sicut Paulus apoſtolus loquitur, dicens: Si quis putat ſe propheta eſſe, aut ſpiritualem, cognoſcat quæ ſcribo uobis. Non eſt quod uobis in hac perſuaſione deceptoria blandiatur: ſicut quia ſpirituales eſtis, uelitis inter flagitioſorum armenta uerſari, nec uos inhabiles eſſe pro clericatus dignitate: quia maiores maioribus conſueuerunt conflictiones occurrere. Acrius diuitibus, quàm pauperibus inuidetur, & non inopes, ſed locupletes inquietat infeſtatio ſæua latronum. Plus duces, & principes, quàm milites ab hoſtibus

appetuntur in pugna, & uiolentius propulsantur uentis, & turbinibus culmina quæcunq; sunt altiora. Ideo magis magisq; quo plus cæteris unusquisq; potest, sciat esse sibi metuendum, ne in aliquo minoretur: propter quod Salomon sic admonet, dicēs: Qui gloriatur, inquit, in diuitijs, pauperEccl.10. tatem uereatur. Rogo uos quantum ualeo, & ultrà quàm ualeo, hæc sint studia omnia clericorum, ut singularitatis inaccusabilis successione fungantur: ne aut ipsi per fœminas, aut fœminæ per illos ad ignominiosa ludibria prouocentur. Si quis habet matrem uel filiam, uel sororem, uel coniugem, uel cognatam, sic habeat, ut nulla ancilla intersit, nec; aliqua ingrediatur extranea: ne ad hoc uideatur tenere proximas suas, ut ipsarū causa liberè sibi adhibeat alienas: quòd si non poßint ipsæ quæ sunt proximæ sine famularum ministerio, uel sine amicarum esse solatio, expedit ut migrent ad aliud domicilium, quàm propter illas personæ contrariæ teneantur: humanum est enim ut nec clericus illas necessarijs fœminis fraudet, nec ipsæ clericum per importunas fœminas sordident. Aßignari possunt sanctis mulieribus, cum quibus uiuant, dummodo cum clerico fœmina nulla cōmaneat: non despecta, non uetula sine affinitate peculiariter suspicienda ad domesticum obsequium: quia magis illic citò delinquitur, ubi sine suspicione securū potest esse delictum. maximè quia Cupidini nulla deformitas, nulla despectio studij uel uilis existit, sed diabolus pingens speciosum efficit quicquid fœdum uel horridum fuerit. Si quis autem ita perfectione cogente apud fratres uel apud extraneos hospitatur, ubi mulieres intersunt, omnino se arctet, ne possibilitate aliqua uitietur. Semotus ac secretus Deo uacet & sibi, ne intus capiatur à diabolo: & qui foris capi non potuit, apud suos cadat. Qui hostes effugit ad tempus pro salutaribus

tibus causis procedat ad faciem, & iterum citò discedere de conspectu festinet. Vbiq; gustanda est cum mulieribus, non continuanda præsentia, sed quasi transcunter fœminis exhibenda est accessio quodammodo fugitiua. Proteruitas enim cum cœpta finit repræsentari semper in medium, & perditionis meditatio est frequentatiuum inter mulieres celebrare processum. De qua re nobis Salomon moderamen imponens dicens: In medio mulierum noli aßiduus esse. Sic igitur Eccl.42. modulate, sic agite, ut semper in clericis ecclesiæ senatus cantus constet. Seueritas in uobis circa fœminas uigeat, auctoritas polleat, uigor teneatur, grauitas ueneretur. Vt semel omnia colligamus ad clausulam, breuiarium relegimus uobis, quod ad compendiosam plenitudinem redigens Paulus Philip.4. apostolus insinuat: De cætero fratres quæcunq; sunt uera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcūq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ: si qua uirtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate, quæ accepistis, & didicistis, & audistis & uidistis in me. Hæc agite, & Deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Amen.

DE CARDINALIBVS OPERIBVS CHRISTI

usq; ad eius ascensum ad patrem,
ad diuum Cornelium Papam, Præfatio.



VOLENT matres infantulis nuper editis in ipso uitæ introitu aptare uocabula, & ex aliquibus præcedentibus uel circunstantibus causis, uel ex genere, uel ex euentibus imponere nomina, ut in ipsis primordijs uitijs quædam præfigerentur commonitoria ingre- *De titulis & nominibus.*

dientibus uitam,ne nomen eis esset ad ignominiam,si origi-
nalis naturæ traductio à consueto limite deuiaret,& à ux-
tute patrum degenerans indigna successio monstri non ho-
minis faciem exhiberet. Respicerent potius ad nomina uel
officia sua,quorum inspectio honestæ cõuersationis formam
eis infunderet & doctrinã,ut honorificarẽt naturales cau-
sas & rationales disciplinas,nec in aliquo elemẽtarias amu-
ricarent dulcedines, uel primarias offenderent dignitates.

Gen.2. Nam olim tumultuariè uel inconsiderate nomina rebus im-
ponebantur, sed ex quo ad Adam adducta sunt singula, ut
uocaret ea & propria imponeret nomina, prouisum est in
populo antiquo & institutum ut aliqua esset in uocabulis
ratio,& interpretarentur nomina uitam, & exprimerent
aliquam personæ proprietatem.secundũ quam uel differret
à cæteris,uel etiam cõmunicaret. Sic in nominibus patriar-
charum Abraham.Isaac & Iacob magnarũ rerum exitere
indicia,& præloquebantur uentura,nec deerat impositorũ
nominũ secundum sensum suũ effectuũ certitudo. Apud gen-
tiles etiam nõ in nominibus,sed in agnominibus posteà à ui-
ris illustribus obseruatũ est,ut nobilitas generis uel uirtutis
gloria posteros illustraret,Augusti uel Cæsaris titulo succe-
dentem honorare progeniẽ, & imperatoriæ dignitatis ha-
redes primæ originis irradiare fulgoribus. Sic & philoso-
phi & doctores antiqui tractatibus suis nomina prætexerẽt,
breui titulo grandis materiæ latitudinem prælibantes, &
propriæ gloriæ præposito nomine suo prouidentes,ut inte-
gritatem operis & laborẽ autoris tam styli,quàm personæ
in posterum autoritas conseruaret.& facilè scripturæ subti-
litas indicaret,si aliqua manus inuida elegãtiæ tractatuum
elimatorum pannũ rudem insueret, uel nugis suis quasi suas
essent quæ alius laudabiliter dictasset furtiua translatione
insere

Nomina rebus consona.

reret. Sic in capite libri sui quisq; autorum se posuit, ut
& stylus autori,& stylo autor famularetur, & autoritate
extrinseca communis gloria muniretur: hoc uirorum illu-
strium præclara meruerunt ingenia, & per hæc uiuax co-
rum fama & gloria indelebilis perseuerat. Nos uerò qui
non intelligimus quæ ab eis dicta sunt, sensu & eloquentia
omnino eis impares,si quid aliquando scribimus,indignum
stylo iudicamus,ne fortè nobilis materia,cuius explanatio-
ni studium adhibemus,decoloratam se potius quàm ornatam
nostra præsumptione queratur. Verũ quia solent aliquãdo
patres nugis infantilibus arridere,& linguis balbutiẽtibus
delectari,indulgentiam meretur humilitas, quæ quo potest
accessu sublimitatis uestræ manibus se porrigit attrectan-
dam,non gloriam mẽdicans,sed gratiam. Ego quidem nec
meipso neq; ab alio quæro nomen: neq; enim aliquid me
dignius esse cum nihil sim,qui hoc à uobis maxima suppli-
catione quæsiui,ut non essem quod sum, & humiliter sup-
plicaui, ut ab hac flamma in qua crucior me uestra cle-
mentia liberaret. Tentaui si possem manu uestra me su-
perne,honeste descendere: quod quia non potui urgenti-
bus flammis,non attendi quò prosilirem dum me uorax in-
cendium non cremaret.

PROLOGVS OPERIS SEQVENTIS.

Ab altioribus abstinendũ imperitis.

SVblimes materiæ subtilium ingeniorum exigunt tracta-
tores:nec facilè de artibus rectè iudicat, qui artes igno-
rat. Exercitati in liberalibus disciplinis simul ingenio con-
ueniente & studio philosophari possunt,& securè aggredi
res abditas,eorumq; conatibus se peruiam penetrata exhi-
bet difficultas, & ænigmatibus enodatis rerum secretarum
facies patet,cuius serenitatem uelabat nubes opposita, &
ueritati superfusa caligo. Idcoq; tam in diuinis,quàm in phi-

losophorum doctrinis nec tutum est, nec honestum inerudi-
tos & ignaros sensuum ad literas illas pertinentium profes-
lire ad discussionem corũ quæ nesciunt: & de his sibi usur-
pare magisterium quæ ignorant. Huius rei forma seraphim
faciem Dei & pedes uelat, & patentibus quæ in medio sunt
principium finemq; maiestatis diuinæ alarum extẽsio infrà
supraq; operiens, aditum ad se temerarijs tractatoribus uel
scriptoribus interdicit, nec patitur ad liquidum se uideri di-
uinitas, quam utiq; inuestigatio fidelis aliquo modo odorat
uel sentit, sed puram eius essentiam nec conspicit nec com-
prehendit. Affirmatio quippe de Dei essentia in promptu
haberi non potest: neq; enim definibilis est diuinitas, sed ue-
rius synceriusq; remotio indicat negando quid nõ sit, quàm
asserẽdo quid sit: quoniam quicquid sensui subiacet, illud esse
non potest, quod omnem superat intellectum. Quicquid
audiri uel uideri uel sciri potest, non conuenit maiestati: be-
bes est in hac consideratione omnis acies sensuum, & cali-
gat aspectus: hanc inuisibilem lucem, & inaccessibilem
naturam sex alis hinc & inde seraphim statu & uolatu cir-
cumeunt & abscondunt, statu æternitatis immobilitatem
monstrantes, uolatu uerò altitudinẽ eius, sic in superioribus
eleuatam, ut quantumlibet ad cor altũ homo ascendat, exal-
tetur Deus, & comprehensionis importunitatẽ euadat. Nec
tamen alæ illæ, quæ Dei uelant substantiam nostros conspe-
ctus diffugiunt, sed illæ puris mentibus se uisibiles exhibent,
& operum Dei ratio, siue eorum quæ ex nihilo sunt, siue
eorum quæ ex materia uel facta sunt uel fiunt, se intelligibi-
lem exponit: & quæ circa Deũ & quæ sub Deo sunt, mũdi
potest cordis quoquo modo synceritas contemplari. Prima
rerum conditio sex instituta diebus fatetur artificẽ, & pro-
fitetur opus autorem. Neq; enim suiipsius artifex esse, aut

Diuinitas definiri nequit.

Vnum necessario est principium.

potuit quis nouam creare materiam, nec potuerunt multa
& diuersa rerum esse principia: quia nisi ad unum cuncta
conspicerẽt, discordia & infinitate cuncta turbata uolueren-
tur in chaos, et rep gnarent & colliderentur in se discor-
des materiæ, nisi omnibus factoris autoritas imperaret, &
cuius monarchia potestatis, uniuersitatis causas & efficien-
tias ordinaret. Homo itaque præpositurum in inferiora ac-
cepit, sciens quis hunc honorem contulerit: nec tamẽ ea scien
tiæ perfectione illustratus est, ut eo modo cognoscere condi-
torem, quo eius cognitioni reliquæ creaturæ subiectæ sunt:
sed distantiam maximam experiretur inter summa & infi-
ma, & ex hoc ipso esset Deo accliuis & humilis, quo autori
se in nullo posset conferre, cuius effugere dominium nec
penetrare consilium, nec poterat uitare iudicium. Itaq; qui
circa ipsum sũt angelici spiritus, licet inuisibilis naturæ sint,
legationibus tamen suis se auditu manifestant & uisu, &
actis nostræ ministeriales sæpissimè experimur, quorum
officia & nomina in scripturis sanctis habentur. Illa quidem
superiora agmina nobis prædicant, non indicant Deum: &
docent quæ iubẽtur spiritualitatẽ iniuncti negotij peragen
tes, non uniuersitatis explicantes scientiam: quia ad nos
numerus & mensura & pondus refertur. Deus uerò his o-
mnibus non arctatur, sed excedens omnia & æternaliter an
tecedens potestas & uirtus nil habet coæuum, nec immensi
tatis eius profundum ulla creatura uel cœlestis uel terrena
capitur. Quæ uerò sub ipso sunt, implent templum, & præ-
stant ecclesiæ cognitionem earum rerum assequitur, quæ ad
habitum iustitiæ, quæ ad ordinem uitæ, quæ ad gradus ascen-
sionum, quæ ad conuenientiam morum, quæ ad honestatem
uitæ huius conuersationis & gratiam pertinent contempla-
tionis: hæc aguntur & exercentur in templo præsenti, &

Homo non potest Deo conferri.

per hæc Deus quæritur: nec tamen quæsitus illico inuenitur.
Gustamus, delibamus, odoramus, & propè est: cumq; acces-
seris, longius abit. Et quomodo fulgur nubes disrumpit, &
repentina coruscatio non tam illuminat quàm hebetat ocu-
lum: ita aliquando nescio quo motu tangeris, & tangi te sen-
tis: eum tamen qui te tangit, non intueris. Dicuntur tibi quæ-
dam uerba arcana intrinsecus quæ effari non sufficis: ut du-
bitare non poßis, quia iuxta te est, imò intra te qui te solici-
Gen. 30. tat: nec tamen sicuti est se tibi uidendum concedat. Rachel ad
odorem, non ad esum Liæ mandragoras concupiscit: tu spon-
so fide non complexu coniũgeris, tu spe cõcipis, donec Chri-
stus in te formetur, & deposito pondere huius cadaueris
eiusdem sint puritatis caro & spiritus, & renouata natura
sobolem immaculatam parturiat. Rachel quippe uisum
principium sonat. Quod uerbum in principio apud Deum
in suo proprio esse, mihi non patet, sed quibusdam nomi-
nibus Deum inuoco & dico: iustitia, ueritas, sanctifica-
tio, charitas: & quæro aliquas species uel formas per quas
quid sentio quoquo modo intimem. Nam quod uerbum caro
factum est, facilius uideo: & hoc sensui meo quasi esu in-
corporeo, principium autem illud uix remotißimo odora-
tu quasi pertransiens sentio. Illa quidem intellectualia per
uisibiles creaturas, quantum fas est animæ uidere uel præ-
uidere, diuina mente à longe prospicimus, in multis per
opinionum & coniecturarum pelagus circunducti, in mul-
tis ueritati hærentes, in multis magnitudine rerum oppres-
Rom. 11. si, exclamamus cum Apostolo: O altitudo diuitiarum sa-
pientiæ & scientiæ Dei. Cordi igitur nostro se offert Deus
& aliquid sui luminis infundit inuitans & prouocans. Ni-
si enim aliquo modo sentiretur, nec appetendi, nec inqui-
rendi spes esset aliqua uel facultas. Sed quia ex parte sen-
titur

titur, admirationi est odor ille & sapor, nullam habens cum
carnalibus dulcedinibus similitudinem, & per omnia suaui-
tate differens, eoq; desideratur copiosius quò cætera dele-
ctamenta excedit. Desiderium autem inquirentes purificat,
& purificatio exclusis enormitatibus ad formam Dei pro-
uehit ascendentes: atq; ita in opere suo imago & similitudo
Dei multis laboriosisq; prouectibus propriam sibi demum
indicat dignitatem. Ad hanc rerum adeò profundarum inda-
ginẽ nisi incarnati uerbi magisteriũ acceßisset, humana de-
ficissent ingenia, & nescio si & aliqui auderent ad hæc ten-
tanda conatus assurgere: sed associata carni diuinitas assum-
ptam naturam ex parte suæ uoluit esse claritatis consortem,
& apertis cœlis super doctorem & Dominum nostrum
ad superiora nostrum introduxere aspectum. & uidimus
gloriam eius quasi unigeniti à patre: & de plenitudine gra- Ioan. 1.
tiæ & ueritatis quæ in ipso est, instillata est nobis aliqua por-
tio. Et cũ Philippo audiuimus: Qui uidet me, uidet et patrẽ Ioan. 14.
Nec tamen in hac uisione plena potest esse sufficiẽtia donec
in splendoribus sanctorum in die uirtutis suæ agnoscatur ra-
tio gignentis & geniti & procedentis: quam oculus non Esa. 64.
uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ad liquidum 1. Cor. 2.
hucusque ascendit. In his omnibus quæ dicta sunt omnino
sensum nostrum materiæ excedit sublimitas, & stylum re-
pellit moles nimij ponderis & ascensionis arduæ difficultas:
sed præcepti uestri pater excellentißime me coêgit neceßi-
tas, ut tentarem si fortè importunitate studij aliqua possem
de sanctuarij supellectile uellicare, & reducto in partem
uelamine arcto subtiliq; aditu propitiatorium intueri: præ-
sumpsit meditatio aspicere à longe, & annos æternos in-
quirere, & quid ante tempora secularia esset, indagare:
si tamen seculum uel tempus dici potest ante lucem &
diem

diem & solem: & quomodo ante causas elementarias & materiales origines illa æternitatis infinitas se haberet, si illa omnipotentia apud se solitaria esset, & ministeriales ei deessent spiritus, & maneret apud se illocaliter sempiterna diuinitas: & in quo esset sapientiæ regnum, cum non esset quod regeretur: & usu specieq; careret illa inanis antiquitas. Ab his omnibus repulsus, ad secularia uisibilia compulsus sum redire, & utinam meipsum cognoscam & sciam. Quòd si animæ meæ, quæ corporis mei obtinet principatum, nec originem scio, nec metior quantitatem, nec qualis sit intueri sufficio: si ignota est mihi ratio quare ipsa delectetur in corpore persecutore suo: si nescio quis hanc legem membris insculpserit, ut tam uiolenta dominatione spiritum opprimat, & melior digniorq; natura deteriori succumbat, patienter me ferre oportet, si operatorem uniuersitatis non intellego, qui in minimis operationum suarum particulis meam profiteor cæcitatem. Insolubilis uidetur hæc quæstio, quare homo rationabilis in negata nitatur & uetita, & semper illicitis delectetur: Omnino rarum est & difficile fieri bonum, facile & pronum est esse malum, & hac sine magistro, sine exemplo doctrina statim à pubescentibus annis imbuimur & docemur. Vide in ipsis qui sanctimoniam profitentur, quæ religio manum claudat porrectis muneribus, quæ solitudo aures obserat oblatis fauoribus: quæ gula communibus est contenta saporibus. Quis nõ se habeat uilem, se uideat humilem? Quis non putet opprobrium, si se sentit inglorium? Quis enumeret uoluptatũ potius monstra quàm species? quæ per cõcupiscentiæ carnis uitam animam trahunt, clàm palamq; de conclaui ad forum, de lupanari ad theatrum? In primis abrasa uerecũdia pudoreq; conuulso, non abscõditur scelus, nec nutat ratio, nec discretio relu

Homo animã suã non cognoscens, patienter Deum non intelligit.

Nitimur in uetitum.

Vir bonus est animal rarum.

Homo in malũ pronus.

luctatur carnis affectibus, captiuus spiritus consentaneã exhibet clientelam. Hoc ipsum quod dico, carnis affectus, improprie dico: quia hæc uitia proprie animæ sunt, quæ sentit & mouet & uiuit, cui imputatur peccatum: quia ipsi datum est arbitrium, & iudicium, & scientia, & potentia, per quæ poßit improbare malum, & eligere bonum. Corpore autem sic utitur anima, sicut faber malleo uel incude in qua format omnium turpitudinum idola, & fabricãtur quæ habet quarumcũque uoluptatum simulacra. Non est caro dictatrix peccati, nec inuentrix malitiæ, nec cogitatus format, nec disponit agenda, sed officina est spiritus, qui in ea, et per eam, quæcunque affectauerit, peragit & consummat. Quòd autem ipsa insensibilis sit, spiritu recedente dignoscitur: pòst huius discessum nulli apta usui superest putredinis massa, & cadis aceruus. Quicquid enim sentit, à natura corporis alienum probatur. Quòd uerò caro aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem contendere dicitur, & repugnare, improprie arbitror dictum, quia solius animæ lis ista est, quæ secum rixatur, & cum proprio arbitrio litigat, certior in huiusmodi quæstionibus quid bonum sit, quid malum, quàm in aliarum rerum inquisitionibus quid uerum sit, quid falsum. Nam in abditarum causarum inspectionibus & secretis naturæ potest homo errare uel decipi: quia non per omnia à fine usq; ad finem intellectus humanus attingit: sed in his quæ oculis & manibus subiacent, nulla subtilitas iudicium impedit: quia fœtentia à non fœtentibus, decora à turpibus, amara à dulcibus, dura à suauibus, & dissonis consonantia facilè discernuntur. Sed desiderij sui uelamo mẽs ebria, corpus cõtumelijs applicat, & iunctis complexibus ambo in mortiferas suauitates elapsi, obdormiunt. Cumq; euigilauerint, serò pœnitentiam adducit confusio, & inquina

Spiritus captiuus.

Arbitrium cuique datum.

Corpus est animæ officina.

Caro non reluctatur proprie spiritui, sed spiritus sibi.

inquinamentorum horror fœdatæ menti occurrit. Et in cæteris omnibus quæ malignè patrata sunt, huiusmodi ultio peccatorem persequitur, & ipse libidinum labe crapulatus se conuomit. Sed auaritiæ solius & quæstus ardor nec satiat cupidum, nec pœnitet eum cumulasse, quod crescere optat, non minui: & dyscola obstinatus semper, quid idolo suo immolet sedulus coaceruat. Vnde hæc sitis diuitiarum miseris pectoribus aßidet, & ambitionis salsugo bibulam animã occupat, ut per fas & nefas ad loca superiora etiam de latebris eremi nonnulli se ingerant: & de omni gradu ubi aliquis aditus patet, anheli prodeant, discurrãt ad iudices, blandiantur mediatoribus, conducãt auxiliarios, & modis omnibus elaborent: ut sedeant cum principibus eo quæstu: ut maledicat Deus quod ipsi benedixerint, & benedicat quod maledixerint. Hæc lex peccati quare in his & similibus legẽ iustitiæ opprimat, & quare eneruata ratio cum stare poßit, tam miserabiliter ruat, difficile est assequi, maximè cum defectus iste à damnationis sententia pendeat, & hanc ineuitabilem pœnam antiqua transgreßio sit sortita. Ego si me ipsum nescio, si animæ meæ substantiam et naturam ignoro, si eorum quæ intra me sunt rationem non intelligo, qua audacia supra me erigam oculos ut uideam principium sine principio, & finẽ sine fine attingam? A' talibus ausibus desistendum excellentia maiestatis imperat, & ipsa impoßibilitas omnes ingenij nostri conatus repellit. Ea igitur quæ licita sunt & concessa tangamus, & circa cunabula saluatoris prima infantiæ eius fercula degustemus, & circumcisi & loti uicto diabolo, sanctificatis affectibus in cœna cum Domino recumbamus, ubi pane Angelorum refecti, post illius cibi delicias surgamus ad transitum: ut de hoc mundo uehiculo crucis euehamur ad cœlum, spiritu sancto

Auaritia malum.

Ambitio.

Argumenta libri huius.

to nos replente: qui deinceps nos doceat, & patefaciat quicquid in exilij huius peregrinatione moles corporis & imperfectionis lippitudo fecit obscurum. Libellum igitur quem de cardinalibus Christi Domini nostri operibus scripsi paternitati uestræ (suppresso nomine nostro) misi, in quo fons sacramentorum & disciplinæ huius in qua stamus origo formam & exemplar rectè uiuendi nobis proponens, ab humili aduentu usq; ad gloriosum eius reditum ad patrem gradatim conscendens, quem potius in mente nostra, quàm in pagina scribi desidero, & utinam in sanctitatis uestræ cõspectu memoriam & recordationem nostri supplex mereatur affectus.

Titulus operis.

DE NATIVITATE CHRISTI.

ADEST Christi multum desiderata et diu expectata natiuitas, adest solẽnitas inclyta, & in præsentia saluatoris grates et laudes uisitatori suo per orbem terrarum sancta reddit ecclesia. Gaudia nobis cœlitus nuntiantur, lætitia imperatur. Nox ista sacripartus conscia, nouis fulgoribus illustratur. Gloriantur in cœlestibus superi, pax in terra bonæ uoluntatis hominibus confirmatur. Assunt Angeli, loquuntur pastoribus: non dedignantur loqui personis humilibus, & cum ipsi sublimes sint, infimos non aspernantur. Nec luce insolita, nec angelorum terrentur pastores præsentia, sanæ & puræ fidei homines delectantur eo quòd audiunt consonas laudantium uoces cœlestes, gloriæ & gratiæ diuinæ præconia modulantes. Nec satis fuit superis arcana reserare cœlestia, etiam homi-

Gaudia natalis dominici.

nib

nibus pax reddita nuntiatur, & bonæ uoluntatis noui mune-
ris largitate consecratur affectus. Oportuit bonum Domi-
num certificare & lætificare in aduentu suo bonas expe-
ctantium uoluntates: & multiplicatis testibus certa præsen-
tiæ suæ dare indicia, ut iam non expectaretur quasi uentu-
rus: sed qui uenerat uideretur: & essent Angeli quem sibi
noua Christi infantia consecrarat, sancti ortus et loci indices.
Vnus Gabriel uirgini obumbrationem uirtutis altißimi nun-
tiat, multitudo cœlestis exercitus gratulabunda saluatorem
mundi prædicat aduenisse, & reconciliata terrestria superis
canit, & consilium antiquum prodijt palàm: nec iam secre-
tum est, sed innotuit publicè in conspectu gentium reuelata.
Christi benignitas, & oblata mundo in nullo à nobis diffe-
rens, excepto quòd peccati expers fuit saluatoris humani-
tas. A' supernis legationibus incipit Euangelium, cuius pri-
mi dictatores Angeli extiterunt. Nec iam in manibus pro-
phetarum similitudines & ænigmata inuoluũtur, sed Ange-
lorum iubilo, & hominum stylo, & euidenti rerum iudicio
constat: & consonant simul promissa & data, umbrisq; re-
motis, lex & Euangelia sunt unita. Multiplicantur testes,
militia cœlestis conclamat, credit pastorum cuneus & exul-
tat. A' sapientibus & prudentibus non quærit testimonium,
qui paruulis se reuelat. In huius doctrinæ initio statim fastus
& ambitio condemnatur. Non colores rhetorum, non indu-
ctiones persuasoriæ adducuntur, ratio & miracula hærum
rerum ordinem complectuntur. In primis signa se fidei mi-
scuerunt, & maxima in hoc efficacia dogmatum fuit, cum
simul uerbis & rebus actum est, ut nullum infidelium re-
pugnantia inueniret diffugium. Nox illa omni luce cla-
rior, sermones Angelici pacem hominibus nuntiantes, de-
signato loco Bethlehem, ad quærendum puerum cohortan-
tur:

tur: pastores illi amplius mente quàm oculis carnalibus il-
luminati, ad conspiciendum Emmanuel festinant, & edocti
intus inuisibili magisterio spiritus sancti, quem paruulũ ui-
dent confitentur immensum: & piæ ei deuotionis affectum
præsentant. Electa adest humiliũ personarum simplicitas, ut
poneretur regula & indissolubilis daretur forma: quòd non
nisi pauperibus spiritu, Christi pateret humilitas: nec super-
bis ad intuitũ sui posset admittere ueritas. Veniunt in Beth-
lehem, quem prædixit Gabriel, inuenitur Emmanuel, ciuitas
parua, domus paupercula, supellex exigua. Nulla domus
ambitio, nisi reclinatoriũ in stabulo, mater in fœno, filius in
præsepio: tale elegit fabricator mundi hospitium, huiusmodi
habuit delicias sacræ uirginis puerperium. Panniculi pro
purpura, pro bysso in ornatu regio laciniæ congerũtur: ge-
nitrix est obstetrix, & deuotã dilectæ soboli exhibet clien-
tulam: attrectat, amplectitur, iungit oscula, porrigit mam-
mam, totũ negotiũ plenũ gaudio, nullus dolus, nulla naturæ
contumelia in puerperio. Pedissequas substantia familiaris
non patitur, mancipiorũ obsequia sumptus tenuis & inops
mensa excludit. Nullum domus arcta diuersoriũ occultabat:
nec secreti recessus erant illius casulæ, *incastraturam te-
ctum, & soli parietes per circuitum uestiebant. Nec locus
erat lauacris, quæ solent puerperis præparari, quippe
nec aliqua naturæ iniuria matrem domini læserat: quo-
niam sine tormento peperit, quæ in conceptione caruit uo-
luptate: & tamen consuetudinem sequens, ut legi satis face-
ret, quasi cum alijs mulieribus esset ei in hoc opere ratio si-
milis, diebus designatis recubuit, & depositi oneris laßitu-
dinẽ professa oblatæ quieti paruit: & in diebus separationis
non se à toro Ioseph, qui eam nunquam tetigit, sed ab in-
gressu templi & cæteris quæ lex prohibebat, continuit.

Casa dominica

*Alibi incru
staturam
Laus Mariæ.

Vltro maturus ab arbore baiula fructus elapsus est: nec oportuit uellicari, quod sponte prodibat. Nihil in hac re petijt ultro: nec præcedens delectatio aliquam expetijt portionarum usuram. Spiritu sancto obumbrante, incendium originale extinctum est: ideoq; innoxiam affligi non decuit, nec sustinebat iustitia ut illud uas electionis cõmunibus lasaretur iniurijs: quoniam plurimum à cæteris differens, natura communicabat non culpa. Eratq; ei proprium priuilegium, quod nulla mulierum nec ante, nec deinceps meruit obtinere, quòd erat simul mater & uirgo singulis titulis insignita. Vnde & matri plenitudo gratiæ debebatur, & uirginis abundantior gloria, quæ carnis & mentis integritate insignis, spirituali & corporali intus & extrà Christi præsentia fruebatur. Ornamenta quæ deerant, etiam si adessent, non haberent oculos inspectores, quia præsentia paruuli sic eorum qui aderant, Ioseph, & si quis forte alius ibi erat, oculos occuparat, sic illam inaucerat animos, sic corda illexerat, ut in hoc summo bono omnium bonorum unita collectio uideretur: nec opus esset cuagari & mentiri per partes, quod simul in se uno fidelibus omnipotens infantia præsentabat. Angelica sanè non est credendum ibi ministeria defuisse, nec recesserat à uenerabili pectore matris spiritus sanctus ad uerbum Gabrielis elapsus. Possidebat domũ suam, & templũ, quod sibi cõsecrauerat, adornabat. Seruabat sacrariũ suum, & sanctimoniæ thalamũ benedicta, & tanti habitatoris reuerẽtia cõcupiscentiarũ ludibria abigebat: legem mentis lex carnis non infestabat: rebellio nulla quietẽ spiritus affligebat. Paruulus fugẽs ubera pura alimonia utebatur, & fons sacri pectoris defæcatum edulium oris mundissimo infundebat. Sed et cor matris quædã dulcedines

Maria primilegium.

quæ humanũ superant intellectũ imbuebant: eratq; utrinq; mira iucunditas, quum pia sanctæ matris & deuota humilitas, & sancti sanctorum immensa benignitas confœderatis affectibus mergerẽtur. Extrinsecus nuda crãt & egena quæ uidebantur, nihil in illa paupertate uidebatur diuinum: non his quibus reuelatum est desuper, quorũ primi fuere suprà memorati pastores: quorũ innocentia & simplicitas electa est, ut laus Christi perficeretur, qui piscatores & pastores quietibus tẽporibus confunderent oratores, & à pauperibus & humilibus prædicatio paupertatis habet initiũ. Exeri solent Aegyptij hoc hominũ genus, & abominabiles sunt oues & pecora. Sed huiusmodi officiũ ab initio autoritatẽ obtinuit, & Abel pastor munera de gregibus ouium tulit, quæ in eo quòd cœlitus inflammari uisa sunt, quòd grata essent Deo, cũctis innotuit. Pastor Abraham, Isaac & Iacob uiri Deo familiares, pastores patriarchæ duodecim. Pastor ipse Moyses, qui in eremi recessu, dum sequitur pecudes, in rubo cõspicit Deum: & potestate signorũ collata populi recipit principatum. Heliæus de aratro propheta conuiuitur. Dauid de post fœtantes accipitur, & in regni solio collocatur. Agnum quem abominatur Aegyptius sacrificari sibi præcipit Deus, eiusq; sanguis Israëlitarum postibus illitus, exterminatorem Angelum repellit & abigit: nec metuitur mortis periculum, ubi tantæ reuerentiæ conspicitur signum. Ad umbram Petri languentes consurgunt, apodictis subijciuntur dæmonia: cedit idiotis reproborum eloquentia, prædicante Paulo captiuas complicant manus gentes & regna. Pauperes electi, superbi neglecti: nec fastus, nec alius circa Christi discipulatum aliquem obtinent locum. Christus pauper discipulos diuites aspernatur. Pauper mater, pauper filius, inops hospitium his qui in forma

Prædicatio à pauperibus habet initium.

Pastores Aegyptijs abominabiles.

Pastorũ commendatio.

huius scholæ in ecclesia militant, præbent efficax documentum. Hunc in cunabulis adorauere pastores, & paruulum confitentes Deum simpliciter argumẽtosi in spiritu & ueritate, quem adorauerunt, nouerunt. Fuerat quidem miraculum, quòd apertis cœlis lux fulgoris insoliti nocte super eos fulserat, quòd auditi Angeli & conspecti, quòd ab ipsis fuerãt edocti & instructi pastores. Sed licet hæc præcessissent, tamen circa infantiam pueri diuinitatis intimatæ nulla humana ratio præbebat experimentum: nec circa illius præsepij angustias, uagiente inter alligaturas infantulo, aliquod maiestatis erat indicium, sed auditui fides obtemperans, nullum apud Deum impossibile uerbum credidit: & per spiritum sanctum ad sacramentum hoc intelligendum subtilissimis est intelligentiarum accessibus introducta. Idemq; spiritus qui longe antè prophetas docuerat, etiam nunc humilium mentibus se infundens, dilatabat humani intellectus angustias, & aperiebat interiores oculos ut uiderentur inuisibilia, & intelligerẽtur ea ad quæ humanus non attingit sensus, nec rationis pœnetrat intellectus. Hinc est quod præ-
Esa.9. dixerat Esaias: Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis. Hoc potuit uideri, hic nullum fides meritum quæri. Quod autem sequitur, uocabitur nomen eius Emmanuel, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, si clausi sint oculi mentis, exterioribus oculis nescio quid mereris. Qui necdum loquitur, quomodo consiliarius erit? Paruulus quomodo credetur omnipotens Deus? omnino infirmus, in quo uidebitur fortis? nihil omnino possidens, ad apicem regni & principatus fastigium, quibus ascensionibus attinget? Sed si fidei mysterium prosequaris, in his omnibus subtilissimas & purissimas rationes inueniens, &, quod omnino, necesse fuit, immensum fieri paruul-

ulum, & filium Dei hominis filium euidenter agnoces. Mirabitur etiam & dilatabitur cor tuum, quando integes profundissimum sacramentũ in eo quòd contempti-
lis factus est admirabilis, & qui literas nõ didicit nec legi-
i instructus est, sufficiẽs sit diuinarum humanarumq; re-
m consiliarius: quomodo diuinitas & humanitas in unam
rsonam conuenerunt, & ubi æstimata est infirmitas, fortiudo inuenta est, & corpus humilitatis nostræ diuinæ claritati configuratum, non in hoc mundo, sed in cœlesti gloria
erpetuum habeat principatum. Ad paruulos uenit Chri-
s, & cũ paruulis cõuersatur, pauperes instruit, & creat,
sficit. Ipse in synagoga Iudæorum in Esaiæ uolumine cum Luc. 4.
esset in sabbato, complicato libro, prophetiam hanc in se
mpletam edocuit, quòd à spiritu sancto unctus sit, & ad
angelizandum pauperibus pater eum miserit. Idem in
angelio gloriatur, & confitetur Domino cœli & terræ,
atias agens quòd reuelata sint diuina mysteria paruulis,
orum intellectu sublimitas huius mundi repulsa est, quæ
o subijci non potest, dum secundum carnem & sanem inuisibile ipsius suis regulis inuestigat. Hic est
mus religionis introitus, sicut in mundum primus Chri-
ngressus, ut quicunq; pie uult uiuere, humiliter de se sen-
at, qui supra se in mirabilibus ambulare præsumat. Fun-
mentum sanctitatis semper fuit humilitas, nec in cœlo sta- *Humilitas sanctitatis fundamentum.*
potuit superba sublimitas. Hanc primam gratiam ingre-
ens mundum noster paruulus attulit, & à cunabulis nos
bi conformes fieri uolens teneri uoluit in uita, quod exhi-
uit in persona. Quia uerò filij Dei sumus, humanitatis par *Humanæ naturæ per Christũ perfectio.*
ticipatione frater noster fieri uoluit, ut essemus secum beati-
dinis cohæredes, & haberet tota cõpositio hominis per-
ctam plenamq; lætitiam, cum spiritus diuinam repræsen-

taret imaginem, & caro nostra Christi corporis similitudi-
nem, consummatæ societatis beneficium obtineremus, cum
nominis Christi & hæreditatis consortes, & diuinæ naturæ
communicamus per spiritum, & humanæ per corpus. Iura-
uit Dominus & non pœnitebit eum, & promissionum sua-
rum non immemor, sicut se daturum nobis iurauerat, sic
Hebr. 1. compleuit: Filius datus est nobis, qui cum in forma Dei esset,
splendor gloriæ & figura substantiæ eius, non est confusus
se ad formam serui exinanire, ut qui de fraternitate eius glo-
riantur & uolunt ascendere, non erubescant descendere: sed
Scala Iacob innitendum. eidem scalæ cum Iacob innitantur, & cantantes canticum
graduũ ab imis ad superiora conscendant. O Domine quàm
admirabile est nomen tuum! uerè tu es Deus qui facis mira-
bilia. Non modò mundi huius staturam admiror, non stabi-
litatem terræ, cum eam complectatur uolubile firmamen-
tum, non singulos dies, non lunæ defectum & incremẽtum,
non solem semper integrum & laborẽ eius perpetuum, non
temporum uicissitudines in quibus quædam arent, quædam
uirent, & quæ mortua modò uidentur, deinceps reuiui-
scunt. Miror Deum in utero uirginis, miror omnipotentem
in cunabulis: miror quomodo uerbo Dei caro adhæserit,
quomodo incorporeus Deus corporis nostri tegumentum
induerit. Miror in hac dispensatione tanti dispendia tem-
poris, & tam lentos processus ad obedientiam saluatoris.
In breui poterat patrari negotium, & poterat tantus la-
bor abbreuiari ad solum Christi uerbum, sicut factus mun-
dus, & disposita cuncta ad eius imperium. Sed elementario
mundo dignior est rationabilis homo, quod ex eo quòd in
Omnia hominis gratia facta. eius seruitium facta sunt omnia, facile creditur. In cæteris
quocunq; modo aliquæ satisfaciunt rationes, hic solus me
Abacuc 1. complectitur stupor. Et cum Abacuc cano: Consideraui
opera

opera tua & expaui. Miror ieiunium, miror tentationes,
miror omnipotẽtem in sepulcro iacentem, miror occisum &
resurgentem, hæc sunt noua mira, quæ prædixerat Esaias:
Nouum faciet Dominus super terram. Mulier circundabit Esa. 28.
uirum. Opus suum faciet, & peregrinum opus eius ab eo. Hier. 31.
Iesus Christus heri & hodie ante Luciferum genitus, ini-
tium carnis sumpsit ex uirgine, & quem cœli cœlorum non
capiunt, qui implens omnia cum sit in omnibus, ab his tamen
non capitur nec tenetur. Nouum est & inauditum quòd in
materni angustias uteri, circundedit intra se fragilis caro
uirtutem altissimi, & ordinem rerum, cursumq; naturæ mu-
tauit sapientia Dei, & ubiq; diuinitas dilatata, plenitudinem
sui uasi infundens exiguo, sic est circundata muliebri utero,
ut cum uniuersa ambiret, implens omnia, excedens cuncta,
intra se omnia continẽs, extrà uniuersa complectens. Quem
nos paruulum, propheta nuncupat uirum, insinuans ei Insans Christus uir dicitur.
nunquàm defuisse uirtutem, sed semper uirilis ætatis affuisse
fortitudinem, quem infantilis infirmitas occultabat. Opus
suum igitur fecit quod creauerat, saluansq; quod perierat,
ad uitam reuocans quod mortuum erat. Sed peregrinum
opus fuit in Deo, quòd uerbũ factũ est caro, quòd factus est
uisibilis & cõprehensibilis, passibilis & mortalis, & pere-
grinum à maiestate puer sugens ubera, panniculis inuolutus
& sustinens cõuicia, filius Dei in patibulo constitutus. Con-
siliarius quoq; dictus est paruulus iste, qui & alibi dictus
magni consilij angelus, eò quòd secreta Dei quæ ab homini-
bus erant abscondita, publicè reuelauit: & cum nemo nosset
patrẽ nisi filius, ipse arcana Dei referens, indaginẽ trinitatis
explicuit, loquẽs patri, & à patre responsum accipiens, &
spiritum sanctum infundens discipulis, generationis &
processionis intimans rationes, subtiliter astrueus per-

sonarum proprietates, & indissolubilis essentiæ unitatem.
Alia quoq; inferiora, sed tamen necessaria consilia edocens,
ut beneficia collata homo intelligat, ut in eo quòd stat, gra-
tias agat, & quòd possibile est ex Dei gratia, cum cecide-
1.Cor.7. rit, resurgat. De uirginibus, ait Apostolus, præceptum Do-
mini non habeo: consilium autē do, tanquam misericordiam
consecutus. Vult & laudat ex imperio Domini, ut quæ nu-
pserint, sic permaneāt: quæ uerò uirgines sunt Dei, cumula-
tione castitatis integritatem exhibeant Christo: & in hunc
modū quæcunq; autoritate diuina immobilia cōstant, sic ma-
neant: quæ uerò in alterutrum potest libertas arbitrij flecte-
re, locum eligant priorem: quia etsi bona sunt, & à Deo in-
stituta coniugia, melior tamen est continentia, & uirginitas
excellētior, quam non cogit necessitas aut mandatū, sed per-
fectionis suadet consilium. Quòd si diuinis consilijs obuia-
uerint tentamenta, & liberas mentes ad carnales reuocaue-
rint appetitus, adest Deus fortis, nec spem ponat homo in
homine, nec in brachio carnis suæ confidat: quia qui mūdum
uicit, uictoriam suis promittit militibus, & qui uictores sunt
Matt.11. sui, cœlo uim inferunt: quoniam sicut scriptum est: Regnum
cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. In paruuli
huius nomine cum hoste antiquo congredimur, & fortis
armatus superueniente fortiore de atrio antiquitus posses-
so, potenter expellitur, & præsumptæ infestationis auda-
ciæ silentium imperatur. Defectui carnis nostræ quæ à pri-
mitiuis fæcibus originalis mali infecta languerat, ex Chri-
sti carne redditur fortitudo: & sacramentorum commu-
nicatio, per quam illius corporis synceritati unimur, nos
in tantum corroborat, ut de mundo & de diabolo, & de
nobisipsis uictoria potiamur, & sacramentali gustu uiui-
ficis mysterijs inhærentes, una caro, & unus spiritus si-
mus,

mus, dicente Apostolo: Qui adhæret domino, unus spiritus 1.Cor.6.
est. Sic hi ad quos sermo fit dicuntur dij, & filij excelsi, no-
minis, & hæreditatis, & æternitatis participes, fortitudine
societatis Christi subigentes tentamina, & cum homines
sint ex indigniori materia, in captiuitatem redigūt & con-
spuunt ligantq; dæmonia. Et quidem in hoc tempore in sta-
dio uitæ huius se exercet militia Christiana, & præeunte
Christi uexillo, quem & paruulum uidimus & cognouimus
deum, & quos spiritus consilij & fortitudinis munit, nec
uinci, nec decipi possumus, quos eruditio, diuina scientia &
potestate fecit insignes. Videtur autem in præsenti disciplina
huiuscemodi non esse gaudij, sed mœroris, eò quòd non sine
periculo certamina peragūtur. Bonū uerò certamē certanti
bus pacatissimū fructū in futuro exercitatis in iustitia dabit
princeps pacis æternæ, consignans sibi in beatitudine, quo-
rum communicauit naturæ. Ipsi gloria & imperium amo-
do & usq; in sempiternum. Amen.

SERMO DE RATIONE CIRCVNCISIONIS.

Inter omnia testamenti ueteris sacramenta nihil circunci-
sione solennius antiqua celebrauit religio, nec tantum in
Hebræos, sed etiam in Phœnices & Arabes hæc traditio
uoleuit. Reliquæ gentes tam mandatum quàm factum ir-
rident, & deo minime asserunt conuenire, ut saluatoris
benignitas plagis infantium delectetur, & immeritos in
ipso uitæ initio periculo mortis addicat. Hoc de bono do-
mino sentire, qui neminem uult perire, absurdum, & ir-
rationabile iudicant. Nec tamen eis omnia reliqua sacrifi-
cia sunt horrori, sed in multis naturalem legem sequētes ex-
piationum retinent instrumenta, & immolant uictimas,
& incendunt adipes, & cum odoramentis & libamini-

bus fundunt coram deo uota & preces. Legimus Iob dei te-
stimonio approbatum, iugibus sacrificijs occupatum, nec
legimus circuncisum. Et poterant esse eo temporum diuer-
sis in locis multi uiri insignes, qui iustitiæ Dei subiecti, hoc
signo carebãt, licet filios Esau & Hismaël putandũ sit huius
traditionis non fuisse expertes: uerum cum opus istud &
antiquitas commendet, & iubentis autoritas, inquirenda est
tanti mysterij ratio, quæ Abrahæ specialiter & semini eius
tanto pondere mandata est, ut quisquis in illa gente huius si-
gni careret differentia, Ethnicus, non Iudæus reputaretur,
& à titulo filiorum Israël abraderetur proscriptus. Hoc
cum octaua die iussum sit celebrari, & nomen circuncisio
aptari, intimatum est his qui digni sanctorum consortio cen-
sebantur, quòd eorum nomina scriberẽtur in cœlis, & æter-
næ beatitudinis quam post uitæ huius septimanam octaua
consequitur, hæredes fierent, & consortes quicunq; uitæ in-
nocẽtia & cœlibatus sanctimonia sese domino cõsecrassent.
Tenera itaq; infantia huiusmodi erat imbuenda doctrina, &
ante concupiscibiles motus, quos peccatum meruerat, mise-
rabili pœnæ, & ineuitabili uindictæ etiam in paruulis adhi-
benda erat seueritas: & antequàm ebulliret sartago libidi-
num, prouisum est uentilabrum, quo refrigerari posset, &
extingui de populatricis flammæ uagus ardor, & uniuer-
sa perlustrans incendium. Ideoq; dolor uoluptati, & san-
guini delectationis sanguis tormenti opponebatur, ut in pri-
mis elementis discerent paruuli semper propriæ memores
sectionis contraria curare contrarijs, & ad cohibendos, re-
frænandosq; turpitudinum appetitus necessarium esse sale
corrosorio carnis perfricare pruritus, & semper recrude-
scẽtes desiccare putredines. Ad hoc corpus suum mortifica-
bat Apostolus, non tamen circuncidens illud seminarium
mem

membrum, sed totum se crucifigens, & omnibus extraordi-
narijs motibus opponens cauteriũ, usque adeo corpus suum
redigens in seruitutem ut diceret: Viuo autem iam non ego,
uiuit uerò in me Christus. Cuius facti æmulatores erubesci-
mus in pudendis, & detecto sectoq; confusionis operculo,
quamuis conscientia testis semper nobis exponat scaturien-
tes intus peccati insidias, nec internum uitare poßimus iudi-
cium, uiriliter tamẽ standũ est, & rationis autoritate incre-
pandi sunt titillatorij sensus, & summopere uigilandum est,
ne sequatur assensus. Intra nos pudor iste aboleri omnino
non potest, quia nec totum hoc membrum, sed anterior eius
portio iussa est circuncidi. Res sanè maxima est, si non egre-
diatur foras huius contagio corruptelæ, & insaniens bestia
corrupti anhelitus catenis ferreis in ultimis animæ receßi-
bus alligetur, intusq; fractis dentibus seipsam cõcupiscentia
captiua masticet & corrodat. Manet itaq; erubescentia
propter sensum, ut qui in agone contẽdit, sciens circuncisio-
nis mysterium, ab omnibus se abstineat quæ possunt huic
flammæ ministrare fomentum. Nec tamen peremptoria
est contendentibus, sed probatoria huius sensualitatis col-
luctatio tam ueterna: sed institutum est certamen inter spi-
ritum & carnem, ut uictor homo peccati & pœnæ, post
triumphos solennes coronetur in gloria sine infestationibus
deinceps liber à peccato & pœna. Hanc uerecundiam post
præuaricationem uanitati subiecta, non uolens anima per-
tulit, & uim sustinet inquietudine perurgente, & in-
uoluntarijs motibus fatigata infelicitatis suæ deplorat mise-
riam, liberari de corpore mortis huius desiderans, & pa-
pacifici tranquilliq; status à deo postulat libertatem. Quoti-
diano sanè conflictu spiritus & caro luctantur, & causatur
ratio aduersus domesticum malum, quod ita intra se exer-
ceat

ceat regnum quasi natura sit uitium, & secum traxerit creatio prima peccatum. Hoc utiq; prima non sentit conditio, sed secutum est transgressorem supplicium, & adhesit indiuidua pœna peccato, de quo erubescent quicunq; mundo corde regem in decore suo uidere desiderat. Quis in tam assiduis illusionibus non confundatur? quis non in tantis contumelijs erubescat? Fomes quippe huius mali intus in tenebrosis receßibus latitans, ut uiderit animam alias occupatam, & minus ad sui circunspectionem solicitam, irruptionibus uehementibus erumpit, & blanditijs uenena supponens pudicitiæ puritatẽ inopinatis inuadit assultibus. Ideoq; pudibundus homo nuditatem suam operit, & fœditatem confusus occultat. His redduuis uulneribus semper hac sanie illitis necessaria est per omnem huius uitæ septimanam integris resecatio putredinum, & continua circuncisio cicatricum, & in cæteris quidem membra omnia imperio rationis obediunt, & arbitrij retinent libertatem. Hic uerò ubi Babyloniæ fornax exarserit, & quasi pice & naphtha conspersi libidinum ebullierint appetitus, inflammata caro libertatis priuatur honore, intantum ut rebellia membra uelit nolit in motus nefarios audacter exurgant. Præcedebant olim integumenta rerum significantia abolitionem peccati, & ad perfectionem inchoata tendebant. Nec hoc sacramentum consuetudini antiquæ subtrahere uoluit Christus, & licet non esset in hoc tempore necessarium, tamen ne antiqua religio prorsus reproba uideretur, in se uoluit circũcisionis aptari signaculum. Sanè originale peccatum quod à primis patribus in totam generis huius successionem desluxit, omni tempore aliquibus remedijs oportuit expiari, licet nium plenam significantia non habuerint, donec ad rem ipsam uentum est, quæ figurarum operiebatur uelamine. Et li

et licet sacramentorum arcana omnibus non paterent, uirtus tamen & effectus eorum ignorari non poterat: quia ab Adam usq; ad Noë sacrificia Deo constat fuisse accepta, quæ usq; ad illud tempus sine legis distinctione diuinitus inspirata institutione primi hominis celebrarent. Illa uerò sacrificia ut in animalium sanguine, aut aliarum oblationum incentionibus agebantur, non quòd fumo aut mortibus pecudum delectaretur Deus, sed ut intelligeretur immutabile iudicium, & prolata ab initio sententia in peccatum. Immutabile decretum ab æterna lege exierat concupiscentia affligi, & morte peccatorem puniri, nec poterat plagis exterioribus remedium aliquod subuenire, quin stimulus carnis sine illa exceptione colaphizaret infirmum, & usq; ad dissolutionem mors importuna persequeretur captiuum. Et mors ludibrium carnis concupiscentiarum intersecabat ludibria. nec poterat ultrà peccare illud quod erat putredini ac dissolutioni prædestinatum & datum, sed supererat post mortem carnis animæ labor, & afflictio spiritus. nec poterat ulla ratione illa absolui damnatio, nisi morti omniũ uita omniũ subueniret, & pro generali morbo gratia Dei singulare prodaret antidotum. Hoc antiquũ redemptionis nostræ conlium sanctis patribus reuelauit Deus, uoluitq; ut paulatim sceret homines passioni, & morti necessariæ uoluntariæ ortis opponerent libamentum, & pœnam in medelam, & plicium in remedium commutarent. Huius oblationis doum sacrificia continebant antiqua & incensiones, & ries huius consummationis gratiam præsignabant. Proer hoc cum iam fidei tẽpora propinquarent, imperata est circuncisio, & pars illa corporis, in qua est uoluptatum seminarium & libidinis officina. iussa etiã in paruulis amputari, ut proprij primitias sanguinis ei qui totum sanguinem

suum

suum oblaturus erat, offerrent, & communia singulorum sacrificia singulare præcederent holocaustum. Vbi uerò
Ioan.5. Christus Dominus uenit, de quo in capite libri scriptũ erat, ut in morte sua patris uoluntatem impleret, cessarunt sacrificia, nec iam truncationem præputij Euangelium imperauit, sed circuncisionem cordis, & omnem tam mẽbrorum quàm affectionum petulantiam gladio spiritus resecari, immutabili decreto mandauit. Et tantæ dignitatis illa una redemptoris nostri fuit oblatio, ut una ad tollenda mundi peccata sufficeret, qui tanta autoritate in sancta introiuit in sanguine proprio, ut deinceps nulla supplicantium postulatio sanguine indigeret alieno. A' diebus igitur uisitationis nostræ regnum cœlorum uim patitur, nec iam in expoliatione carnis circuncisio agitur, sed spiritus sancti uirtute uetustatis antiquæ sanies expurgatur.

DE STELLA ET MAGIS
& Innocentium nece.

NAto in Bethlehem saluatore, audita est in Ephratha cius in terris præsentia, & usq; ad syluas cãposq; gentium nouæ huius natiuitatis est fama porrecta, in Iudæa à pastoribus & angelis primo sunt hæc gaudia celebrata, nec multò pòst Arabum fines huius rei notitia penetrauit, & incolis Saba præclari stella luminis cœlestis numinis nouis splendoribus indicauit. Erãt in illis regionibus uiri siderum inspectionibus assueti, qui arte mathematica uim discursumq; noucrant planetarum, qui ex elementorum natura rationem temporũ metientes astrorum ministeria certis experimentis proprijs didicerant effectibus assignata. Hi ex uaticinijs Balaam olim audierant stellam oriri in Iacob, & hominem in Israël cuius fortitudo quasi rhinocerotis, ad quem in trieribus de Italiã uenirent qui superarent Assyrios,

rios, & uastarent Hebræos, quo temporum nec in Iacob idolum, nec in Israël simulacrum esset. Diu homines illi huius prophetiæ prouentum expectauerant, & ubi uenit plenitudo temporis, orto repentè nouo sidere, ad antiqua recurrentes uolumina tam testimonio muniti quàm signo, promadis inuecti in Iudæam stella duce perueniũt. Nec potuere Palæstinæ incolas latere tanti nominis personæ, sed ubi auditum est quòd stellam indicem nati in Bethlehem paruuli requirerentur, Herodi noui regis inquisitio nuntiatur. Euocatis itaq; Magis rei huius ordinem cum omni diligentia scitatur. Audit natum in Bethlehem esse paruulum, quem confitentes regem & Deum qui de Saba uenerant adorare & uenerari festinant: intimatum est ei quod ab antiquis temporibus Moabites propheta, licet gentilis, prædixerat: & contulit cum literis gentium sanctorum uaticinia prophetarum, quorum scripta per omne sabbatum legebantur, de quibus nulla in populo Iudæorum ambiguitas erat quin rata essent, quæ illi uel asseruissent præterita, uel prædixissent futura: à fortitudine eius qui quasi unicornis obuios penetraret, ipsi cuius obsequiũ ultrices de Italia trieres in Iudææ terminos aduentarent, & usq; ad finem mundi dilatarent imperium, anxius expauit & timuit. Conturbabat quoq; aliud quod in Michæa scriptum est testimonium: Quoniam de Bethlehẽ quæ est Ephratha, egrederetur paruulus, qui dominator esset in Israël, cuius egressus esset ab initio à diebus æternitatis. Cumq; ea quæ domestici codices cõtinebant, cum his quæ ab alienigenis dicebãtur, intelligeret conuenire, diuinis tentans reluctari consilijs, simulat perfidus religionis assensum, promittens Magis sese ad adorandum paruulum cum omni deuotione illico affuturum, cum per reuertentes certitudinem de puero accepisset. Turbatur cum rege

maligno

maligno Hierosolyma, non lætatur, expauescit & tabescit, & negare erubescit quod scriptura testatur. Nec minus horrendum scribarum sacrilegium quàm Herodis impietas, quia proprio Iudæi abutentes priuilegio cum uisitationi diuinæ inuenirentur ingrati, causam sibi cum Herode fecere communẽ, cum hinc & inde impietas & infidelitas aduersus Dominũ & Christum eius fremerent, & pariter in eius odio cõsentirẽt. Ecce alienigenæ à fluminibus Aethiopiæ adparuulum Christum supplices ueniunt, & filij dissersorum deferunt munera, accedũt qui longè erant, & qui propè recedũt, in loco humili & supellectile uili rex regum & Dominus dominantium inuenitur, cognoscitur, & ab alijs adoratur. Quia uerò neminem in conspectu Dei apparere uacuum antiqua lex edocet, præuaricatoribus legis abeuntibus uacuis primitiæ gentium sacramentalia munera proferunt de thesauris, & Domino aurum & odoramenta præsentant, profitentes ex ratione munerum de eo quem adorabant quid crederent, quid sentirent. In auro regem, in thure sacerdotem, in myrrha incorruptibilem quamuis passibilem profitentur. Oblatio ista incarnati uerbi & expositio mysteria, & breui subtiliq; iudicio utriusque naturæ humanæ diuinæq; exprimit unitatem, quid & proprium est unicuique singulatim distinguens. Nam Deo patri, cuius regnum & imperũ suis mundum replet splendoribus, in odorem suauitatis summus sacerdos & pontifex Christus se obtulit, cuius caro passionis cremata carbonibus, incensionis suæ flagrantiam transmisit ad cœlos, & usque hodie odor ille suauissimus in terrestri cœlestiq; ecclesia indeficiẽs perseuerat. Quòd autẽ passibilitas, quam obediens Deo uoluntarie suscepit, incorruptione firmata sit, uirtus myrrhæ obuians corruptelæ suo probat effectu, & uisibilium ratione manu

Exod. 23.

nerum immortalitatis solidæ constat euidens argumentum. Adorato Domino magi hilares alio tramite in suam patriam reuertuntur, quia necesse est ut qui credunt ad iustitiam, ore etiam confessi sunt ad salutẽ, deinde uias eligant meliores & se districtioribus mandatis obligent, quoniam per uias latas descensusq; præcipites itur ad inferos, per arctas uerò & difficiles reditur ad superos. Propter uerba Prophetarum Dei religiosus quisq; uias duras ingreditur, & iucundator uoluptatum stantem ex diuerso hostem securus aggreditur. Arcta uia est castitas, trames strictus humilitas: iejunijs affligi, & carnem in seruitutem redigere, scopulosæ semitæ, sed ad patriã superiorem non nisi per meatus difficiles armati milites reuertũtur. Non est tutus ad Herodem regressus, nec expedit cũ his qui oderunt deum fœdera pangere: nec de regione cum malignantibus inire consilia, quorum familiaritas infantiam Christi studiose persequitur, antequàm formetur Christus in nobis in ipso piæ conuersationis initio ut extinguatur spiritus & suffocetur uita iustiæ penitus elaborat. Delusum se Herodes conqueritur cũ magos aliàs cõperit diuertisse, quia molestissimum est principi tenebrarum cum excogitatis laqueis tentatos quoslibet euasisse, & acriori inflammatus rabie, in neces innocentium debacchatur. Sic sanctorũ persecutionibus tyrannus crudelis illuditur, qui dum putat perdere quos occidit, salutis uitæ statum eis procurat: & quod ille in perditionem molitur, hi utũtur pro beneficio, quibus lucra uitæ perpetuæ per hæc momẽtanea damna celeri compendio acquiruntur. Ecce paruuli isti, quos hostis naturæ, pictatis inimicus bestialis sæuitiæ, inauditæ crudelitatis monstrum Herodes occidit, subitò fiunt martyres, & dum uice Christi, & pro Christo auulsi à matrum uberibus detruncantur, testimonium

Via ad cœlum difficilis.

Herodes delusus cõqueritur.

Herodis truculentia.

monium quod nondum poterant sermone, perhibent passio-
ne, & sufficit causa testimonio, licet nondum eloquio distin-
guatur. Illico spiritus infantilis uasculi receptaculū deserens,
iam non tenelli corporis ætatisq; nouitiæ tempore tenetur.
sed ab illis infantilibus coagulis anima expedita, adepta ra-
tionis & intellectus plenitudinē in occursum Christi festi-
nat: à quo militiæ suæ quærens stipēdium, ad lucis & pacis
æternæ præmittitur gaudia, & Epiphaniæ solennia in cæ-
lestibus celebrat, nec in stellæ alicuius lumine, sed in ipsa cla-
ritate diuinæ præsentiæ gloriatur. Acta est natiuitatis festi-
nitas sursum iubilantibus angelis, deorsum ex ore infantium
& lactentium laus est perfecta resonantibus usq; ad cælos
uictoriæ tubis, & uersus est paruulorū uagitus in gaudium,
& luctus in iubilum, sequente non stellam sed agnum exer-
citu innocentium, & baiulante gloriosissimi triumphi so-
lenne uexillum. Nec potuit mūdus inficere nuper agonem
ingressum infantilem exercitum, & pedes qui nondum lu-
tum calcauerant, urgens citatusq; transitus non est passus
ullis sordibus inquinari: sed in ipso uitæ initio tota illa inno-
cua phalanx sine ullo integritatis detrimento ad solidioris
uitæ translata est gloriam. Et quæ expectari poterat annō-
rum elapsu rationis discretio, repentè nullis iam ætatibus illa
temporibus subiecta omnis consummationis reperit finem,
& casuum accidentiū mutabilitates euasit. Euigilauerunt
sensus quos sopor infantiæ opprimebat, dissolutisq; palpebris
intuiti lucē in momento assecuti sunt, quæ pacificis & mun-
do corde debetur, beatitudinē: & ascendentes per omnium
uirtutum gradus sine doctrinæ humanæ exercitio cumula-
tam inuenere mensuram, ita ut in ordine sanctorum proto-
martyres primum habeant locum, & secretorum conscij
diuinorum propinquitate familiarissima clementiam Dei pro

Ex ore infantium perfectiū laudem.

nostris exorent laboribus, quos usq; hodie funestus He-
rodes persequitur, quorum sanguine & morte diabolus de-
lectatur. Hi itaq; à cunabulis in cœlum translati, facti sunt
superni Capitolij senatores & iudices, nonnullis ueniam
obtinentes immeritis: assistuntq; miserationibus & ultio-
nibus diuinis, sed sæpius agni, quem quocunq; ierit prose-
quuntur, mansuetudine, quàm ira uel furore utuntur. Hi
super cruore lacteo loti primitias baptismi martyrio con-
secrarunt, tradentes posteris formam, ubi necessitatis articu-
lus exclusserit moram, non minus ad lauacrum animæ san-
ctificationem efficacē, quàm sanctificatas uerbis solennibus aquas,
maxime cum nec sanguis hoc elemento careat, sed aquarum
motu per totū corporis alueum fluat. Spiritus uerò sanctus
& aquis & sanguini superfertur, qui subiectos sibi fouet &
abluit, quo baptizante idem occisio quod mersio operatur,
quia extinctam peccati uitam uirtutemq; emortuam utriusq;
rei continet sacramentum. Ipse enim est qui uel hoc uel alio
modo quicunq; est ille modus, baptizat & ad idem refertur
quod pura fide agitur per Christum dominum nostrum.

DE BAPTISMO CHRISTI, & manifestatione trinitatis sermo.

NOn satis est quòd angeli locuti sunt pastoribus, quòd
apparuit stella regibus, quòd natiuitati & personæ
& loco consona prophetarum oracula, perfidæ gentis indi
cio Christo perhibentia testimonium, in unam conuencre
sententiam: sublimius & perfectius testimonium profertur
diuinitus, & ipse pater inuisibilis auditur, & aures huma-
nas omnipotentis dei præclara uox penetrat, & inaudita à
seculo fidei species declaratur. Veniebat Christus ad ba-
ptismū, non egens lauacro, in quo peccatum non erat, sed ut

Christus baptismo daturus autoritatem baptizatur.

Remittere, est spiritus sancti.

sacramento perennis daretur autoritas, & tanti uirtutem operis nulla personarum acceptio commendaret, quoniam remissio peccatorum siue per baptismum, siue per alia sacramenta donetur, proprie spiritus sancti est, & ipsi soli huius efficientiæ priuilegium manet. Verborum solennitas, & sacri inuocatio nominis, & signa institutionibus apostolicis sacerdotum ministerijs attributa, uisibile celebrant sacramentum: rem uerò ipsam spiritus sanctus format & efficit, & consecrationibus uisibilibus inuisibiliter manum totius bonitatis autor apponit, & plenitudinem gratiæ unctionis diuinæ pinguedo sanctificationibus officialibus infundit, & rem sacramenti consummat & perficit. Si in Petri uel Pauli nomine baptismi gratia donaretur, posset alius alio uideri sublimior: & secundum ministrorum merita hæc singularis gratia æstimari, ut melior esset baptismus eius qui sanctior uideretur, & indignior esset qui ab eo acciperetur, què non amplior æstimatio commendaret. Hæc & in alia sacramenta transferretur iniuria, ut non in eis unitas, sed diuersitas haberetur, si censerentur à melioribus fieri meliora, & minus haberent utilitatis & ponderis quæ fierent ab indignis. Sic eucharistia una alia melior, & baptismus pro ministerio uel melior, uel deterior crederetur. Absit hoc à fide catholica, absit à religione Christiana tantæ corruptionis sentimentum. Vna nobis fides, unus dominus, unum baptisma: quod si ab indigno fortè fuerit consecratum, non audet iustus iterare uel corrigere quod semel est factum: quia per quencunq; fiat idem est. nec hoc priuilegiū meritis est datum sed gratiæ, & proprie sibi omnipotentia dei retinet hunc effectum. Neq; enim Paulus pro nobis crucifixus est, aut nos gloriamur in Paulo, sed in cruce Domini gloriamur, cuius uirtus omnia peragit sacramenta, sine quo signo nihil est sanctum.

Fides omnibus una.

ctum, neq; aliqua consecratio meretur effectū. Hinc omnium sanctificationum exurgit sublimitas & profundum, & longe lateq; plenitudo diffunditur gratiarum. Quòd ne ulla præsumptio sibi doni huius in posterum gloriam uendicaret, in hoc sicut & in alijs, domini nostri ecclesiæ suæ prouidit benignitas, ut ipse baptizaretur à seruo, ne cōserui conseruorum ministerium detractarent, uel aliquis cuiquam in hoc opere præferretur, quoniam siue Iudas siue Paulus baptizet, Christus peccatum lauat, absoluit, & delet. Sic Rachel & Lia, Balam & Zelpham maritis accommodant & liberos accipiunt ex uteris ancillarum. Scribæ & pharisæi in cathedra Moysi sedentes, dum agunt quæ ad cathedram pertinent, per omnia plenitudine potestatis utuntur, & officium non uita tantis effectibus honoratur. Obediunt dæmones exorcistis, Christū, inquiunt, scimus, & Paulum nouimus, & in nomine Christi quem Paulus prædicat adiurati egredimur, uos autem penitus ignoramus. Ecce in nomine suo nihil quæstuarij peragunt exorcistæ, nec se eis defferre ipsi dæmones profitentur, sed nomen Christi etiā per lucrorum sectatores suæ gloriæ retinet potestatem: & fiunt in talibus causis ministri mercenarij sicut naues onerariæ quæ per pelagus euehunt institores, quarum rectores pollicitis eorum, quos ducunt, pecunijs inhiant quàm saluti. Et tamen mare seculi huius necessarios habet huiusmodi transfectores: alioqui cessabunt commercia, nec ex transmarinorum copia aliorum inopia habebit subsidium, nec occurrent sibi solatia regionum si uehicula tollantur de inuio, & pelagus immeabile relinquatur. Bonis quippe sæpe malorum ministeria suffragantur. Supponit itaq; ceruicem sanctam manibus hominis humilitas redemptoris, & licet plenam non habeat uirtutem, suscipit tamen Christus baptisma

Baptismus se latè extendit.

Similitudo.

Ioannis. Præparabat uiam Domino Ioannes lauando exterius corpora, ut præcederet exterius lauacrum secuturum baptisma, in quo conferretur animarum ablutio, & peccatorum remissio. Præcessit quod erat ex parte, ut consummatio sequeretur. Horret tamen Ioannes, & acclinat sibi esse sacrum Christi caput non patitur, quia maiorem à minore benedici antiquis regulis refragatur, & criminalis ei uisa est usurpatio potestatis. De plenitudine Christi omnes accepisse, & seipsum, cum cæteris prædicarat Baptista, ideoq; Deo & hominem manus imponere iudicabat temerarium, lauare eum in quo non erat peccatum, æstimabat superfluum. Sed ad soluendam calciamenti huius corrigiam confessus indignum, formidabat exhibere prælatum, si ipse in magistro sine causa tentaret hoc agere quod ab ipso suscipere necessarium dignoscebat. Ideoq; tremebundus humili satisfactione postulanti ministerium, negat assensum, non quòd obedientiam detrahat imperanti, sed quòd iudicio suo seruo subdi, non competat maiestati: Tu, Matth. 3. inquit, uenis ad me, & à te debeo baptizari. Cui Dominus: Sine modo. Sic enim decet nos omnem complere iustitiã. Ioannis humilitas non arguitur, nec uituperabile usum est Christo simplicitatis diffugium, quod reuerentia, nõ imperitus suggerebat. In hoc igitur omnem impleri iustitiam assecuerat, si doctrinam præcedat exemplum, & honore se inuicem præueniant, qui maiorem & qui minorem obtinent locum, & qui maior est fiat minor, & præcessor sicut ministrator: si in unitate sacramentorum omnes simul conueniant, si pacis ecclesiasticæ fœdera non disrumpant. Baptizatur Christus nec ultrà Iordanis retrorsum conuertitur, aruerunt unctiones Iudaicæ, ceremoniæ putruerunt, perpetuo lapsu baptismi gratia emanat ad posteros, nec ulla uetustate siccatur. Adesse se tantis mysterijs & præsentiam suam dignosci dignata est sempiterna diuinitas, cœlisq; apertis in specie columbæ spiritus sanctus ibi seipsum ostendens, & intelligi uoluit & uideri, & quietissimo elapsu aduemens super Christum quieuit & mansit. Acceperat quippe familiare super hoc ab eodem spiritu Ioannes responsum, quia super quem spiritum sanctum sub hac specie uideret, ipse esset apud quem baptismi maneret autoritas, qui mundi peccata tolleret, qui solus à nullo sanctificatus, & cuncta sanctificans non tam interesset sanctificationibus & sacramentis omnibus, quàm patraret. Sed & uox pa- Matth. 17. tris audita est cœlitus: Hic est filius meus dilectus, in quo Mar. 9. mihi bene complacui, ipsum audite. Hucusq; Domine sancte pater non audiuimus te loquentem, qui multifariè olim patribus locutus es in prophetis, & per angelos sanctos, quibus ad diuersa sæpe mysteria à te legatio est iniuncta. Teipsum non ita ante hoc tempus locutum audiuimus, ut personaliter tibi assignetur locutio quã proferres. Hanc uocem à paternitate tua delatam, nemo est qui ambigat, non est qui sibi hoc uerbum audeat arrogare, non est in cœlestibus agminibus qui Dominum Iesum, suum audeat filium nominare. Certè sibi soli nota est trinitas, & solus pater scit filium, patremq; nouit filius, nec à quoquam nisi eo reuelante est cognitus. In hac diuini magisterij schola pater est qui docet & instruit, filius qui arcana Dei nobis reuelat & aperit, spiritus sanctus qui nos replet & imbuit. A patre potentiam, à filio sapientiam, à spiritu sancto accipimus innocentiam. Pater eligit, filius diligit, spiritus sanctus coniungit & unit. A patre nobis datur æternitas, à filio imaginis eius conformitas, à spiritu sancto integritas & libertas. In patre sumus, in filio uiuimus, in spiritu sancto

Trinitatis unio.

cto mouemur & proficimus. Conuenerunt simul sempiter-
na diuinitas & temporalis humanitas, & eo tenore utriusq;
naturæ facta est unitas, ut impossibile sit quod iunctum est
ab inuicem separari, sed uerbum & caro sic sunt una essen-
tia, ut perfectam & integram syncera cõiunctio faciat uni-
tatem. Nec iniuria est, sed gratia Dei si quod minus uidetur
digniori iungatur: cum inferior natura contumeliam pro-
brumq; peccati non contrahat, nec est minoratio maiestatis,
prouectio paupertatis, nec altitudinem Dei in aliquo humi-
litas dispensatoria dehonestat: hoc testimonium auditum est,
quia filius Dei est, quem Ioannes tenet in manibus, uerus ho-
mo, uerus Deus, unicus patris, in sua natura inuisibilis, in
nostra uisibilis, ut fide & experimento fulciatur doctrina,
dum & uisu & intellectu incarnati uerbi notitiam assequa-
tur. Dilectus à patre immerito nos dilexit, ultro uisitationis
suæ nobis beneficiũ largitus est, ultro sanauit, ultro curauit,
ultro libertate donauit. Etiã ingratos prosequitur hic amor
& reuocat: neq; tunc odit, cum corripit & flagellat: ipsq;
ad mortem Christum duxit dilectio, & resurgẽs à mortuis
charos habet, quibus tantæ charitatis affectum ostẽdit. Duo
grata uocabula filius & dilectus ipso Deo dictante nostris
sensibus imprimuntur, ut communio nominum nos associet
collegio munerum, & tantæ dulcedinis nomina nostrum
emolliant animum, accendantq; deuotionis affectum: per o-
mnia sibi pater in filio complacuit, nec ulla in eo serpentis
sunt reperta uestigia, nec sacerdotij eius pœnituit Deum,
quoniam sacrificium quod in cruce obtulit, sic in beneplaci-
to Dei constat acceptabile & perpetua uirtute consistit, ut
non minus hodie in conspectu patris oblatio illa sit efficax,
quàm ea die qua de saucio latere sanguis & aqua exiuit, &
semper reseruatæ in corpore plagæ salutis humanæ exigant
pret-

Dilectio dei in mortales.

pretium, & obedientiæ donatiuum requirant.

DE BAPTISMO CHRISTI

SERMO.

HVic dilecto filio tuo tu Domine nos præcipis obedire. Loquere igitur Domine, quia audit seruus tuus. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, doctrinam tuam ample ctor: suaue est mihi eloquium tuum, uiuus & efficax sermo uus ancipiti gladio penetrabilior usque ad diuisionem spi- ritus & animæ meæ attingens, carnales & spirituales intra me separat & sequestrat affectus, & à uilibus pretiosa di- stinguens quasi flagello de funiculis contexto, de meo in- teriori templo quod tu inhabitas, omnem nundinationem ex pellit, nec patitur in atrijs tuis mercimonia columbarum, sed à sanctuario gratiæ tuæ omnem uenalitatem excludit. Audio te cum irasceris, audio cum misereris, siue parcis, siue flagellas, iustum & bonum te prædico, in ira suppli- co, in clementia gratias ago, nec sanctis sermonibus con- tradico. Loquere magister bone, libenter te audio, & cum aduersaris mihi, etiam in plagis & doloribus intelligo di- sciplinam: nec latet me, te docente, ad siccandas corru- ptionum mearum putredines prodesse cauterium, & mun- dare cicatrices ueteres sal disciplinæ tuæ, Euangelio tuo medente infusum. Præcipis ut infundam corrupto pul- moni hyssopum, & spiritus tui suauitate epota, totius malignitatis inflatio detumescat. A te Deus bone humi- litatem discentes, quasi mansueta animalia quieto gressu te baiulamus sessorem, nequaquam sub hoc onere laßi- tudinem, sed quietem inuenturi: quia iugum tuum non est graue, sed leue, & lex tua & testimonia iustitiæ & præcepta, timor & iudicia delectabilium in se rerum con- tinent sacramenta. Lex tua docet uitare peccatum, & cor-

ripit transgressores: & ut lotis mundisq; pedibus in uia immaculata incedant, omnia præmonstrat offendicula, & iniquum omnino est, ut te in aliquo dilecti tui offendant. Verè hoc mandatum legem complectitur & prophetas, & in hoc uerbo omnium scripturarum uolumina coarctantur. Hoc natura, hoc ratio, hoc Domine uerbi tui elamat

mat autoritas: hoc ex ore tuo audiuimus, hic inuenit cõsummationem omnis religio: primum est hoc mandatum & ultimum, hoc in libro uitæ conscriptum, indeficiẽtem & hominibus & angelis exhibet lectionem. Legat hic unum uerbũ, & in hoc mandato meditetur Christiana religio, et inueniet ex hac scriptura omnium doctrinarum regulas emanasse, et hinc nasci & huc reuerti quicquid ecclesiastica continet disciplina, & in omnibus irritum esse et friuolum quicquid dilectio non cõfirmat. Non pertinet Domine ad te, nec de tuis est qui te non diligit: nec diligit te, qui scienter offendit. Dilectioni tuæ detrahit, qui terminos à te positos transit, et euãgelij tui decreta transgreditur & contemnit. Non amat te, qui pecuniam diligit, tibi & mammonæ nemo simul deseruit. Non pertinent ad te speciem pietatis habentes & negantes uirtutem, nec militant tibi negotiorum huius seculi tractores: non audiunt te, sed sicut aspis aures suas obturant, ne eorum corda uerbum tuum penetret, quotquot peccato seruiunt uoluptati carnalium amatores. Lex tua Deus Apostolorum & martyrum testimonio cõfirmata, paruulis tuis pauperibus spiritu quibus tibi regnum tuum dare complacuit, sapientiam præstitit, & lætificauerunt animas eorum iustitiæ tuæ, in quibus per eandem legem edocti uixerunt: & hoc dilectionis præceptum ita fidelium mentes illuminauit, ut in pace & sanctimonia uiuentes pacificis & mundis cordibus te uiderent, & simul amor sanctus & timor casus perseuerantibus tibi studijs obedirent, usque adeò tibi offensionibus huiusmodi propinquantes, ut fierent iudiciorum tuorum conscij, & per ipsos tua & nunc & postmodum iudicia exerceres. Præcepisti Domine ut audiamus dilectum filium tuum: gratias tibi agimus, quia nos eius magistrio commendasti. Nos uerò ex præcepto tuo eius doctrinæ

Diligere deum primum & ultimum præceptũ.

nos

nos tradimus informandos, & inhærentes ei libenter, cum duce spiritu sancto omni tempore audiemus.

DE IEIVNIO ET TENTATIONIBVS CHRISTI.

ANno tricesimo carnis assumptæ baptizato Domino in Iordane, postquam reuelāte patre, quòd filius Dei esset innotuit, non iam conueniebat eum putari filium Ioseph, uel esse subditum illi. Nec tamen repente ad signa & miracula & doctrinam usus est potestate, sed interim autoritatem continuit: & antequàm notum se faceret mundo, expositus se tentandum diabolo, non ut diuinitatis integritas probaretur, sed ut tentatoris confunderetur præsumptio, dum fame & lassitudine post ieiunium ueritas humanitatis pateret, quæ diuinitati associata omnino peccati sensu et cōsensu careret. Hæc ætate tēpus doctrinæ insinuatū est rationabile, nec ante hanc metas perperam inuadi magisterium, data est forma: qua nō competit annis impubibus sedere in cathedra, & in primogenitis boum lege aratio est interdicta. Iam uerò cum ætatis & temporis ratio conueniret, & ad obediendū uerbo Christi mandatum cœlitus aduenisset: uoluit tamen sapientia Dei primò erudiendos informare exemplo, & contra tentamenta proponere documenta, ut audiret & uideret & sentiret humana rationabilitas, quàm insuperabilis sit uictrix q; peccati, si libertas arbitrij libero moderamine dirigatur. Igitur desertum Christus ingreditur, ibi suo, id est spiritu sancto duce & comite conuersatur. Locus secretus eligitur, quia solius Dei iudicio ieiunia sunt agenda, & singulariter inspectorem, adiutoremq; Deum uolunt hæc habere certamina, neq; in agonibus aliquibus periculosius militatur. Nulli regionis exercitio fraudulētius inanis gloria adulatur, nulli uir-

Cathedra ueritatis quibus cōpetit.

Christus in deserto.

tuti fauor ita blanditur. Ieiuniorum sudoribus laus importuna se ingerit, & subtilissimis aculeis penetrans animam, dum extollit, emollit: & pungit, cum ungit. Virtutem in hypocrisim uertit, & simpliciter inchoata perucrtit. Quasi tinea quod integrum erat rodit & occupat, & sanctitatis fundamenta euellit & dissipat. Subtilissimum malum proprio laqueo hypocritam iugulat, & proprijs armis sanctitatem impugnat. Castigatio carnis spiritum inflat, & macies corporis extenuatum arrogantem impinguat. Contemptus uenationem uenatur, fames & calamitas laudibus saturatur. Mens hoc ueneno imbuta in miserijs deliciatur, & occupata hac scabie in ulceribus gloriatur. Religio fit superstitio, & succedit ei ambitio subornata. Extincto spiritu quatriduano cadaueri solæ supersunt exuuiæ, uirtutis species exanimis & simulacrum sanctitatis. Tanta est hypocritarum dementia, ut fœtoribus pro odoribus abutantur, & pretiosa illa, & aspera suauia arbitrentur, & fauorum sapor omnium dulcedinum superet condimenta, omnisq; delirans spiritualitas contrarijs delectetur. Propter hoc solitudo cantante Christo eligitur, ut non cum carne & sanguine, sed cum spiritualibus nequitijs dimicetur, & amotis minarum occasionibus homo cum diabolo colluctetur, & soli sint in palæstra Christus & antichristus, spiritus & antispiritus. Nec q; putet homo se euasisse pericula, cum in eremum uenit: quia quantò subtilius, tantò difficilius à tentatore inuaditur, qui cogitationum foribus assidēs omnia uirtutum genina in ipso ortu strangulare molitur. Imaginem Christi delere cupiens, adulterinos colores naturali pulchritudini superducit, claritatem spiritus interpolat & obnubit. Verum liberius anima expedita obuiat impugnanti, ubi compedes

Hypocritarum dementia.

Solitudinis palæstra difficilis.

pedes impedimentorum defuerint, & aspectus irritamenta non nouerint: securiorq; est congressus, ubi singula non uelicant dimicantem, nec inebriant animum lenocinia uoluptum. Honestius cum spiritu quàm carne luctamur: quia carnis complexus fœdus exhalans nebulas, eum qui sibi adhæserit aliqua ex parte contaminat, nec libidinum morsus quisquam euasit illæsus. Flatus ille pestilens etiam longè positos inficit, & hoc certaminis genus fugam potius quàm assultum requirit. Et quia solent oratione & ieiunio dæmones edomari, munitio eremi cum huiusmodi armatura exemplo magistri recipit Christianos: quos etsi omnes diuersorium non excipiat loci, animi tamen omnino necessaria est solitudo, ubi erecta specula mens sibi insopita prouideat, & detersa rubigine coruscantibus armis importunum hostem terreat & repellat. Ieiunijs uitiorum sentina siccatur, petulantia marcet, concupiscentiæ languent, fugitiuæ abeunt uoluptates. Extinguitur ardentis Aetnæ incendium, & flammiuomi fornax Vulcani extincta intrinsecus montes conterminos non adurit. Ieiunium si discretione regatur, omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gulæ spoliat & exarmat. Ieiunium extraordinarios motus in cippo claudit & arctat, & appetitus uagos distringit & ligat. Ieiunium si humilitate ornetur, seruos Dei, munidi efficit contemptores. Ieiunium carnes azymas mundat & solidat: & putredines quæ ex adipe prodeunt, consumit & siccat. Ieiunium scripturarum delicijs pascitur, contemplatione reficitur, gratia stabilitur, cœlesti pane nutritur, Danieli interpretatio somniorum reuelatur ieiunio, & tres pueri de Babylonio illæsi egrediuntur incendio. Moyses in monte quadraginta diebus cum Domino perseuerãs, & Dei familiare colloquium, & legis ministerium ieiunio promeretur.

Luctæ spiritus honestior quàm carnis.

Ieiuniorum uirtus.

tur. Helias quoq; eodem dierum numero abstinens in eremo conuersatur. Vtilitas ieiuniorum tẽporibus Christianis claruit patuit, & à multis frequentata in plurimos se effudit. Quotquot uiros uirtutum uidimus, sine ieiunio non legimus effendisse: nec aliquid magnũ moliti sunt, nisi prius abstinentia præcessisset. Quoties aliquid à Deo obtinere conati sunt, ieiunijs incubuere & lacrymis, & pernoctantes in orationibus, cilicijs carni hærentibus supplices beneficia postularunt. Nec defuit prouentus, ubi ad pedes Dei sacrificium contriti cordis offerens se prostrauit humilitas, sed propè fuit inuocantibus se Deus, & porrexit manum naufragis, et subuenit afflictis. Si Moysen & Aaron & Samuelem hodie haberet ecclesia, cum inuocarent, exaudirentur: & orantibus Iob, & Noë, & Daniele, populo parceretur. Rarus hodie pœnitentiæ, qui perfodiat impudicos: rarus Moyses, qui occidat sacrilegos: rarus Samuel, qui inobedientes lugeat: rarus Iob, qui pro filiorum negligentia sacrificium offerat: rarus Aaron, qui coram Pharaone comminationes diuinas edicat: rarus Noë, qui his, quibus submersio imminet, arcam bitumine liciat prouideat. Flens cum Apostolo dico, inimicos crucis qui terrena sapiunt magistratus, quorum Deus uenter est, qui in his quæ dicere nefas est impudentes lætantur & gloriantur. Venerunt periculosa tempora quæ prædixit Apostolus, in quibus uoluptatum amatores magis quàm Dei, specie pietatis habentes, uirtutem uerò abnegantes. Inueniuntur præpositi innumerabiles, qui ieiunia & orationes nec digito mouent, in quorum manibus iniquitates sunt, & muneribus eorum dextra oneratur: frustra ab his quærantur miracula, frustra auxilia implorentur, non sunt idonei intercessores, Domini contemptores, nec conuenienter ad placandum eum accedunt, nec conciliant.

Raritas bonorum.

Philip. 3.

ant quem offendunt. Efficax est oratio præcedente ieiu-
nio, & sacris studijs antecedentibus non patitur postula-
tio deuota repulsam. Eligitur solitudo, ut soli Deo uacans
anima cum in se per continentiam mactauerit uoluptates,
purgatis affectibus ad cœlestia euolet, & uidens Deum o-
ret & adoret, & dulcedinis supernæ suauitatem prægustet.
Forma igitur ieiuniorum proposita fixoq; exemplo, post-
quàm quadraginta dierum abstinentiam Dominus consum-
mauit, Satan cum esurientem uideret, accessit. Retroactum
tempus obtinuerat quies, & secum silētij sera opus illud exi
mium saluator exegerat, modò oblata famis occasione tumul
tuator de latebris prodiens foras egreditur, et subdola pro-
fessione quasi compatiens ei subuenire periclitanti naturæ
Luc. 4. hortatur: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Nec
uult fateri, nec præsumit diabolus diffiteri Christum filium
Dei, sed dubie dispenseq; consulens tendiculas blandis inne-
ctit sermonibus, ut obaudientem sibi reddat obnoxium, &
se de compassionis specie reddat acceptum. Caro & lacessi-
tudo et cætera huiusmodi hominem testabantur, uirtutis in-
tegritas & uita carens omni peccato perfectius ei priuile-
gium adscribebant, & diuinitas potentissima ex ipsis effe-
ctibus negari non poterat. Fuerant & ante Christum uiri
insignes, prophetæ, & sacerdotes, sed in peccatis concepti
& nati, nec originali nec personali caruere delicto, & in-
uenta est in omnibus uel ignorantia, uel insufficientia, in
quibus erronei peccauerunt, & eguerunt misericordia Dei,
per quam edocti & restituti gratias egerunt Deo, &
ad plenitudinem iustitiæ multum sibi deesse confessi sunt, &
sperantes in Deo nullam sibi soliditatem attribuere præsum
pserunt. Non ita Christus, in quo uerbi carnisq; sic conue-
nit natura, ut nulla alteri ex altero iniuria deueniret: quia in
car

uerne socia nullam diuinitas maculam reperit, nec sequuta
est, nec præcessit. Hæc naturarum coniunctio diabolū excæ-
cabat: quia impossibile ei uidebatur, uel quòd esurire posset
diuinitas, uel quòd tantæ tolerantiæ posset esse, tantæq; po-
testatis corporalis humilitas. Duplicem itaq; inquisitionem
sinuosa calliditate orditur, ut de Christo utrum naturalis fi-
lius Dei sit, ipso respondente certitudinem habeat: ut cum
Deum confessus se fuerit, absurdum uideatur quòd Deus
esuriat, & in quamcunq; partem se responsio uerterit, ne- *Tentatio prima.*
cessitas conclusionis occurrat: Si filius Dei es tibi non com-
petit esurire. Quòd si esuris, manifestum est filium Dei non
esse, quem uiolentia necessitatis communibus indigentijs in-
tercludit. Succurre, inquit, necessitati si potes, alioqui defi-
cies, & præsentes lapides in panis muta substantiam: sic
enim fiet ut euadas periculum: & si hoc potueris, probes te
Deum. Non erat digna responsione quæstio malignantis:
neq; enim technas diaboli Dominus ignorabat, sed diuino
cauillatori satisfecit eloquio, subtilissimo dogmate edocens
corporis & animæ uitæ proprijs alimonijs deberi subsidia,
& cibum animæ, id est, uerbum Dei edulijs corporalibus
præponendum, & citius attentiusq; menti prouidendum
quàm uentri. Nec opus erat ut hoc facto insidiatori inno-
tesceret: quia nullo signo eius poterat inuidia commutari, cu
ius incorrigibilem iniquitatem desperatio sugillauit. Super-
stuum igitur erat ad suggestionem eius ibi nulla profutura
miracula operari, cum satis esset diligenter consideranti,
quòd esurientem cibi non superabat appetitus, & desiderij
motus defectio non esset, sed uirtus. In nullo Christum ali-
qua coēgit aut dominata est ei necessitas, qui propriæ mo-
deramine uoluntatis disposuit & persoluit quod exegit hu-
manitas. Sicut in ipsius uoluntate fuit consecrare ieiunium,

ita & in potestate fuit tempore opportuno sumere cibum, quod utiq; nec ministerio, nec consilio diabolifuerat ordinandum, quia & abstinentiæ & refectionis penes ipsum erat & arbitrium & facultas. Itaq; nihil certitudinis seductor extorsit, sed dubius, incertusq; dimissus est, nec obtinuit ut se proderet Christus miraculo, uel intemperanter adhibum properans obediret seductoris consilio, quasi tunc primum quid fieri oporteret data doctrina, acceptaq; sententia. Repulsus igitur autoritate scripturæ, & propositi firmitate defecit scrutinio, nec tamen alia aggredi uia destitit, & falsatis argumentis prioribus alia subijciens, quibus ab eo consentaneas sibi responsiones aliquas extorqueret, adiecit. Eo igitur supra templi pinnaculum cõstituto, quem gula non potuit, uana gloria subuertere nititur. A' multis ambigitur utrum fuerit hic translatio corporalis: & si de loco ad locum se Christus transferri permiserit, eo modo quo Abacuc de Iudæa in Chaldæam delatus est, & Philippus de Azoto in occursum eunuchi, qui reuertens de Hierusalem non intelligens Esaiam, codicem reuoluebat. Sed quòd corporaliter eum diabolus tulerit, uidetur inconueniens, quòd humeris eius saluator insederit, & pro uehiculo usus sit quem præcipitatorem sciebat uel ei ferendum secommiserit, cuius insidias agnoscebat. Suo itaq; spiritu eum credendum est ductum, & in deserto, & super templum, ut utrobiq; eum diabolus assumeret ad tentandum. Et localiter quidem in deserto prima fuit tentatio, sed cæteras eo modo circunduxit tentatoris astutia, uel circunduci passa est patientia saluatoris, quomodo Ezechiel cum super fluuium Chobar sederet, Hierosolymam raptus in spiritu ciuitatem ædificat & metitur, & muros & templum instaurat. Hoc modo super culmen templi Christus erat in spiritu, sciens quid

Tentatio secunda.

Dan. 14.
Act. 8.

Ductus à spiritu qualiter intelligitur.

Ezech. 43.

quid antè spiritus affectaret, & hosti se de uana gloria pulsaturo opportunitatem parabat. Hac igitur occasione loci horratur & consulit, ut in urbe sancta & frequentia populorum quasi nouus funambulus in excelso pendulus, se deorsum ad spectaculum uulgi iactet intrepidus, addens ex testimonio scripturæ, angelorum affutura suffragia, quæ eum exciperent & conseruarent illæsum. O excecabilis diabolimalitia! ô stulta nequitia! ô insensata uersutia! ô præsumptio excæcata! Putabat malignus quem gula non uicerat, uana gloria superari. Experientia quippe rerum docerat, & in multis probauerat uitiorum uictores sæpe magis laudationũ corruptos, & cognatum propinquumq; esse uirtutibus malum adulationẽ: nec facile quenquã posse cadere, qui libenter assentatorum canticis porrigat aures, & laudatorum modulationibus delectetur. Et sicut rarus est aut nullus qui de se mala dici æquanimiter ferat: ita rarus est qui non bene de se uelit sentiri, & se, si rectè uiuit, stantem in uitæ rectitudine non diligat æstimari. Quòd si opera eorum foras exierint, rarus est qui hominum iudicia conculcet, & laudes humanas cõtemnat. Hoc generale malum in humano genere satan putabat ex præcedentis occasione uictoriæ suggerere saluatori, ut popularibus laudibus uelut attolli, & facere sibi nomen iuxta nomen magnorum qui sunt in terra, si geminato miraculo ieiuniorum constantia innotesceret populo, & uictoribus angelis sine offendiculo sustentatus, se filium Dei tam potenti abstinentia, quam angelorum obedientia comprobaret. Huiusmodi consuetis filios hominum satan corrumpere consueuerat, & rostris uirilibusq; animis etiam huiusmodi cogitatus immittere & si ab ingressu mentis arceatur, renitente consensu, aliquid tamen de spurcitia sua ibi euomens abominationum

Psal. 90.

Adulatio.

horrore nauſcare compellit. Sic, ut aliquid poëticum inſe-
Ouid. 2. Met. ram, temulentus Cyclops illiciti coniugij appetitor, licet à
Pallade repellatur, in gremio tamen eius Erichthonium
fundit, & incorrupta Minerua, ſupereſt tamen deforme
Luc. 4. monſtrum, nec omnino affectata ſcelera in memoria moriun-
Deut. 6. tur. Non tentabis, inquit, Dominum deum tuũ. Hoc in Deu-
teronomio ſcriptum eſt: Ecce lex legi obijcitur, & ſatan au-
toritate ſcripturæ abutens, malus legis interpres præcipi-
tium quaſi ex ratione mandati hortatur, ſed intellectus fal-
lax & falſus ueritate ſyncera confunditur, & generali edi-
cto interdictum oſtenditur, ne dum patet in quibuslibet an-
Tentatio gustijs quilibet exitus, deus ulla præſumptione tentetur.
tertia. Alia explorator malignus argumenta conatur adducere,
& ad ſummam cumulumq; nequitiæ ſuæ, continentem &
humilem oblata aggreditur poteſtate, & oſtẽſa mundi hu-
ius ſublimitate & gloria quaſi indignum ſit tantæ autoritā-
tis doctorem, & inſignium operum patratorem, ignobili
& contemptibili ſchemate obumbrari, & dominatione
uniuerſorum uſuq; animum dignum honore ſolicitat, & da-
turum ſe omnia pollicetur, ſi ei pro tanto munere gratias
agat, & procidens adoret tanti culminis largitorem. Solent
uiris uirtutum huiuſmodi præſtigia ſe offerre, & teſtimo-
nium religionis, conſcientia prohibente, cum ab alijs digni
honoribus iudicentur, facilè acquieſcunt: & tam proprio
quàm alieno faſcinati iudicio à rectitudine corruunt, cuerſaq;
cathedra mentis, humo fractis ceruicibus colliduntur. Re-
penteq; & ſubitò quod multis erat partum ſudoribus, am-
bitione irruente obliteratum eſt, & turbinis huius impetu
euulſum eſt, quicquid antiquæ religionis labor meuerat.
Adam cauſa mali. Malum hoc Adam in paradiſo pulſauit & ſtrauit, cum ſub-
iectionem quam deo debebat faſtidiẽs appetijt dominatum:

& cum uellet eſſe ſicut deus ſine Deo ſe uidit & nouit: &
conſpectam carnis Euæ abhorruit fœditatem, quam licet
operiret, manens tamen perpes ibi contumelia ſtetit & hæ-
ſit. Ad ſuaſionem diaboli animam uanitati ſubiectam deiecit
ambitio, poteratq; ex termino eius poſteritas didiciſſe, quàm
miſera mutatio fuit de delicijs ad ſpinas & tribulos emi-
graſſe, & raſtris ligonibusq; auaritiam condemnatam. Hoc
diabolo reſtitit, & reſiſtere nos ſaluator edocuit, ut ſoli Deo
ſubiectus ſit homo quantumcunq; profecerit, ut in ipſo, imò
ipſe ſit ſubſtantia noſtra, & pateat nobis quòd ſicut per-
emptoria eſt altitudo quæſita, ita & periculoſiſſima eſt obla
tionon quòd poteſtas quæ ex Deo eſt ſit damnabilis, aut or-
dinatio diuina peccatorum ſit obſtetrix: ſed quòd excellen-
tiam, cuius ſpiritus ſanctus autor eſt, ita debet complecti hu-
militas, ut qui uocatus eſt ſuperius, neſciat ſe ſublimem, &
ſuper omnia agnoſcat conditio conditorem, & gratia largi-
torem. Gloriabantur aliquando diſcipuli, & complacebant
ſibi in miraculis, gratulabundi quòd eis etiam dæmonia
ſubdirent: ſed repreſſa eſt, increpante domino, ſimplicitatis
eorum præſumptio: Videbam, inquit, ſatanam tanquàm fil- Luc. 10.
gur deſcendentem de cœlo. His uerbis eorum animis inti-
mans, quia ante hoc tẽporale initium ipſe in principio, imò
ipſe principium exiſtens apud Deum, ante hominis condi-
tionem ſuperbientis diaboli ruinam uidit, & affectatæ do-
minationis ambitionem deiectionis eius fuiſſe cauſam: nec in
hoc gaudendum eſſe, ſi quis prærogatiua celſitudinis dona-
tur, ſed hanc eſſe certam ſtabilemq; ueri gaudij metam, ſi
uocatio noſtra iuſtificatione muniretur: & tunc demum
tutum conſtare beatificationis prouentum, ſi huius ordinis
ſcriptura in conſpectu dei indelebilis ſeruaretur. Hoc igitur
intendentes, quòd non in nobis quaſi ex nobis ſufficientes

sumus, sed ex domino sufficientia nostra est, & contentos
solo Deo necesse est ei esse omnes accliues, cui totum debe-
mus quod uiuimus, quod mouemur, quod sumus Qui de ple
nitudine sua nobis interim prout cuiq; opus est, donationes
partitur, donec ad cumulum perueniat copia consummata,
usqueadeo conferta coagitataq; mensura, ut nihil uel accedat
amplius, uel recedat, sed in cognitione dei certum finem
stabilemq; metam omnes & animæ & corporis obtineant
appetitus. Frustra itaq; regna huius mundi transitoria &
mutabilia immutabili & æterno regi ostendit uel promittit
diabolus, cum ipse dicat regnum suum de hoc mundo non
Ioan.18. esse: non quòd creationem suam remouens dæmonum subie-
cerit potestati, sed quia in his qui amorem mundi dei amo-
ri præponunt, nõ dignetur diuinitas sibi facere mansionem:
& impossibile sit eos à deo regi, qui se diabolo tradiderec.
quia Christi & Belial nulla est participatio, nec aliqua iu-
stitiæ cum iniquitate potest esse communio. Regnum hoc
est naturæ, sed malitiæ persecutio est, non defensio: & tota
huius potestatis uirtus in mortem damnationemq; eorum
qui sub hoc principe militant, elaborat. Regnum hoc mu-
nitur uitijs, ambitur flagitijs, turres eius sunt crimina, arma
quarumcunq; turpitudinum molimina. Huius regis tele-
narij sunt pauperum oppressores, tribuni seductores, præ-
fecti iudiciorũ peruersores. Cubicularij eius sunt quæstuum
aduncatores, mercimonij traiectores, ærarij sacerdotes,
nummularij doctores, conductitij defensores, linguæ subdo-
læ uel consilij locatores, uenales auxiliarij, bilingues causi-
dici, concinnatores mendacij, fabricatores peccati, uestiti
mollibus, amicti discoloribus. In domo huius regis sunt, qui
paludamentis talaribus pauimẽta uerrentes, capillis mulie-
bribus se in fœminas transfigurant, & dignitatem uirilem
non

Regnum diaboli uitijs munitur.

non sine naturæ iniuria dehonestant. In hoc regno sunt qui-
cunq; ueritatem Dei commutant in mendacium, quicunque
quasi in taberna uitiorum præcones uenales animas impu-
rissimis dæmonibus corrumpendas exponũt. Hic auaras ma
nus cupidi muneribus complicant, hic genu flexo concupi-
scentiæ suæ quisq; idolum colit, & propriæ libidinis ado-
rat simulacrum. Non hæc te Domine Iesu gloria mouet:
non huius mundi tu tenes imperium: non horum cupidine
tu cadis, aut prosternis: non adoras militiam, non peccato
subijceris, qui seruis tuis dæmonia subdis, & omnem huius
mundi gloriationem destruis & confundis. Insanissime Sa-
tan, qua fronte, qua lingua ausus es dicere Saluatori, ut ante
te, qui stat inflexibilis & immobilis, caderet, ut te damna-
tum ipse qui te damnauerat, adoraret? Quis ausus, quàm
impudens hæc fuit præsumptio? Quid desperate sperasti?
en filium Dei putabas posse tecum apostatam fieri? Si de
mundo uisibili, id est, cœlo & terra, & de his quæ in eo
leguntur, te iactas habere dominium, nec cœli, nec terræ
tu conditor, nec solem moues, nec cursum das syderibus,
nec per te uoluitur firmamentum, nec uides aut intelligis
Deum, nec ullum tibi est cum cœlesti militia consortium, uel
aliquem habes ad superioris mundi claritatem accessum.
Huius inferioris mundi tua est scabies, tua languentis sunt
ulcera, hæc scalpis, hæc impurus ablingis. Si quid uitij
est, si quid corruptelæ, tu cadaueribus assides, tu contre-
tas putredines, tu distemperas fæces, tu uersas fœtores,
tu spiritus nequam, tu in pistrino seculi huius fermentator
immundus, tu sanctitatis corruptor, & simplicium per-
turbator, tu incendiator libidinum, & omnium turpitu-
dinum adinuentor: in his regnas, quos inquinas: & in his
quos polluis, dominaris. Fornicatores & adulteri te ha-

Regni diaboli sequaces.

Apostrophe in Satanam.

bent ſuggeſtorem, te habebunt tortorem, te quoq; cum illis ultricia incendia concremabunt. Stultis uanisq; promiſſionibus nullus à corde Chriſtiano dari debet acceſſus, ſed primis titillationibus obuiare debet abigens manu: nec ſoueri debet coluber, donec in draconem formetur. Mendax eſt diabolus, & his qui ſibi obtemperant, multa ſe daturum promittit. Malum hoc in uniuerſa eccleſia uagatur, & communis peſtilentia innumerabiles occupat, ut pro gloria huius mundi qui liberi erant, ſe uendant in ſeruos, & per uitia ad ſeruitia deputentur, & obligati pacto chirographum ſubiectionis conſcribant diabolo. Per omne nefas uoluptates emuntur, & per omne ſcelus copioſæ libidines exquiruntur. Iudas ille proditor uenditurus magiſtrũ prætaxatum pretiũ à principibus exegit ſacerdotum: Quid mihi, inquit, uultis dare, & ego eum uobis tradam? Vſq; ad mortem Domini amor lucri ſe ingerit, nec uitæ ſaluatoris quæſtus deſiderium parcit. Etiam in ſinu ſacerdotum ambitio dormit, ibi ſub umbra recubat, in ſecreto thalami ſe fraudulenter occultat. Simon apoſtolorum temporibus uenalem putans ſpiritum ſanctum, Petrum donis aggreditur, & tentat emere poteſtatem, per quam plura lucretur. Hæc ſacrilegij forma per omnia officia graduſq; diſcurrit, & nihil intentatum ambitio prætermittit. Nec dubitet quiſquam diaboli hæc eſſe negotia, & nundinatores eius quicunq; hæc exercent commercia, nec quicquam huiuſmodi ab eo, niſi præmiſſa apoſtaſia, donari. Inuerecundè tentator ambitioſos aggreditur, & conditione pernicioſa præmiſſa talia pollicetur, ultra quæ extendi non poſſit cupiditas, regnorum ſcilicet omnium monarchiam, & uniuerſitatis dominatum: ut in omnibus mundanis unus homo quaſi Deus habeat poteſtatem, & uni omnia ſubiecta ſint, & generale ueſtigal excel

Matth. 26.

Ambitio.

Act. 8.

excellentiæ principali cuncta perſoluant. Quid ultrà cupide quæris? quid amplius auare deſideras? nunquid & ſic poteſt impleri ambitio tua, aut ſatiari poteſt fames, tua oſſa huius mundi iniecta dentibus tuis, & faucibus tuis uniuerſa rerum maſſa intruſa? Mundum habes, Deum nõ habes: mundus tranſibit, tu cum eo qui non ſtat, cades, tranſibis, & ruines. Peremptoria ſunt hæc conſilia, quæ tibi talia pollicentur, in quibus te neceſſe eſt aut uomitu, aut ruptis interire uiſceribus. Sed & pretium quod petitur, ut diabolum adores proſtratus: & cum tibi Deum conſtituas, quem non dubitas ſeductorem, ſi conſenſeris ut cõcidas, caſus tui te nõ potes excuſare improuidum, cum ipſe tibi caſum & ruinam prænominet, & præcipitium exigat, qui tanti ſe facit nundinatorem culminis, & tantæ tibi promittit faſtigia poteſtatis. Regnum Chriſti non eſt de hoc mundo: regnum cœlorum tibi Deus promittit, ipſum ſolum adora, ipſi ſoli memento ut ſeruias, qui repulſo tẽtatore, te quoq; gloria & honore poſt uictoriam coronabit, ſi in iuſtitiæ rectitudine ſteteris, nec falſis promiſſionibus obtemperans, ad uenerationem diaboli damnationis eius factus particeps incurueris.

Apoſtrophe in cupidos.

SERMO DE COENA DOMINI & prima inſtitutione conſummantis omnia ſacramenta.

SVſcitati Lazari Hieroſolymis increbuerat rumor, & tam ſolenne miraculum ad uenerationem Chriſti exciuerat populum: unde & ei ciuitatem ingredienti, cum ramis palmarum obuiam proceſſerunt, ſedentemq; ſuper aſinum reſonantibus laudibus gratulabundi introduxerunt in urbem, regem Iſraël confitentes, & acclamantes, filium Dauid in nomine Domini aduenisſe, cuius æternum imperium prophetarum uaticinia antiqui-

tus conclamarant. Nec latebat Dominum, qui sciebat omnia quòd in uiæ illius confinio de torrente paßionis erat bibiturus, & ex ea ueneratione quæ impendebatur ei à plebe, inflammandam amplius inuidiam magistratuum, & animos exacerbatos uehementiori insania perturbandos, & conspirationis malignæ non ultrà posse occultari consilia, nec differri amplius quæ de eius interitu cogitarant. Sed uolebat pius magister cum iam damnationis suæ dictaretur sentētia & propè esset ut figeretur in cruce, suæ dare indicia potestatis: & qui animam Lazari reuocauerat ab inferis, & quatriduano mortuo reddiderat uitam, dignosceretur uirtute diuina, non humana tantum opus patrasse: & impoßibile esse suam animam ab inferno teneri, qui alienam potestatiuè extraxerat: nec se neceßitate, sed obedientia urgeri ad mortem: & uitam quam alijs reddebat, ad se quoque ubi iuberet illico redituram. Finem igitur legalibus ceremonijs impositurus, parari sibi uoluit pascha, & ex consuetudine legis ea quæri quæ solennitas exigebat, agnum assum, panes azymos, & lactucas agrestes. Non oportet esse fermentarios noui testamenti ministros, puras syncerasq; mentes sanctum quærit conuiuium, in ueru crucis boni odoris assatio omnem excoquat carnalium sensuum cruditatem, et induret solidetq; mentis affectus, nec in ecclesiæ sanctæ sacrificio ulla sit macula, sed pura simplicitas & innocentia uitæ in una ecclesiæ catholicæ domo à fidelibus de Aegypto egredientibus transito mari rubo lotis Christi sanguine affectibus offeratur. Cœna itaque disposita inter sacramentales epulas obuiarunt sibi instituta antiqua & noua, & consumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, inconsumptibilem cibum magister apponit discipulis: nec iam ad elaborata impensis & arte conuiuia populi inuitantur, sed

Cœna Dominicæ apparatus.

sed immortalitatis alimonia datur, à communibus cibis differens, corporalis substantiæ retinens speciem, sed uirtutis diuinæ inuisibili efficentia probans adesse præsentiam Significata olim à tempore Melchisedech prodeunt sacramenta, & filijs Abrahæ facientibus opera eius summus sacerdos panē profert & uinum. Hoc est, inquit, corpus meum. Manducauerant & biberant de eodem pane secundum formam uisibilem, sed ante uerba illa cibus ille communis tantum nutriendo corpori commodus erat, & uitæ corporalis subsidium ministrabat. Sed ex quo à Domino dictum est: Hoc facite in meam commemorationem, hæc est caro mea, & hic est sanguis meus, quotiescunq; his uerbis & hac fide actum est, panis iste substantialis & calix benedictione solenni sacratus, ad totius hominis uitam salutemq; proficit, simul medicamētum & holocaustum ad sanandas infirmitates & purgandas iniquitates existens. Manifestata est etiam spiritualis & corporalis cibi distantia, aliud fuisse qnod prius est appositum & consumptum, aliud quod à magistro datum est & distributum. Quandiu cibi illi qui ad diem festum erant parati à conuescentibus apostolis sumebantur, ueteris paschæ agebatur memoria: necdum Iudas ad ueterem uitam pertinens, diabolo inuadente & occupante animum eius egredi cogebatur: sed ubi sacrum cibum mens perfida tetigit, & sceleratum os panis sanctificatus intrauit, parricidalis animus uim tanti sacramenti non sustinens, quasi palea de area exufflatus est, & præceps cucurrit ad proditionē & pretiū ad desperationē & laqueum. Orta fuerat aliquādo, sicut in Euangelio Ioānis legitur, de nouitate uerbi huius quæstio et ad doctrinā mysterij huius obstupuerant auditores, cum diceret dominus: Nisi māducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis uitam in uobis. Quod quidā quia

Matth. 26.
Mar. 14.
Luc. 22.
Ioan. 6.

quia non credebant, nec poterant intelligere, abierunt retrò: quia horrendum eis & nefarium uidebatur uesci carne humana, existimantes hoc eo modo dici, ut carnem eius uel elixam, uel assam, sectamq; membratim edere docerentur, cum illius personæ caro si in frusta partiretur, non omni humano generi posset sufficere: qua semel consumpta, uideretur interisse religio, cui nequaquam ulterius uictima superesset.

Mãducare carnem & bibere sanguinem quo modo intelligatur.

Sed in cogitationibus huiusmodi caro & sanguis nõ prodest quicquam: quia, sicut ipse magister exposuit, uerba hæc spiritus & uita sunt: nec carnalis sensus ad intellectum tantæ profunditatis penetrat, nisi fides accedat. Panis est esca, sanguis uita, caro substantia, corpus ecclesia: corpus propter membrorum in unum conuenientiam: panis propter nutrimenti congruentiã: sanguis propter uiuificationis efficientiã: caro propter assumptæ humanitatis proprietatem. Hoc sacramẽtum aliquando corpus suum, aliquando carnem & sanguinem, aliquando panem Christus appellat, portionem uitæ æternæ, cuius secundum hæc uisibilia corporali cõmunicauit naturæ.

Transsubstantiatio.

Panis iste communis in carnem & sanguinem mutatus, procurat uitam & incrementũ corporibus, ideoq; ex consueto rerum effectu fidei nostræ adiuta infirmitas, sensibili argumento edocta est uisibilibus sacramentis inesse uitæ æternæ effectum, & non tam corporali quàm spirituali transitione Christo nos uniri. Ipse enim & panis, & caro, & sanguis idem cibus & substantia, & uita factus est ecclesiæ suæ, quam corpus suum appellat, dans ei participationem. Et nos quidem cum caro essemus & sanguis, corrupta & infirma corporis animæq; natura reformari nõ poteramus, neq; ad similitudinem Dei reuerti, nisi morbo inueterato imponeretur malagma conueniens, & in curatione desperatæ infirmitatis contraria remouerentur contrarijs, & sim-

similia similibus conuenirẽt. Panis iste quem Dominus discipulis porrigebat non effigie, sed natura mutatus omnipotentia uerbi factus est caro, & sicut in persona Christi humanitas uidebatur & latebat diuinitas: ita sacramento uisibili ineffabiliter diuina se infudit essentia, ut esset religioni circa sacramenta deuotio, & ad ueritatem cuius corpus sacramenta sunt, syncerior pateret accessus usq; ad participationem spiritus, non quòd usque ad consubstantialitatem Christi, sed usque ad societatem germanißimam eius hæc unitas peruenisset. Solus quippe filius patri consubstantialis est, nec diuisibilis est, nec partiabilis substantia trinitatis, nostra uerò & ipsius coniunctio nec miscet personas, nec unit substantias, sed affectus consociat, & confœderat uoluntates. Ita ecclesia corpus Christi effecta obsequitur capiti suo, & superius lumen in inferiora diffusum claritatis suæ plenitudine à fine usque ad finem attingens totum apud se manens, totum se omnibus commodat, & caloris illius identitas ita corpori agridet, ut à capite non recedat. Panis itaq; hic azymus cibus uerus & syncerus per speciem & sacramentum nos tactu sanctificat, fide illuminat, ueritate Christo conformat. Et sicut panis communis quem quotidie edimus uita est corporis: ita panis iste supersubstantialis uita est animæ & sanitas mentis. Panem Angelorum sub sacramento manducamus in terris, eundem sine sacramento manifestius edemus in cœlis, non ministerio corporali, sæpe repetitis actionibus ad eadem reuertentes, sed consummato sacerdotio nostro, ad eadem reuertentes, sed consummato sacerdotio nostro, ueri & permanebit perpetua & stabilis implens & reficiens nos sufficientia, qua proferet se palàm absque ullis integumentis, omnibus conspicabilis summi præsentia sacerdotis. Sacramenta quidem quantum in se est sine propria esse uirtute non possunt, nec ullo modo diuina se absen-

tat

ὑποστάσεις.

tat maiestas mysterijs, sed quamuis ab indignis se sumi uel contingi sacramenta permittant, non possunt tamen spiritus esse participes, quorum infidelitas uel indignitas tantæ sanctitudini contradicit. Ideoq; alijs sunt hæc munera odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in mortẽ: quia omnino iustum est ut tanto priuentur beneficio gratiæ contemptores, nec indignis tantæ gratiæ puritas sibi faciat mansionem. Nouæ est huius sacramenti doctrina, & scholæ Euãgelicæ hoc primum magisterium protulerunt, & doctore Christo primum hæc mundo innotuit disciplina, ut biberent sanguinem Christiani, cuius esum legis antiquæ autoritas districtissime interdicit. Lex quippe esum sanguinis prohibet, Euangelium præcipit ut bibatur: in quibus mandatis hoc maxime discernere debet Christiana religio, quòd sanguis animalium à sanguine Christi per omnia differens, temporalis tantum habeat uiuificationis effectum, & uita eorum finem habeat, & sine ulla reuocatione terminum constitutum. Ideoq; ad obtinendam æternitatem non potest perficere quod semel obrutum non surgit ulterius, nec aliqua ei superest uirtus, quod sine ulla spe præcisis radicibus mors penitus exiccauit. Vita uerò hominis licet aliquam habeat affinitatem cum sanguine, non tamen solo sanguine regitur, sed anima sanguini dat caloris & nutrimenti effectum, sicut & cæteris quæ in corpore sunt, propria distribuit officia, & duuidit motus, & quasi talenta partitur. Nec oportuit ut sanguini humano sanguis pecudum misceretur, quia uita rationalis hominis uitæ bestiali consociari non habet, sed omnino à fidelium animis quasi sanguis impurus detergenda est hæc carnalis opinio, ne putetur uita hominis eo modo transitoria quo uita pecudũ inanescit, uel quòd sanguis cõsubstantialis sit animæ, & necesse sit utrunque superueniente suffocatione

Vita hominis non solo sanguine regitur.

dissolui. Carne quidem animalibus similes sumus, sed uitæ dissimiles, ideoq; quod commune cum eis habemus, nobis incorporare licenter possumus: quod uerò dignitati nostræ non conuenit, & ab æternitate alienum uidetur, à nobis subtilissimo legis indicio separamus. Bibimus autem de sanguine Christi ipso iubente, uitæ æternæ cum ipso & per ipsum participes, animalis uitæ peccata, quasi sanguinem impurum horrentes & fatentes nos per peccati gustum à beatitudine priuatos & damnatos, nisi nos Christi clemẽtia ad societatem uitæ æternæ suo sanguine reduxisset. Nobis itaq; pro quibus sanguis Christi oblatus est in cruce, et quos reconciliauit Deo omnes excedens uictimas hoc sacrificium singulare, ipse Christus pincerna porrexit hoc poculum, & docuit, ut non tantum exterius hoc sanguine liniremur, sed & interius aspersione omnipotenti anima muniremur, & penetrans omnia tanti medicamẽti uirtus quicquid esset uitius ibi durum effugaret, & renouaret, sanaretq; quicquid morbi carni uel spiritui ueteris uitæ adlinierat corruptela. Dixerat sanè huius traditionis magister, quòd nisi manducaremus & bibere mus eius sanguinem, non haberemus uitam in nobis: spirituali nos instruens documento, & aperiens ad rem adeò abditam intellectum, ut sciremus quòd mansio nostra in ipso sit manducatio, & potus quasi quædam incorporatio, subiectis obsequijs, uoluntatibus iunctis, affectibus unitis. Esus igitur carnis huius quædam auiditas est, & quoddam desiderium manendi in ipso, per quod sic imprimimus & eliquamus in nobis dulcedinem charitatis, ut hæreat palato nostro & uisceribus sapor dilectionis infusus, penetrans & imbuens omnes animæ corporisq; recessus. Potus & esus ad eandem pertinent rationem, quibus sicut corporea nutritur substantia & uiuit, & incolumis

Esus carnis christi.

lumis perseuerat, ita uita spiritus hoc proprio alimento nutritur: et quod est esca carni, hoc animæ est fides: quod cibus corpori, hoc uerbum spiritui: excellentiori uirtute peragens æternaliter. quod agunt alimenta carnalia temporaliter & finaliter. Celebrantes sacramenta commonemur, quasi unigulam findens & ruminans pecus reuocare ad fauces, & minutatim commolere dominicæ institutionis exemplum, ut semper passio sit in memoria, nec terreant crucifixi hæredes mortis supplicia, sed pascant & reficiant maturæ resurrectionis lætabunda solennia. Quàm præclarus est calix iste, quàm religiosa est huius potus ebrietas, per quam excedimus Deo, & quæ retro sunt obliti ad anteriora extendimur, non habentes sensum huius mundi, sed diuitis præparati delicias contemnentes, cruci hæremus, sanguinem fugimus, & intra ipsa redemptoris nostri uulnera figimus linguam, quo interius exteriusq; rubricati, à sapientibus huius seculi iudicamur amentes, qui religionis huius abhorrentes mandatum usque hodie retro abeunt, & à secretis diuinis omnium intra se mysteriorũ continentibus summam diffugiunt & recedunt. Qui manducat ex hoc pane, ultrà non esurit: qui bibit, ultrà non sitit, quoniam mysterij huius sic sufficit gratia, sic reficit intelligentia, ut cuicunque tantæ rei innotuerit plenitudo, omnis consummationis fine inuento Christi baiulus ipsum ferat in pectore, ipsum gerat in mente, & omni tempore habitatori suo dicta & facta iubilatione consona laudes resonent, & gratiarum actiones decantent. Hæc ebrietas non accendit, sed extinguit peccatũ, in hoc uino nõ est luxuria, nec mouetur ad ludum post hunc potum lasciuia. Cum sopiuit obliuio cuncta carnis ludibria, mira sunt quæ sentit, magna quæ uidet, inaudita quæ loquitur, quin agnus iste paschalis inhabitat, cuius animam

animam meri huius fortitudo hilaritate inexplicabili lætificat & delectat. Inter dominicæ mensæ conuiuas animalis homo non admittitur, quicquid caro & sanguis dictat, ab hoc cœtu excluditur, nihil sapit, nihil prodest quicquid humani sensus molitur subtilitas, omne quicquid à suis rationibus deuium uidetur, sapientes huius seculi ad dementiam referunt, & à ueritate reputant alienum. Sed ueritas ab erroneis hominibus comprehẽdi non potuit, & cum in sole uel- *Veritas ab erroneis nõ comprehenditur.*
let figere oculos, uim luminis non ferens, cæcata est non illuminata humana præsumptio, & aspectui eius lippitudo inhæsit. Vident hæc sacramenta pauperes spiritu, & hoc uno contenti ferculo, omnes mundi huius delicias aspernantur, & possidentes Christum, aliquam huius mundi possidere supellectilem dedignantur. Esurientes & sitientes iustitiam, cum saturati fuerint, uide quid agant, intellige quæ loquantur, quàm sancti odoris sit quicquid illa eructuat plenitudo, uerbum bonum, mores compositos, affectus pudicos, sensus pacificos, illa interior synceritas ubiq; diffundit, ita ut post adoramenta ista gratiæ huius comparticipes discurrant, & mutuis se ad inuicem affectibus complectantur, & quibus unus est panis, unũ est corpus, & omniũ unum cor & anima una, uni Christo adhærẽs, cætera omnia quasi fermẽtata respuens, in unius azymi synceritate lætatur. Perpes est hoc sacrificium & semper permanens holocaustũ, nulla panem hunc multitudo consumit, nulla antiquitate ueterascit. Vna est domus ecclesiæ, in qua agnus editur, nullus ei cõmunicat, quem Israëlitici nominis generositas non commẽdat. Huius *Manna panis mystici typus.*
panis figura fuit manna quod in deserto pluit, sic ubi ad uerum panem in terra promissionis uentum est, cibus ille desiit. Per singula sabbata propositionis iam frigidi & duri mutari consueuerant, & calidi panes eiusdem numeri in

mensa proponi. Iam nulla fit panis mutatio, unus est panis caloris continui, status integri, qui semel oblatus Deo in sapore dulcissimo, & candore purissimo perseverat. Nec solos sacerdotes ad panes huius dignitatis Leuiticæ prærogatiua admittit, uniuersa ecclesia ad has epulas inuitatur, æqua omnibus portio datur, integer erogatur, distributus non demembratur, incorporatur non iniuriatur, recipitur non includitur, cum infirmis habitans non infirmatur, nec pauperum ministerio indignatur, fides pura, mens syncera hunc habitatorem delectat, neque immensi & omnipotentis Dei magnitudinem pauperculæ domus nostræ angustia offendit uel arctat. Panis iste Angelorum omne delectamentum habens uirtute mirifica, omnibus qui digne & deuote sumunt, secundum suum desiderium sapit, & amplius quàm manna illud cremi implet & satiat edentium appetitus, & omnia carnalium saporum irritamenta, & omnium exuperat dulcedinum uoluptates. Vide quomodo his qui Christi commorant passionem intra sacra officia quasi per quosdam canales de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & superomnes delicias lacrymis nectareis anima delectetur, quantam suauitatem animæ inquirenti ubi sit Deus suus, suspiria contemplationis eliciant. Non illos imbres procellosæ tempestates deponunt, ros matutinus est de cœlesti bus stillans, & quasi unctio spiritus mentem deliniens. Gemitus illos pietas excitat, & inter diem & noctem retro & ante se affectio intuens, inter data & condonata se diuidens, gratias agit tam uberis beneficij largitori, & se sanctam & sanctificatam agnoscens, fletibus se abluit, & lacrymis se baptizat. Verum his qui uerbo tenus corde sicci & mente aridi sacris intersunt, uel etiam participant dominis, lambunt quidem petram, sed inde nec mel sugunt nec oleum,

nec oleum, qui nec aliqua charitatis dulcedine, nec spiritus sancti pinguedine uegetantur, nec se iudicant, nec sacramenta dijudicant, sed sicut cibis communibus irreuerenter sacris utuntur muneribus, & dominicæ mensæ in ueste lutulenta se ingerũt impudenter, quibus melius erat mola asinaria collo alligata mergi in pelagus, quàm illota cõsciẽtia de manu domini buccellã accipere. qui usq; hodie hoc ueracissimum & sanctissimũ corpus suum creat, & sanctificat, & benedicit, & pie sumentibus diuidit. In huius præsentia non superuacuæ mendicant lacrymæ ueniã, nec unquàm patitur contriti cordis holocaustum repulsam. Quoties te in conspectu domini uideo suspirantem, spiritum sanctum non dubito aspirantem, cum intueor flentem, sentio ignoscẽtem. Tu si templum spiritus sancti uiolas, si intra te sacrarium Dei deturpas & fœdas, si cum calice Christi de calice dæmoniorum communicas, cõtumelia est, nõ religio: iniuria, non deuotio. Idolorũ seruitus & horrenda abominatio, uelle simul Baal simulari & Christo. Abi retro cum saccellis tuis, qui lucris inhias, & mercedes sectaris, qui opulentus in Sion quotidie crapularis, qui in lectis eburneis recubas, & in stratis segmentis lasciuis, qui uestiris mollibus, & in terra suauiter uiuentium conuersaris, cuius manus plenæ sunt sanguine, cuius lumbi discincti sunt, & sine baltei discurris ligamine. Non est tibi pars in sermone isto, quia quod Dei est, aufers Deo, & imaginem Dei consecras idolo. Pauperes quidem spiritu ad hoc mysterium eligit, & diligit spiritus sanctus, & eorum qui pompatice & glorioſe sacris se altaribus ingerunt, obsequia detestatur. Ozias licet rex ob præ- 2. Parali. 26.
sumptionem lepra percussus, à sanctuarij ingressu repellitur, & eius oblatio quasi sordida refutatur. Incensi odor de immundorum manibus reputatus est pro fœto-

re, & iram, non gratiam præsumptio meruit, quia contra fas rem usurpans illicitam, temerariè in sancta conscedit. Sed & propter malignantium insolentiam altare suum Deus repellit, & sanctificationibus maledicit, odit sublata, abominatur solennia, odoramenta fœtent, displicent holocausta. In his omnibus laborare se dicit Deus, nec esse uoluntatem suam in ministris impuris, indignatione districta testatur. Sed hierarcha pius quem spiritus sanctus compungit, excitat, inhabitat, & sanctificat, eleuatione manuum crucis mysterium repræsentans, confidenter orat pro sua & populi ignorantia, recolens pudibundi & contriti animi confessione, quòd aliquando prævalente aduersum se peccato fuerit derelictus, iuxta illud quod Dauid plorans ait: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Et Dominus per Esaiam: Ad tempus in modico dereliqui te, uerecundatur fateri, & tamen fatetur iuuentutis delicta. Sed accusatrici conscientiæ necesse est coram iudice respondere: nec potest ibi esse ullum diffugium, ubi ipsa testis est quæ accusat, & nihil ei potest esse occultum qui iudicat. Sed ubi cum iudice agit qui iudicatur, & ipse in partem accusatoris transiens, etiam in sua proscriptione sententiam approbat condemnantis, experitur clementiam saluatoris, & lætabundus canit: Domine in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutem. Et iterum per Esaiam audit: In misericordionibus magnis congregabo te. Sed & in eodem articulo temporis cum iam anima festinet ad exitum, & egrediens ad labia expirantis emerserit, pœnitentiam clementissimi Dei benignitas non aspernatur, nec serum est quod uerum, nec irremissibile quod uoluntarium, & quacunq; necessitas cogat ad pœnitudinẽ: nec quantitas criminis, nec breuitas tẽporis, nec horæ extremitas, nec uitæ enormitas,

Psal. 29.

Esa. 54.

Psal. 29.

Esa. 54.

mitas, si uera contritio, si pura fuerit uoluptatũ mutatio, excludit à uenia, sed in amplitudine sinus sui mater charitas prodigos susscipit reuertẽtes, & uelit nolit Nouatus hæreticus, omni tempore Dei gratia recipit pœnitẽtes. Ipse Dominus noster derelictorũ personam gerẽs in cruce, se queritur derelictum, & ne desperarẽt etiam in ultimis constituti, festinans in adiutorium illico adest, & re in arcto posita non differt beneficium, sed repente indulgentiæ celeris documentum eiusdem statuit & exeplũ, latroni inquiens: Hodie mecum eris in paradiso. Latrocinũ damnationem meruerat & supplicium, sed cor contritũ pœnam mutauit in martyrium, & sanguinem in baptismum. In momento impietas religionem, crudelitas induit pietatẽ, & statim consummatus ciuis sanctorum & domesticus Dei permissus est in regnum reconciliationis humanæ, priuilegium secum ferens ad superos, quod Deo patri tantæ legationis fungens honore, in se ipso scripturæ huius experimentum continens, libero & secuto aditu penetrans, præsentauit. Quid tu Domine amplius Stephano contulisti? quid amplius ille obtinuit discipulus tuus, qui supra pectus tuum in cœna recubuit? quid amplius Pauli meruere sudores? quid labores sanctorum? quid tot annorum tormenta? quid martyrum plagæ? Vna hora huic collatum est præmium, ad quod illi per tot discrimina peruenerunt. Sic tu Domine armentarios statim facis prophetas, opiliones reges, telonearios apostolos, piscatores doctores. Neq; ab his quos sanas, lentè languor abscedit, sed illico quem restituis, ex integro conualescit, quia consummatum est quod facis, & perfectũ quod largiris. Hanc Dei gratiam recolẽs, qui de sacro calice bibit amplius sitit, & ad Deum uiuum erigens desiderium, ita famelici fame illo uno appetitu tenetur, ut deinceps fellea

Dei gratia & charitas omnes recipit.

Luc. 23.

peccatorum horreat pocula, & omnis sapor delectamentorum carnalium sit ei quasi rancidum radēsq; palatum actæ mordacitatis acetum. Ad hæc inter sacra mysteria ad gratiarum actiones conuertitur, & inclinato capite, munditia cordis adepta, se intelligēs consummatū, restitutus peccator sanctificatam Deo animam quasi depositum custoditum fideliter reddit, & deinceps cum Paulo gloriatur & lætatur, dicens: Viuo iam non ego, uiuit uerò in me Christus. Hæc in Christi commemoratione retractantur à fidelibus, & desæcatis animis carnis eius edulium non est horrori, sed honori, potuq; sancti & sanctificantis sanguinis spiritus delectatur. Hæc quoties agimus, non dentes ad mordendum acuimus, sed fide syncera panem sanctum frangimus & partimur, dum quod diuinum, & quod humanum est discernimus & separamus, itemq; simul separata iungentes unum Deum & hominem fatemur. Sed & nosipsi corpus eius effecti, sacramento & re sacramenti capiti nostro connectimur & unimur, singuli alter alterius membra, mutuum dilectionis pro inuicem exhibentes, communicamus charitate, participamus solicitudine, eundem cibum manducantes, & eundem potum bibentes qui de petra spirituali prosluit & emanat, qui cibus & potus est Dominus noster

Gal. 2.

IESVS Christus.

SERMO DE ABLVTIONE PEDVM.

Iam sacramenta corporis sui Apostolis Dominus distribuerat, iam exierat Iudas, cum repentè de mēsa surgens, linteo se præcinxit, & ad genua Petri lauaturus pedes eius, ipse genibus flexis dominus seruo consummatæ humilitatis obtulit famulatum. Et ne quid consummationi doctrinæ decesset, inter fixa & immobilia præcepta, & ea quæ mo-

Ioan. 13.

Christi humilitas.

ueri possunt & repeti, distinctionem posuit, ut cæteris immutabiliter semel statutis, ultima lauacri species, quotidianis expiationibus commodata commendaretur fidelibus. Et sicut lex per singulas offensiones propria sacrificia requirebat, unum figeretur fidei Christianæ remedium, ad quod curreret, quoties se cognosceret offendisse. Quod quidem Petro nondum fuerat reuelatum, quipe qui huius traditionis nondum audierat disciplinam. Docetur ergo quæ sit baptismi & aliorum sacramentorum stabilitas, & quātum ad expiationem proficiat humilis pietas & pia humilitas, & quomodo omni tempore prosequenda & repetenda sit ablutio pedum, per quam recte cognitam & intellectam, adhærentes animæ sordes quotidiana satisfactione lauantur. Nam baptismum repeti, ecclesiasticæ prohibent regulæ, & semel sanctificatis nulla deinceps manus iterum consecrans præsumit accedere. Nemo sacros ordines semel datos iterum renouat, nemo sacro oleo lita iterum linit aut consecrat, nemo impositioni manuum uel ministerijs derogat sacerdotum, quia contumelia esset spiritus sancti, si euacuari posset quod ille sanctificat, uel aliena sanctificatio emendaret quod ille semel statuit & confirmat. Ipse summus sacerdos sui est sacramenti institutor & autor: in cæteris homines spiritum sanctum habuere doctorem, & sicut par est spiritui sancto & Christo diuinitas, ita in suis instituis æqua est autoritas & potestas. nec minus ratum est quod dictante spiritu sancto Apostoli tradiderunt, quam quod ipse tradidit, & in sui commemorationem fieri præcepit. Manet singulis propria dignitas, & uniformis in suo genere stat actio omnium, nihil addi, nihil subtrahi, nihil potest corrigi uel mutari. Ornata & honorata erat ecclesia quasi paradisus, in amplitudinis suæ umbilico

Sacramēta quæ non iterantur.

Subindicat baptismi sacramētū à Christo institutum et alia quadā ab apostolicis uiris.

fontem continens gratiæ singularis, flumina creans in uitam æternam salientia, uiuam habens originem & decursum perennem. Hinc egredientia quatuor Euangelij flumina per uniuersum mundum secum regenerationis ęuehunt lauacrum, & de abdito & secretißimo spiritus sancti munere huius gratiæ liquor emanat, sic lauans quos parentalis labes infecerat, ut nec actualis, nec originalis macula aliqua sui post ablutionem illam uestigia derelinquat. Præteritis lotis uita deinceps arbitrio est proprio deducenda, ita tamen ut actualibus aliquando recrudescentibus iam non imputentur originalia, nec propter illa damnationi obnoxius sit cui semel illa sunt in baptismo indulta. In originalibus enim corruptio naturæ abijci & exterminari meruerat, sed quia non erat uoluntas in culpa, prouidit Deus generali damnationi remedium, & suæ sententiam iustitiæ temperauit, hæreditarium onus à sobole remouens, & misericorditer ablutione & unctione medicinali corruptionis primitiæ fermentum expurgans. Sed in eos qui post indulgentiæ huius gratiam uoluntarij per peccata euagati sunt, qui proprio abutuntur arbitrio, & uolũtate, non necessitate ducuntur, indignatio & ira non immerito redit, nec in morte Christi aliquis eis supersit quæstus, sed iustißime eos beneficia contempta condemnant. Nunc contemptum suum non statim ulciscitur Deus, nec per singulas offensas iudicantis ira discurrit, nec obstruxit fonti misericordiæ suæ ostia meatusq; multiplices, sed obuiat fugientibus & cogit regredi desperatos, ostendens eis pœnitentiæ uiam, qua nulla latior inuenitur, & reuersis dat ut iterum eis possint sacramenta inuiolata prodesse, quorum si pœnitentia non subesset, nullo modo deinceps experiri possent effectum. Propter hoc benignißime domine pedes lauas discipulis, quia post baptismum & eucharistiam quæ sui reuerentia non patitur iterari, aliud lauacrum procurasti quod nunquam debeat intermitti, tamen ipse quod doces facis, ut quanti quæstus hoc opus sit ex tua bonitate discamus, & inclinata ad pedes nostros altitudine tua, stans aduersus proximos & erigens se contra Deum confundatur superbia hominum, & ad humilitatem Dei nouerit de se humilia sapere lutum. Pauent discipuli, nec audent obloqui, & quasi ecstasis teneat eos, uel mens aliâs rapta peregrinetur, nec magistro resistere, neq; quid hoc sit, uel cur fiat inquirunt. Solus Petrus sciens quia perhibuerat ei testimonium, quòd filius Dei uiui esset, & quia uerba uitæ æternæ haberet, iudicãs apud se indignum & inconueniens sanctum sanctorũ flectere genua ad pedes peccatorum, Neutiquam, inquit, tu mihi pedes abluis: & huius humilitatis sustinere obsequium non est nostrum, qui adorare debemus in loco ubi stant pedes tui: & satis est nobis quòd sicut catuli de mensæ tuæ reliquijs manducamus. hoc in muliere peccatrice aliquando passus es, nec dedignatus es in mensa solenni multis conuescentibus infamis personæ suscipere famulatũ, cuius deuotio usa est ibi capillis pro linteo, oculis pro catino, lacrymis pro baptismo: tetigit, lauit, & unxit unguẽto. Mactata intrinsecus anima proprium in sancta sanguinem intulit, singula suum præbuere ministerium, cor contritum erupit in lacrymas, fides lauit, charitas unxit. Hæc multa in conspectu tuo congerens holocausta, de fonte cordis fletus hausit quos protulit, de pœnitẽtiæ pixide unguẽta quæ obtulit, caputq; pro suppedaneo strauit, crinibus circunfusis pedes sacros inuoluit & tersit. Nihil sibi de se retinẽs, totam se tibi deuouit, & tu affectum potius quàm factum attendens, ungebas ungentem, abluebas lauantem, tergebas intrinsecus pœnitentem. Superbo oculo Simon

Originalis macula baptismo abluitur.

Ioan. 6.

leprosus hanc clementiæ tuæ diligentiam non poterat intueri. sed molestè ferebat, quòd tangi se ab huiusmodi personis dominus sustinebat. Qui si lepræ suæ te attenderet munda datorem, non dedignaretur si de plenitudine gratiæ tuæ alij accipiunt, si lauas immundos, si iustificas impios, si reuocas exules & abiectos. Honor tuus iudicium diligit, & æquum est, ut omnis terra adoret te, & in nomine tuo omne genu flectatur, uerum quòd tu ante figmentum tuum curuaris, quòd seruis pedes abluis non competit maiestati. Habebat in excusatione sua zelum Dei Petrus, sed non secundum scientiam, & tolerabile aliquo modo uidebatur quod humilitas suggerebat, si non obstinatio resistere præceptori niteretur. Non lauabis, inquit, mihi pedes in æternũ. Ego si opor- Ioan. 13. tuerit me mori tecum, paratus sum. Hoc enim debeo, hoc amplector. Pro te libenter ceruicem porrigo percussori, sed Deum meum, & Dominum meum ad pedes meos prostratum non patior, non audeo sustinere. Simili modo & Ioannes uenienti Domino ad baptismum tentauit resistere, sed mansuetius increpatus illico obediuit, & quia super hoc etiam responsum acceperat, licet territus acquieuit. Sed differentiam causæ huius Petrus intelligens, lauare magistrum, & obsequi ei tolerabile iudicabat. Lauari autem ab eo & tantam humilitatis eius pati deiectionem, ita uidebatur indignum, ut omnino cogi non posset, nisi interminatio periculosissima coarctaret. Ait ei Dominus: Nisi lauero te, non habebis partẽ mecum. Paulatim mysterij huius declaratur necessitas, quam conditio proposita ineuitabilem reddit, si cum Christo aliter partem habere non possumus, nisi ipse pedes nostros abluat, quandoquidem sic arctatur consensus, lauet, & tergat, & sacramenti huius nobis uirtutem exponat. Suprà diximus semel lotos baptismate eodem

sacro ulterius non egere, sed hoc lauacrum quotidianis est excessibus institutum, & iugis retractatio usq; ad nouissima ueniens, omnia debet opera, & cogitatus singulos perscrutari, & affectus per uitia discurrentes, uagam instabilemq; animam per inania euehentes corrigere, & lauare, nec quicquam in uita prætermittere indiscussum, quod gemitibus & suspirijs non fuerit expiatum. Hoc cum Dominus suos usq; in finem discipulos dilexisset, in fine statuit, & dixit nemem posse habere perfectam ablutionem, nisi hac solicitudine muniatur. Mandatum igitur simul & exemplum complexus est, ut hoc exemplo instructi, non dedignarentur in alterutrum agere, quod actum est à magistro, & mandato posteris religionis autoritas firmaretur. Vnde & subiungit: Si ego Dominus, & magister laui uestros pedes, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Non erubescat seruus, si facere iubetur quod prius fecit Dominus: nec difficile nobis esse debet, si sicut ille nobis donauit, & nos inuicem condonamus, quia alter alterius onera comportantes sic legem Christi implemus. Quoties igitur cohortamur pusillanimes, & his qui Pharaoni in luto, & latere famulati sunt persuademus, ut exeant de Aegypto: quoties cum infirmis infirmamur, & cum his qui scandalum ferunt urimur: quoties cum afflictis gemimus, toties inhærens lutum peccatorum qua possumus solicitudine lauamus, non quòd nostra ablutio ex nobis sufficiat, nisi ad lauandum omni tempore nos pius magister accedat. In hoc se periculo fluctuantem laborans anima in Canticis canticorum conqueritur, Laui, inquit, pedes meos, quomodo inquinabo illos? Quod ablutũ est, timet iterũ inquinare, sed in ulla lutulenta uix aliquid solidum, ubi pedem figat, inuenit, & in quibus sæpe prouolutus est, paludum inquinamenta formidat. Clemẽtissime magister

ſter quoties ego doctrinæ tuæ tranſgreſſus ſum regulã, quoties dicta tua Domine ſancte contempſi! & cum diceres mihi, reuertere, non ſum reuerſus: cum minareris, non timui: cùm bonus eſſes & lenis, exaſperans fui, ultra ſeptuagies ſepties in cœlum, & corã te peccaui, quis tot ſordes abluet? quis abradet ſtercora conglobata? Quicquid dicat Petrus, neceſſe eſt, ut ipſe nos abluas: neque enim lauare nos poſſumus, ſed in omnibus, quæ agimus, indulgentiæ tuæ lauacro indigemus. Ad menſæ tuæ participationem Iudas proditor eſt admiſſus, ſed ab hoc lauacro ſalutari excluſus, lauari in fine non potuit, quia apoſtolatus ſui honorem deteſtabili cupiditate fœdauit. Quia uerò apud te fons uitæ eſt, & munerationem quæ à ſeculo ſunt, profunditas infinita, quos abluiſti baptiſmo, quos lauaſti ſanguine tuo, quos ſemper lauas quotidiana peccata donãdo, trãſfer à paludibus ſeculi huius & luto uitæ præſentis ad purgatiſſimum gloriæ tuæ regnum, ubi nec ſcabies ulla, nec lippitudo, ubi nemo ſanguinis patiens, nemo immundus, ubi nullo amplius opus eſt lauacro, configurato corpori claritatis tuæ corpore noſtro, ſecundum promiſſa tua, neceſſe eſt, ut impleas, & quæ incœpiſti in nobis opus bonum, perficias ſolidesq; per Chriſtum dominum noſtrum.

DE VNCTIONE CHRISMA TIS ET ALIIS SACRAMENTIS.

Dies iſta multiplicibus myſterijs honoratur. Hac die primum commendata eſt nobis fractio panis, & menſa eccleſiæ panem angelorum hominibus propoſuit ad manducandum. Hodie Chriſtus pedes lauit apoſtolis, & hoc ſolenni deuotione omni tempore agendum inſtituit. Hodie in eccleſia cum cæteris unctionibus ad populum acquiſitionis

tionis ſanctificandum, in participationem dignitatis, & nominis, ſacrum chriſma conficitur, in quo nuſtum oleo balſamum regiæ, & ſacerdotalis gloriæ exprimit unitatem, quibus dignitatibus initiãdis, diuinitus eſt unctio inſtituta. Hodie reconciliantur eccleſiæ peccatores, & electi foras ad matris ubera reducũtur, & excluſi à cœtu ſanctorum, ad communionem qua caruerant reuertuntur. Hodie patent carceres, & damnati libertate donantur. Seueritate depoſita hodie iudices manſueſcunt, & undique coniugata pietatis negotia, quaſt abortiuas traditiones antiquas ſepeliunt, & Chriſtianæ religionis parturiunt nouitatem. Mortuus quippe eſt Moyſes, & ueteris literæ putruerũt ænigmata, à facie noui olei deſiccatæ ſunt unctiones antiquæ, tota ueteris inſtrumenti incompacta eſt ſtrues, tabernaculum demolitum, arca ab Allophylis capta, totus templi decor ad Aſſyrios eſt tranſlatus. Neq; enim decebat ut Chriſtiana religio ornamentis uiſibilibus occupata in manu factis delectaretur, ſed ipſa tabernaculi conſumptio & templi ruina, & ſancta in rapinam expoſita, excellentioris gloriæ intimarent ſtabilitatem, & manentia in perpetuum ſacramenta, cultores ſuos ad intuitum inuiſibilium informarent, & abſtractum à corporalibus deſyderium noſtrum, cœleſtis templi concupiſceret & ambiret decorem, cuius nec antiquantur, nec ſeneſcit religio, in quo lucerna inextinguibilis ſine fine coruſcat, ubi ſanguis animalium non infertur in ſancta, nec ſunt hereditariæ ſucceſſiones pontificum, uel uni Leuiticæ tribui miniſteria aſſignata, ſed de omni tribu & gente & lingua, quos dignos & idoneos diuina probat electio ſecundum uitæ non generis meritum ſtatuit ſacerdotes, quibus calicem ſanguinis ſui unexhauſtæ plenitudinis abundantia ſemper refertum, conſeruandum tradidit & erogandum,

cuius

cuius aspersione & communione intus & extra corda & corpora mundarentur. Hodie, ut diximus, unguentum ad sanctificationem paratur, cuius fragrantia adolescentulæ & nouellæ animæ accedentes ad fidem illectæ delectantur, & exinanitionis eius suauitate delibutæ diligunt, & sequuntur aromatum largitorem, & usq; ad regis accubitum spiramine illo trahuntur, & post odorem illum ubiq; desyderio sancto perurgente sitibundæ discurrunt. Nihil hoc oleum commune habet cum liquoribus qui ex quorundam fructuum pinguedine exprimuntur, nec uis eius est ex crassitudine penetratiua, quæ secundum quasdam naturales rationes emollit & temperat spissamenta humorum quos solet intrinsecus astringere siccitas aliqua, uel corruptio conglobare. Non hæc medendis corporibus est unctio instituta, quia sanctificatis elementis iam non propria natura præbet effectum, sed uirtus diuina potentius operatur, sed adest ueritas signo, & spiritus sacramento, ut & ipsis rerum efficientijs gratiæ dignitas pateat, & interiori homini quanta ex his detur autoritas deiformi conuersatione & cœlestibus moribus innotescat. Hoc odio antiquitus sacerdotes sacrabantur & reges, & ipsi altarium lapides delibuti, spiritualem intelligi uolebant sacris mysterijs inesse pinguedinem. Et sicut oleum* fluentis & humidis quibuslibet superfertur, ita excellentia sacerdotalis & regiæ dignitatis secundum formam dei & Christi sub se omnia continens, regimen & munimen tam actiuæ, quàm contẽplatiuæ uitæ obtinet, et ex hoc humore cõstat descẽdere omnes gratiarũ diuisiones, quas spiritus sanctus prout ultu, singulis distribuit & largitur. Ex huius unctionis beneficio & sapiẽtia nobis & intellectus diuinitus datur, consilium & fortitudo exlius illabitur, scientia, & pietas, & timor inspirationibus

* Fluitat, opinor.

supernis infunditur. Hoc oleo uncti cum spiritualibus nequitijs colluctamur, nec fœtoribus spurijs imbui possumus, qui balsami spiritualis odore fragramus. Hoc oleum è creditorum usuris sub Helisæo propheta mulierem pauperculam liberauit. Hoc Heliæ tempore Sarepthanam pauit, nec lecythus trina effusione defecit. Hoc oleo Iacob lapidem quem suppossuerat capiti, unxit, & familiari mandato eruditis inter sacramenta ascensionum & descensionum, & discursus angelicos innixum scalæ sublimi uidens deum, quid uirtutis hæc haberet unctio, intellexit. Moyses hoc oleo tabernaculum & sacra uasa perunxit, & super caput Aaron tanta abundantia fudit, ut usq; in barbam eius descenderet, & super oram uestimenti manaret. Samuel quoq; ad reges initiandos sine oleo non accedit, & usq; ad defectum & reprobationem carnalium ceremoniarum in populo illo huiusmodi perseuerauit traditio, sed uasis Iudaicis deficientibus defecit gratia & stetit oleum. Impletis uasis propheticis, & sanctis regibus ad patres appositis, in apostasiam, & dyscolatum uersum instabile uulgus, in se non retinuit locum quem posset spiritus sanctus inhabitare, & uasa amurca plena non susceperc liquorem, steteruntq; in summo sæces, quæ longo situ induruere, & ubi domicilium religionis fuerat, sterquilinium peccati computruit. Nec tamen cessantibus his, quæ ritu antiquo inoleuerant, cum iam in populo Christiano circuncisio uideretur damnabilis, & sacrificia idololatriæ imputarẽtur, unctionis mysterium religio Christiana cõtempsit, sed cæteris generali sanctorũ consensu damnatis non solũ in regibus, & sacerdotibus unctionis honor permansit, sed in omnem populũ catholicum effusa est huius gratiæ plenitudo. Et sicut Christus à chrismate dictus, est, cò quòd singularis excellentiæ oleo unxerit eum Deus,

Exod. 29.

1. Reg. 10.

Christus è chrismate dictus.

ita

ita & participes eius quotquot sunt, consortes sint tam unctionis, quàm nominis, & dicantur à Christo Christiani, ut sint sui Christo duce rectores & duces, & offerãt deo quotidianũ sacrificium, ordinati à Deo sanctimoniæ sacerdotes. Nec immerito huic diei aßignata est tanti operis causa, & ex hoc sacramenta hæc obtinuere initium, quo hodie in sacramento calicis Christi & ecclesiæ unitas, in lauacro pectum concors societas, & donans inuicem charitas, & subiecta humilitas, in unctione Christiani nominis dignitas, & excellentiæ spiritualis propriè data est, & confirmata filijs adoptionis perpes autoritas, & dignitas perseuerans. Deinde itaq; dominus noster in mensa, in qua ultimum cum apostolis participauit conuiuium, proprijs manibus panem & vinum, in cruce uerò manibus militum corpus tradidit vulnerandum, ut in apostolis secretius impressa syncera ueritas, & uera synceritas exponeret gentibus, quomodo uinum & panis caro esset & sanguis, & quibus rationibus causæ effectibus conuenirent, & diuersa nomina uel species ad unam reducerentur essentiam, & significantia & significata eisdem uocabulis censerentur. His gratiæ supernæ priuilegijs esu sanctificati panis refecti, loti, & uncti, non eam quam amiserant, sed ampliorem & dignioré recuperant libertatem: & eiecti de paradiso nudi, ad lignum uitæ hodie reuertuntur uestiti, reddita stola, & annulo prolato in medium, & reconciliantur matri ecclesiæ, quos inobedientiæ malum foras expulerat, & cherubim flammeum gladium ab introitu tranquilli status, & innocuæ conuersationis amouit. Hodie in terra maledicta relictis rastris, & graui uomerum pondere, & stimulis fatigatorum boum cruore perfusis, detersoq; sudore uultus exusti caloribus ad paternam domum exules reducuntur, & egressus obuiam reuertenti filio

filio lætabundus pater clementiã improperio non corrũpit, nec indulgentiam fœdat conuicijs, sed bonitatis suæ honorat magnificentiam, & hilaritate magnificat largitatem. Resonant in susceptione huius solennis musica instrumenta, & communis iubilatio pari consonãtia patri misericordiarum gratias agit, cuius imperio antiquam prædam euomunt inferi, ligãtur dæmones, & diruptis ferreis nexibus diu quasati liberi reuertuntur. Hæc dies nocti illi contigua est, qua absolutionis nostræ negotium Dominus inchoauit: qua à principibus sacerdotum ad Romanum præsidem ductus iudex omnium sustinuit iudicari: passus est rex illudi, & uita occidi, descendens q; ad inferos captiuam ab antiquo captiuitatem reduxit: hoc ecclesiæ suæ hodierna traditione exemplum relinquens, ut fieret in ecclesia absolutio peccatorum, & hæreditati redderentur eiecti, & præcedentibus beneficijs, quæ suprà enumerauimus libertate donarentur pœnitentes, qui secundum merita nisi gratia subueniret, fuerant condemnati. Et omnino cõuenit, ut eo tempore quo Christus captiuos eduxit ab inferis, reconciliati peccatores ad ecclesiam reducantur: & quo confracta sunt infernalis repagula carceris, iudiciaria seueritas mansuescat: et quo ab infernalibus tormentis cessatum est, humana supplicia crudelitatis horrorem deponant.

DE PASSIONE CHRISTI.

DOmine audiui auditum tuum & timui. Terruit me cum appropinquaret traditor Iudas, & immineret passionis hora, quod dixisti ad patrem: Pater si fieri potest, transeat à me calix iste. Et tristem te usq; ad mortẽ, præ nimia anxietate sanguineo sudore perfusus coram apostolis es professus. Audiens hæc ego expaui. Quis enim non ti-

Abac. 3.

Matth. 26.

meat,si timet ille,quem omnia timent:si pauet ille,cui omne genu curuatur:si ille qui mors est mortis,& morsus inferni morte propinquante pertimescit? Non'ne ad hoc uenerat, & ita futurum ipse prædixeras? Non'ne hoc & signa & oracula & uaticinia prophetarum à mundi initio concla-marunt? Si uoluntarie obedisti patri, & non te ut pateretris coëgit necessitas,quid quereris,quid causaris? Non'ne tu dolcueras & instruxeras fideles tuos,ut non timerent eos qui corpus occidunt:quia usq; ad animam tyrãnica uiolentia nõ attingit? Sed metus ille infirmitatis humanæ cõmunem exprimebat affectum,& generalitatem omnium in carne uicentium hoc dolore urgeri,& dissolutionem corporeæ spiritualisq; naturæ hac molestia non posse carere, & hanc pœnam uniuersæ successioni Adam sine exceptione impositam,ut difficultas extremi transitus timeretur. Et hæc quidem molestia in eos,qui Dei iudicio rationem reddituri occurrunt, non immerito cadit:qui de eo quod beneficio uitæ & rationis,& reliquorum largitate munerum abusi sunt, accusante conscientia redarguti,examen illud in quo nullum est subterfugium timent:& ipsa auulsio spiritus carnis tenuitudinem dirumpit & lædit:hanc nemo anxietatem euasit, & nemo egrediente anima sine amaritudine expirauit. Sed tu domine,qui iudex es omnium, qui potestatiue ponis animam tuam & potestatiue resumis: neq; pœna te ex necessitate persequitur,nec formidabilis patris tibi potest esse conspectus,quid anxiaris:quid tremebundus ad orationem discurris? Dormitantibus apostolis peruigil proditorem expectas,nec tamen te abscondis,sed obuius in aduentum eorum procedis,qui te ligare ueniunt, & trahere ad Pilati tribunal quos Iudas signifer instructa malignitate præcedit. Audiui Domine auditum tuum & expaui,dum quæris à quærentibus

rentibus te quid quærant,cum noueris quòd te quærant. Et dixisti eis te esse Iesum Nazarenum. Inuasit illico timor tuus eos, quos tu timueras, & prostrati solo iacuere exanimes, & armatam cohortem uox unius hominis terruit, & latens in humanitate omnipotẽtia te discipulis pauidum coram persecutoribus terribilem exhibebat. Sed ut fieret uoluntas patris, & sacrificium carnis à timore & tristitia inchoaret,suberant uictimæ desolatorij carbones,quos obedientiæ liquefactus adeps extinxit:& cum traheretur uinctus ad præsidem,non supplicauit apparitoribus, sed Petri compescuit zelum:nec gladiorum passus est adhiberi suffragia,imò & Herodis & Pilati contempsit fastigia: nec potuit altitudo potestatum extorquere ad interrogata responsum. Iam postposito timore quasi utens potentiori autoritate inter sputamenta & colaphos & reliqua ludibria patientia & mansuetudine uesanas persecutorum mentes conturbat, & in eo quòd inter iniurias & conuicia se malitia Iudaica sentit contemptam,uehementius exacerbatur:& de impietate & malitia suauitas pietasq; Christi triumphat. Frustra funestas iudex manus in prætorio abluis,à sanguine Domini te profitens innocentem. Tu ipse causam mortis cum diligenter inquisieris,te non inuenisse in eo fateris,ipsa coniunx tua nihil tibi & iusto huic esse mandauerat, quòd uatic; per os eius dæmonia imminere sibi iudicium sententia testabantur:non excusas, sed accusas:causam tibi facis cum Iudæis communem. Illi se proditione, tu parricidio te condemnas. Illi lingua, tu ferro occidis, tam te,quàm illos inauditæ crudelitatis scelus inuoluit. Veniet anima tua in manus iudicis quem condemnas, fractisq; tribunalibus tuis iudicaberis,& demergêris in profundum inferni,eruntq; tibi & Iudæ scelerato in tenebris,& gehẽnalibus flammis pœ-

næ irremediales, inconsumptibiles ignes, dolores perpetui, & tormenta æterna. Et quidē filius hominis, sicut scriptum est de illo, uadit: qui damnatus est, ut liberaret damnatos: doluit, ut sanaret infirmos: timuit, ut faceret securos: opprobria pertulit, ut improperia detrahentium non moucrent electos: deputatus inter impios, quorum alter assumptus, alter reprobatus est, ut daretur exemplum, & forma indissolubilis manens in posteros: quia nec in ultimis Dei clementia pœnitentes excludit: nec ulla hora sera est, cui commentio districta occurrit: nec eos qui uitæ suæ quocunq; articulo temporis ueri sunt iudices iterum iudicari: quia cum iudicis, & tortoris uices non parcens peccator assumit, semetipsum persequens dum confessionem confusione honorat: holocausti huius incensio in conspectu Dei ueniam impetrat. Neq; enim bis in idipsum iudicat Deus, sed impœnitentes iudicantur, & damnantur.

pœnitentes ipse iudicat & damnat: pœnitentes uerò, quia à seipsis suscipit iudicatos, absoluit: neq; iudicio quod pœnitentiæ humanæ seueritas protulit, aliquid iustitia cœlestis apponit. Iudicati sunt Aegyptij, cum in redeuntibus super se maris fluctibus inuoluerentur: iudicati Sodomitæ, cum subuersis eorum urbibus flammis sulphureis cremarentur: sed si in eisdem subuersionibus gemerent pœnitentes, temporali pœnæ æternalis non succederet pœna, sed esset eis pro remedio supplicium, & pro absolutione tormentum: nec contritos corde æternum contereret, & aggrauaret iudicium. Sic in cruce latro confitens non tantum indulgentiam meruit, sed Christi familiaris effectus, præmissus est in paradisum, & factus est particeps regni, per confessionem factus collega martyrij. Illi uerò blasphemo, quia de Domini desperauit potentia, nulla potuit subuenire clementia: nec potuit illi crucis prodesse consortium, cuius malitia non expiabat

piabat pœnitentiæ lauacrum. Ascendisti domine palmam, quia illud crucis tuæ lignū portēdebat triumphū de diabolo, uel de principatibus et potestatibus, & nequitijs spiritualibus uictoriā: erātq; in manibus tuis duo cornua, in quibus erat fortitudo tua abscondita: & imperiū tuum super humerum tuum, tu ipse patibuli tui baiulus hærebas ligno quod tuleras, cuectionis & passionis anxietates sustinens & labores. Considerauī opera tua & expaui. Clauis sacros pedes terebrantibus fossisq; manibus, de uulnerum anxietate non loqueris, de spinis sacrum caput pungentibus non quereris, sed satagis, ut innotescat posteris, quare derelictus à Deo uidearis, expositus contumelijs & Iudæorum ludibrijs. Causam mortis in te non esse Pilatus ipse prædixerat, & Caiphas mortem tuam pro inimico populo satisfacturam, cum esset anni illius pontifex, prophetauerat. Tu de morte non agis, de opprobrijs non contendis: sed hoc uis intelligi, quæ sit causa mortis, quis quæstus: ut utraq; re cognita, peccatum appareat & gratia, & quanti ponderis sit utrunq;, rerum probet effectus, cum originali morti nullum nisi in Christi morte potuerit esse remedium: nec reconciliare deo potuit exules, & damnatos quælibet oblatio, nisi sanguinis huius singulare sacrificium. Et sine hoc holocausto poterat deus tantum condonasse peccatum, sed facilitas ueniæ laxaret habenas peccatis effrænibus, quæ etiam Christi uix cohibent passiones, quæ uix sceleratos animos à uoluptatum fæce auellunt. Vulneri sane tam putrido, & antiquarum cicatricum fœtori non inueniebatur medicamentum conueniens, nisi unguento sanguinis huius plaga uctus liniretur, & malagmate carnis in cruce extensæ siccarentur uenena, quæ calcaneo primi hominis, & omni posteritati eius serpens ille seductor antiquus infu-

derat. Hæc una medela corrosit illas quæ in immensum excreuerant cicatrices: & uim suam concupiscentiarum perdidit corruptela, & deleta damnationis conscriptione nouis literis assignata est, restituta libertas, priuilegio dato charta indulgentiæ sigillo plagæ lateralis firmata. Considero opera tua, & admiror te cruci inter damnatos affixum, iam nec tristem, nec pauidum, sed suppliciorum uictorem eleuatis manibus triumphantem de Amalech, & quasi sanctificantem de excelso plebem & eleuatum in sublimi, & quasi cœlo proximum superioribus inferentem consummati agonis uexillum, & inferioribus erexisse scalam in patris occursum. Ibi dolorum & conuiciorum immemor subtiliter inuestigas, & ipse exponis quare derelictus fueris, indicans anxietates illius querimoniæ uerba esse delictorum tuorum, quorum personam & causam assumpseras, intantum ut per Moysen & per Apostolum sustineres uocari peccatum & maledictum pro similitudine pœnæ, non culpæ: quod pro eis uoluisti intelligi, qui deseri à Deo propter peccata meruerant: quorum reconciliationis agebas causam, in qua allegator subtilis pro seruis seruilem non dedignaris accipere personam: & intantum infirmis compateris, ut nec crucifigi, nec mori dum illi uiuant, & te patrocinante non pereant, nec erubescas, nec formides, altitudinem tuam derelinquens ad tempus gloriæ tuæ maiestatem euacuans, ut redeant dispersi & respirent derelicti. Hæc est causa quare derelictus sis, ut colligeret & reuocaret inanitio tua eos qui fuerant derelicti, & qui sine Deo fuerant dum dominaretur eis peccatum, reducti ad iustitiam conformes Christi, & Christi efficerentur & dij. Vnde scriptum est: Ego dixi, dij estis. Considero do-
Ephes. 91. mine te in illo patibulo, ubi uidebaris sine adiutorio, quo-

modo imperatoria potestate latronẽ præmittis ad regnum: & in cuius assumptione iam manifestè constat quantũ apud derelictos profeceris, quorum primus iste gloria & honore coronatus, ipsa die paradisi ciuis & domesticus curiæ efficitur. Impossibile quippe erat illam sanctam animam tuam teneri ab inferis, de qua ipse ad patrem dicis: Quia non derelinques animam meam in inferno, nec corrumpi carnem meam in sepulcro: quia ubi in præsentia illius effractis inferis est captiuata captiuitas, præsentata uictrice anima in conspectu patris, ad corpus suum sine dilatione reuersa est: & appropinquauerunt saluti, qui longè erant à salute, & inter mortuos liber morti obnoxios perpetua libertate donauit. Considero te in cruce de matre solicitum, cui uolenti loqui tecum cum euangelizares, negaueras retroactis diebus colloquium, & prætuleras matri auditores Ioan. 19. uerbi, pauperes spiritu, dicens eos tibi esse pro matre & fratribus, qui uoluntati patris obtemperant. Nunc materno moueris affectu, & thalamum humanitatis tuæ cubiculario dilecto commendas, & prouides sedulò benedictæ inter mulieres apostolicam clientelam, & obsequium uirginis, uirgini discipulo tradis: ut iam non Ioseph tanti mysterij oneretur præpositura, sed Ioannes: quia iam exigebat ratio, ut coniugij remoueretur opinio: nec ultrà pater Christi æstimaretur qui catenus uicẽ patris & cõiugis tenuerat. Habebat Ioseph in hac Christi dispositione rationabilem contradictionem, cum alteri commendaretur Maria, si se cognouisset carnalem maritum, sed quia in spiritu actum erat coniunctionis illius mysterium, passus est Ioseph æquaniter sibi eum in hoc seruitio præponi, quem digniorem se iudicabat: & ideo maximè quia magistri electio sic negotium

tium ordinabat. Adhæc ſacerdotalis autoritas priuilegium in medio proferẽs, mediator inter nos & patrem oras pro
Matth.27. his, qui ad dolorem uulnerum tuorum opprobria addiderunt, & pro inimicis impetras ueniam, ſupplicas & obſecras, ut hæc eis iniquitas dimittatur, & à morte tua habeantur innoxij ipſi, qui ſanguinem tuum ſuper ſe & ſuper filios ſuos manere precantur: uſqueadeo excæcati, ut ſcelus ſuum non intelligant, nec odium Chriſti ipſa mors cruciſixi extinguat. Sed charitas tua interim ſuſpendit iudicium, & reis ingratiſq; patientia tua pœnitẽtiæ prouidet locum, tempuſq; reſeruat, & differt punire dignos exitio, hæc orans, ut aperiantur oculi eorum, & agnoſcant quæ ſit uirtus crucis, quæ efficientia ſanguinis, quæ magnitudo delicti & doni, gratiæ & peccati. Tanta erat ſpiſſitudo uelaminis, & craſſitudo doctrinæ, qua erant Moyſeos ſcriptura imbuti: ita erant eorum ſenſus hebetes, & ingenia tenebroſa, ut in uerbis legis nihil diuinum ſaperent, nihil aliud quàm exterioris umbraculi integumenta uiderent, neq; ad ſacramentorum ſecreta aliqua intellectus indagine penetrarent. Imò ſi quis eos uellet in ſancta inducere & introducere in arcana profundaq; myſteria, impium iudicabant & ſtultum, mel è petra ſugere, & de ſaxo duriſſimo oleum eliquare. Dimiſſum eſt ergo Chriſto orante peccatum, & ex parte maxima cæcitas illuminata eſt, & malignantium perfidia demũ credidit & intellexit: & de torcularí crucis muſtum expreßit, accepit & bibit: & in calice quod propinarat Moyſes, uinum merum à fæcibus segregauit. Ecce plus potuit donum quàm delictum, & gratia quàm peccatum: quoniam ex debito damnationis obnoxios gratis ſine ullo merito gratia beneficio pietatis abſoluit, & iudicium imperante Chriſto miſericordiæ dedit locum, & diſtrictionis ſuæ temperamentum iuſtitia Domino diſponente modeſte ſuſtinuit. Iam uidet Hebræus, & quicunq; de ſeruitute Aegyptia ad repromiſſæ patriæ libertatem anhelat, quòd ſanguis Chriſti efficacius quàm ſanguis agni illius, quem in Aegypto Iſraël immolauit, cõtrarias abigat poteſtates: cuius hodie tanta eſt autoritas & poteſtas, ut non ſolũ Iſraëlitica limina muniat, ſed etiam ab his qui Iſraëliticè non uiuunt, ſolum ſacramenti ſignum repellat dæmonia: & ubicunque conſpecta fuerit, terribilis ſit eis ſacri nominis uirtus & ſanguinis nota. Denique quicunque ſint ſacramentorum miniſtri, qualeſcunq; ſint manus, quæ uel mergunt accedentes ad baptiſmum uel ungunt, qualecunq; pectus, de quo ſacra exeunt uerba, operationis autoritas in figura crucis omnibus ſacramentis largitur effectum, & cuncta peragit nomen, quod omnibus nominibus eminet, à ſacramentorum uicarijs inuocatum. Et licet indigni ſint qui accipiunt, ſacramentorum tamen reuerentia, & propinquiorem ad Deum parat acceſſum: & ubi redierint ad cor, conſtat ablutionis donum, & redit effectus munerum: nec aliâs quæri, aut repeti neceſſe eſt ſalutiferum ſacramentum. Iam ſanguis tuus Domine non quærit ultionem, ſanguis tuus lauat crimina, peccata condonat. Clamat ſanguis Abel, clamant Sodomorum peccata, & parricidium, & libido digna ſunt ultione: tu olim ultionum Deus, modò miſereris, & parcis his qui offenderunt: ſanas contritos corde, & alligas uulneratos: filio prodigo reuertenti non improperas luxum: mulieri adulteræ non opponis proſtibulum, peccatricis publicæ non reuſas ſeruitium, debenti pecuniam dimittis depoſitum: Iudæis perfidis & dediſti gratiam, & dimiſiſti ſcelus ſceleratum, & peccatorum peccatum. De latere tuo fons egreditur in uitam æternam proſiliens, & de eadem conſubſtantialiq;

tialiq; origine diuisis limitibus aqua & sanguis emanant ad complementum, perfectionemq; totius iustitiæ, sacramẽta in perpetuum duratura, & fontis illius ubertas perenni lapsu uniuersam ecclesiam irrigat, & fœcundat. Ex hoc fonte non tantum ablutionis primæ, qua initiantur accedentes ad Christum undas haurimus, sed & compũctionum, & lacrymarum perennes effluunt riui, & misericordiarum suauitas, & totius pietatis affectus emanat. Tu Domine sacerdos sancte, qui in tempore iracundiæ factus es reconciliatio, sancti huius sanguinis permanentem plenitudinem reliquisti, & beneficium huius sancti liquoris in perpetuum tradidisti, & constituisti nobis consumptibiliter potum uiuificum, crucis signum, & mortificationis exemplum. Tu consummatis omnibus uade ad patrem, & trahe nos post te: da nobis in uita præsenti, ut simus sine angaria baiuli crucis tuæ, & comprehendamus cum omnibus sanctis quid latitudo, quid longitudo, quid sublimitas, quid profundum huius ligni significet, quo conspecto non noceat nobis, neq; mordeat coluber solitudinis, sed incolumes per omnia sequamur te, tecum paruuli simus, tecum circuncidamur, tecũ baptizemur, tecum ieiunemus, tecum lotis pedibus panem angelorum edamus, tecum crucifixi mundo uiuamus, tecum spiritu sancto repleti, & corpore & spiritu in æternum maneamus. Qui uiuis & non ultrà morieris in secula seculorum.

DE RESVRRECTIONE CHRISTI.

QVæsitis aromatibus ad ungendum Dominum Iesum in monumento positum sacræ mulieres communicato consilio conuenerunt, & repertis ibi sine corpore sudarijs, quem non inuenere, putauere sublatum. Nam & lapis reuolutus, & uacuum monumentum simplicibus animis coniecturas huiusmodi opponebant, quòd corpus strictum linteis nisi translatum esset, moueri loco non posset, nec lapis magni ponderis nisi ui humana nullatenus reuolui potuisset: unde & manè uenientes quomodo posset ab ostio monumenti lapis gyrari anxiè causabantur. Sed Dominus qui inspirauerat ut uenirent, præuenerat uenientes, & egressus de sepulcro uacuum locum reliquerat, apertoq; ostio ingredi nolentibus liberum dederat aditum: & quasi monebat se aliâs quæri, qui illis angustijs non poterat occultari. Flebãt igitur sacræ fœminæ, quæ eum cui obsequi uolebant, se perdidisse putabant, & obriguerant mœstitudine, eò quòd deuotio sua desiderato frustraretur effectu. Habuerãt siquidẽ eum sicut prophetam non inferiores fide illis discipulis, qui dicebant quòd Iesus Nazarenus uir propheta fuerat potens in opere & sermone. Et licet de resurrectione sua ipse tam Apostolos quàm reliquos discipulos, in quorum societate iã esse meruerant, magister prouidus instruxisset, inculcasset tamen omnibus dubietatem et terrorem supplicium crucis & mortis atrocitas: nec tamen ab eorum cordibus uelli poterat dilectio, qua ei adhæserant, & recordatio signorum quæ uiderant, & admiratio doctrinæ quam audierant, & conuersationis piæ admirabilis sanctitudo qua fuerant informati. Necdum firmo gressu ibant, sed lababat pes dubitantium, sed quærebant quem amabant, nec malignè desperabant: unde factum est, ut quæstum inuentionis, dilectionis perseuerantia mereretur. Illæ itaque primæ uiderunt & cognouerunt, quæ ardentius dilexerunt, quæ deuotius quæsierunt, illæ sermocinatæ cum Christo, certificatæ quòd ipse esset qui à mortuis resurrexisset: nuntiant Petro et cæteris quòd Christus resurgens à mortuis iam non moritur

ritur. Euangelizarunt uiuentem, qui mortuus putabatur: nec iam sepulturæ eius odoramentis corporalibus deseruiunt, sed aromatibus firmæ fidei, & certæ spei, & charitatis synceræ regnanti Domino famulantur, & uirtutum fragrantiam non iudicato præsentant, sed iudici. Lætantur apostoli, quos mundus quasi dehiscens terruerat, et quasi dissolutione elemẽtorum quassaretur, omnia præcipiti ruina sterneret, minas horribiles intentarat, solidatisq; & compactis cœlestibus & terrenis æterna redemptione inuenta, gratulabundi adorant, quem reliquerant: credunt, nec in aliquo hæsitant: assistunt quantum possunt ei, à quo diffugerant. Quem non fragor ille mundi terreret, quando terra tremuit, Sol expalluit, & radios lucis suæ Sol contenebratus abscondit? Ipsa monumenta lapides sibi superpositos procecerunt, & indignata superior & inferior plaga tenebris & motibus & scissuris, compassionis suæ & uehementis affectum: nec sustinuit intueri mundus gustiæ indicauerunt perfidiæ Iudaicæ scelus, & uisa sunt insensata elementa sensu uti abundantiore, quàm homines, quibus secundum naturam ratio inerat: & crudeliores extitere feris abutentes intellectu, intantum Christi sanguinem sitientes, ut seipsos maledictione æterna damnarent, & in paruulos suos anathematis illius reliquias immobili stabilimento firmarent. Sed ne in eorum scelere diutius immoremur, qui repulsi sunt & destructi in finem, quorum parricidialia uota seruli-
Num.16. tium & exterminium meruerunt, quos cum Dathan et Abiron, quos ob dissensionis flagitium terra dehiscens uiuos absorbuit, constat in tenebris inferi sigillatos, ne tantarum abominationum recordatio paschalem serenitatem interpolet, circa solennitatis inclytæ gaudia deuotis & alacribus animis insistamus. Neq; enim fas est, ut à nobis aliqua his diebus

bus tristia recitentur: sed sicut filijs Chore datum est ut semper læta canerent, & prophetarent, & omnes psalmi eorum attitulati nominibus gaudia prædicant, nec aliqua minantur aduersa: ita nos ad Christum pertinentes, cuius sanguine conspersa creditur Adam caluaria, qui sub loco quo *Hier. videt hanc* crux Domini fixa est, humatus traditur ab antiquis, eiusdẽ *fabulam.* sanguinis sanctificati elapsu, lætemur & delectemur in Domino, nec iam amatoribus crucis mors magistri sit horrori, neq; pœna sit dolori, nec passio sit pudori, cum hæc omnia uitæ nostræ sint instrumenta: quia mors eius pro peccatis nostris sacrificium fuit, & pœna crucis excessibus pœna dignis occurrit, labor eius onera nostra deposuit, dolor eius nos sanauit, & damnatio indebita nos à damnatione æterna absoluit. Et si quid confusionis uisa est in tẽpore illo pati sancta eius humilitas, rerũ hodie manifestatur effectu, quod Apostolus ait, stultum huiusce modi sapientius esse hominibus, & infirmum fortius omni fortitudine, per quod reprobata sapientia huius mundi & de sapientibus & potentibus in nomine crucifixi pauperes spiritu potentissime triumpharunt. Cantemus igitur Domino, gloriosè enim honorificatus est. Liber populus egreditur de Aegypto, Moyse duce, mare fit peruium, columna flammea nocte coruscans, Israëliticũ antecedit exercitum: stat à dextra & læua mare suspensum, desiccato luto profundi, inoffensum abyssus dat transitum: & egresso populo Dei, Pharaonem cum populo suo repentina mole illapsum pelagus intercludit. Iam præcesserat agnus, quem Israël in Aegypto immolarat, cuius sanguine limina rubricata percussor angelus non est ausus attingere: nec exterminatoris gladium populus formidabat, cui & de spiritualibus nequitijs parabat uictoriam, illud sine macula sacrificium, & mare diuisum, & totum Aegypti robur

bur extinctum. Primum illud antiquum pascha his miraculis coruscauit, & excluso fermento, præceptum est ut horum dierum celebritas ageretur in azymis: nec solennitatis huius gaudia seruilibus operibus fuscarentur, nec omnino aliqua tantæ syncritatis gloriam malignitas inquinaret. Certa data est ex lege distinctio, quæ esset paschalis oblatio, & tempus, & locus, & modus, quando, uel ubi, uel quomodo sacra deberet hostia immolari. Victima, agnus, locus, una per singulas familias domus: caro non elixa, sed assa, hora uespertina. Hæc cum eo tempore fierent in figura, quod nos in ueritate agimus, typicè loquebantur: & dirupto in Christi morte tẽpli uelamine, uerus agnus solus inter filios hominum sine macula Christus ætate ultima, in qua mundi uespera- scit conditio, ab una populi Christiani familia in unitate ecclesiæ assus in cruce, proiectis foras hæreticorum fermentis, synceræ fidei solidata compagine, inconsumptibiliter editur, creditur, & tenetur. Noua & uetera sub hoc nomine conuenerunt: egreditur Israël de seruitute Aegypti, exit populus Dei de regno diaboli: baptizantur in nube & mari Hebræi, & iam spiritu sancto & sanguine Christi mundatur à peccatis populus Dei: ex diuersis familijs una fit domus, una fit tribus, unus est cibus, significantia & significata, res & signa, uirtus inuisibilis, & inuisibilia sacramenta sic faciunt unum corpus, sicut caro & spiritus: & quod uidetur, & nomine & uirtute Christi corpus censetur. In hac rerum conuenientia honorificatus est Christus, & gloriosæ laudis triumphos lætabunda hodie canit ecclesia, in lapide angulari consocians disiunctos olim parietes, quos in unum mirabilis artifex fuso sanguine glutinauit: & reprobato diu à malignis fidei fundamento, charitatis suæ nexibus diuisas copulauit

uit macerias, & redegit partes in totum, et multa in unum: & facti sunt una domus confœderati parietes, & stabile fundamentum. Honorificatus est Christus resurgens à mortuis, uictor mortis, spolians inferos, & captiuos præmittẽs ad superos. Hucusq; per humilitatis gradus ascendens, modò gloria & honore coronatus nil mortale, nil passibile retinens, impassibilitatis & immortalitatis donauit nos gloria, & resurgentes in beatitudine constituit sempiterna. Resurrexerunt quidem ante Christum, sed in nomine & fide eius sub Helia uiuente in corpore, unus, & Helisæo uiuo & mortuo, duo qui obierant, sed ad mortem quam gustauerant, iterum redierunt: resurrexit & Lazarus, & alij nonnulli ad imperium Christi, & aliquo tempore beneficio uitæ usi, iterum ad funera rediere. Res quidem honorabilis & dominatio potestatiua fuit ad corpus exanime spiritum reuocare: sed resurrectionis huius, cuius sunt in Christo primitiæ, incõparabilis est dignitas, quam nec sequitur corruptela, nec dissoluit antiquitas, nec aliqua umtabilitas labefactat. Mirati sumus in transfiguratione, quæ facta est in monte præsentibus Apostolis Petro & Iacobo & Ioanne, quando sicut sol resplenduit facies saluatoris, et uestimẽta eius candorẽ omnẽ exuperantia Apostolorum hebetauere conspectum: sed momentaneus ille decor imaginem, non speciem: similitudinem, non substantiam: partem, non plenitudinem transformationis mirificè explicauit. Sed neque eandem gloriam quam antè ostendit Apostolis, resurgens ilico ostendit: sed quod uidere consueuerant, hoc uiderunt: & dilata est claritatis illius quam nobis pollicitus est, plenitudo quæ in se erat perfecta, & à nobis in nobis expectatur perficienda lucidior & syncerior, quàm æstimari possit ab aliquo: uel quàm illa etiam claritas intimauerit, cuius primitias in Christo

Resurrectionis primitiæ in Christo.

trans

transformato accepimus. Agunt in cœlestibus hæc paschalia gaudia ipsi angelici spiritus, & resurgentis Domini gloriam admirantur, lætantur, & delectantur in eo quòd forma serui reuersa sit in formam Dei, & exinanitio humilitatis ad depositæ altitudinis redierit maiestatem. Sed & in hoc multiplicata sunt gaudia, quòd ab his pro quibus se humiliauerat, tantæ excellentiæ beneficium dignatus esse commune, et partiri nobis suæ abundantiam uoluit claritatis: ut post resurrectionem corpus non aggrauet animam, sed sit caro sine mole et põdere, agilis & mobilis, nullis clausa obstaculis, uisu & auditu penetrans omnia, & attingens, quocunq; uoluerit sine impedimento discurrens. Inerit resuscitatis corporibus nulli uanitati subiecta libertas: & quæ cogi non

Resuscitatorum libertas.

posit ad aliquid in nullo laborans, iam à spe educta, re ipsa perfruens, nulla expectatione suspensa, & in pace quietissima confirmata, omnisq; expers formidinis in spiritualibus delicijs iugis illa permansio reflorebit. Quàm mirabilis est scientia tua Deus! confirmata est super nos, nec possumus ad eam attingere. Hæc sapientiæ tuæ altitudo, qui mundũ non ex præcedente materia, sed solo uerbi tui condidisti imperio, creaturis uerò corporalibus ex mundi essentia dedisti initium, suis incolis singula elementa adornans, hominem quem de mundo fecisti, cunctis in terra & aëre & aquis uiuentibus perficiens, ita ut suo præposito singula in suo genere ministrarent: tu alijs uitam temporalem, alijs procurasti perpetuam, admirabili ordine quædam mutantes & renouans, & præfinito tempore metam irrationabilibus omnibus præfixisti, & terminum quem transire non posit, dissolutioni conditio destinata. Homo quia ex cœlesti & terrena materia compactus est, uestitus extrinsecus pelle & carnibus, tẽpus accepit, quo te iubente, redderet terræ

terræ quod de terra assumpserat, & ad immaterialem originem reuerteretur spiritus: cuius natura dissolutionis non admittit iniuriam. Corpus putredine & caro uermibus consumenda, secundum naturæ suæ rationem æternitatis non poterant priuilegio perfrui: & quod sibi iure non competebat, à conditore nequibat exigere: neque ulla eorum interrogatio super hoc merebatur responsum. Sed tu optime domine ultro gratiam uolens dare spiritui, decreuisti clementius, ut ex societate & clientela quam reddiderat animæ caro, aliquid ei commodi proueniret: & quæ ei uehiculum fuerat & particeps studiorum in recompensatione ministerij iterum dilecto accolæ consociata pudica & pacifica rediret, nullas secum reuehens contumelias, quibus deinceps quietis internæ cõcuteret puritatem. Sed & hoc domine ad cumulum beneficij addidisti, ut inter legem carnis & spiritus nulla postmodum esset diuersitas: nec post initum fœdus illa iterum inter eos recrudescat rebellio, sed per manum tuam reconciliatio ordinata stabilis in perpetuum perseueret. Te igitur iubente, terra fit caro, & expulsa de domo iterum coniugatur uiro, non iam ancilla, sed libera: & habitant unius moris in domo murmurationibus consopitis, quæ olim compugnantes inter se concupiscentiæ concitabant. Quis domine Deus considerare hæc opera tua sufficit, & quis lutum coagulare potest in carnem, quis formare potest in hominem, quis infundere animã, quis reddere uitam, quis dare æternitatem, quis addere felicitatem? Ad hunc prouentum humana laborat creatio: hæc semper fideliũ expectatio fuit. Hoc optabat rex ille humilis, qui se nouerat imperfectum, ut adderes conditioni tuæ quod decrat, & perficeres & solidares opus tuum, quod corruptibilitas & mortalitas assidue conuicijs multis solebant affligere, & uarijs

opprobrijs consueuerāt infestare. Tu morti imperas, & absorpta eliditur: inanescit corruptio, ubi æger, te medente, sanatur. Gustasti mortē pro filijs hominū, ut qui tecum mortui erant, tecū uiuerent, & participes tribulationū etiā consolatione gauderent. Resurrectio quidem communis est, & ante tribunal Christi necesse est in corpore iustos stare & impios, Dei hoc dictāte iustitia, ut pietas & impietas in operatoribus debitis stipendijs donarentur: & qui finem habere contempserunt in malis, infinita clauderentur ultione in pœnis: & qui gloriati sunt in cruce, cum crucifixo regnātes beatæ fierēt perennitatis participes. Non sunt participes huius gaudij, quos damnat ambitio: non potest furtiuos habens loculos, paschalibus solennijs interesse. Nihil proditor & uenditor magistri, fermentator profanus commune habet cum azymis: omnis immundus in anima ad esum huius agni prohibetur accedere. Nulla ad hanc lætitiam perfidia recipitur, omnis malignitas excluditur: calciatus pedibus ad euangelizandum peractus, accinctus renibus & sanctimoniæ destinatus, habens baculum in manibus, & festinans ut Aegypti deserat idôla, sequens Moysen, nec formidans uiæ discrimina, quisq; purus & syncerus sine fraude homo uerus accedat & edat: & securus quòd resurgat, mortem optet, ut attingat ad æterna gaudia, in quibus est uita nostra sursum manens, & nos trahens ad bona cœlestia. Qui uiuit.

Resurrectio communis.

SERMO DE ASCENSIONE CHRISTI.

CElebrata in cruce solenni uictoria, cum iam templum corporis sui, quod persecutio Iudæorum effoderat, Dominus reparasset, noluit statim ad patrem ascendere, & glorificati corporis præsentiam inferre cœlestibus: sed necessaria dispensatione discipulorum infirmitati consulens utiliter distulit,

distulit, & quadraginta diebus in terra conuersatus, & uisus est sæpe & loquutus cum apostolis, & manducauit & bibit, & uulnera quæ ad dubietatem eorum tollendam, in corpore reseruarat, & uidenda & palpanda exposuit, & impleta in se quæ in scripturis erant prædicta, euidentia rerum edocuit. Ad hoc necessaria fuit huius temporis mora, ut recollectis quos in fugam timor impegerat, quos supplicium crucis terruerat, in multis argumētis apparens, mentes quæ diffidentia titubauerant, solidaret: nec esse phantasticū, sed uerum corpus quod surrexerat, tam comessationibus, quàm cōtrectationibus probaret. Ad hoc dilata est ascensionis gloria, ut sub hoc dierū interstitio præcedens doctrina affectibus firmaretur, imò ut discipulorum desideria receßionem eius corporalem ambirent: quia spiritualis præsentiæ plenitudo quādiu conspectu carnis præsens aderat, aduētare non poterat: & paulatim in hoc conducti sunt, ut libenter cōsuetudine conuictus assueti carerent, cum inhabitator spiritus sanctus eorū animas poßidens, inuisibili accessu synceriores eis affectus infunderet, & aperiret interiores oculos ad intuendum intellectu puro patrem luminū, & substantia rerum sperandarum proposita apparētia sepeliret: nec incertitudinis scrupulus superesset, cum Dominus & magister, quem uerum hominem probauerant, eis uidentibus, cœlum ascenderet: sed iam securi se crederent secuturos, nec esse impoßibile quin & ipsi in carne & spiritu ad superos transferrētur. Omnibus itaq; ad tam delectabile spectaculum aggregatis: Ascendo, inquit, ad patrem meū & patrē uestrum, Deum meum & Deum uestrū. Horum uerborum autoritas cum iam eorum uirtutem spiritus sanctus intimasset, omnem poterat excludere diffidentiam, & hilarescebāt animi eorum paternitatis diuinæ illustrati honore, & fraternitatis

Ascensionis dilatio.

Ioan. 20.

nitatis Christi honorati consortio, cum audirent & crederent se filios Dei & fratres Christi, in quo omnis excellentiæ plenitudo & sufficientia inerat: nec iam quasi idiotæ & hebetes huic uerbo applaudebant carnaliter: sed subtilissimè generationem & dignitatem creaturæ à uoluntate & nutu creatoris habuisse initium, & imaginem & similitudinem Dei in interiori homine uidebãt: & dignoscebant intellectu potius, quàm uisu, quam affinitatem habeant inter se pater & filius: & quia substantiuo & naturali filio filij adoptiui conformes à prima origine multa habeant ex natura, & multa ex gratia. Sanè huius generositatis consortium, secundum quam simul cum Christo filij Dei sumus, nobilitatem existentiæ nostræ exponit & intimat: in quo honore si manserimus non degeneres, constat omnino non posse patrem dissidere à filijs, sed deiformibus tutum esse ad paternitatem accessum: nec posse pati ad hæreditatem possidendam dissonos in petitionibus diuinis repulsam, sed in quibuscunq; filius filialiter genitorem appellauerit, necesse est bonitatem largitoris iustè supplicantis prosequi uoluntatem: maximè cum ipse pater qui largiter iusta suggerat peti, quæ non differt benignè largiri. Et quidem paterna charitas bonis filijs & hæredibus maximè delectatur: & hoc gloriæ Christi unigeniti dilecti accumulat, quòd beatitudinis suæ non patitur esse solitariam magnitudinem, sed addit fratres: non qui minuãt quasi diuisam in plures excellentiam, sed qui altitudinem diuitiarum eius exornent participes & consortes. Quod cum ipsum qui pater est, constet esse Deum, & eum Deum nostrum sicut & suum, filius attestetur, in eo quòd filij sumus ipse nos possidet, in eo quòd noster est Deus, quod nostrum est, ipsum cuius proprij sumus, pro-

Psal. 117. priè possidemus. Dico igitur Domino meo, Deus meus es tu: &

tu: & dicit mihi Dominus meus: Ego Dominus Deus tuus. Homo cuius Deus est, quid amplius quærit? Si sufficis tu Deo, sufficiat tibi Deus. Bonorum tuorum Deus non indiget, nec conferre potes ei quippiam, nec auferre. Si esurierit, non dicet tibi. Eius est orbis & plenitudo eius, & magnitudinem eius cœli cœlorum non capiunt: non infirmatur, non eget indumento uel cibo: omnia scit, omnia potest, omnia continet: in ipso omnes uiuimus, mouemur & sumus. Quid tu ei quasi indigo conferes? te solum bonitate, non necessitate desiderat. Scriptum est, & ipso iubente tabulis insculptum lapideis, ut diligas eum ex toto corde tuo, & ex tota anima Deut. 6. tua, & ex tota mente tua. Dilige, & diligeris: propè est merces tua, in manibus porrigitur præmium: esto tu Dei, & erit tuus Deus tuus. Impar sanè commercium, pretium inæquale: sed qui pro nobis triginta argenteis appretiatus, intelligi uoluit, quanta fuerit in pretio, quod pro eo datum est, & in eo quod ipse dedit pro mundo, dissimilitudo, cum ipse exiguo argento emptus & uenditus, tanto pretio damnatos redimeret, ut dubium esse non posset, quin pretij magnitudo superaret negotium: nec æquari posset damnum, quod omnino damnatio iusta meruerat, obedientiæ Christi, quæ gratis usq; ad mortem progressa est, & ultro soluit quod non debebat. His intellectis apostoli sicut filij prophetarum olim uerum Heliam ascensurum sciebant, & horam illam præstolabantur gaudentes nec iam anxiebantur parturientes, sed exorta lætitia parati erant prosequi recedentem, minime dubitantes quin & ipsi post modicum conuersationis huius, postquàm de torrente passionis in uia hac bibissent, exaltato capite & erecto, se ad cœlestia Dominum secuturos. Eleuatis igitur manibus hæreditariam eis benedictionem relinquens, non manufacto uehiculo, nec auxiliari-

bus carpentis euectus est Christus, sed naturæ diuinæ propria usus uirtute carnem cœlo intulit, & corpus glorificatum patris conspectibus præsentauit. Non indiguit uectoribus angelis, qui offendicula tollentes è medio, ferrent eum in manibus, sed præcedentes & subsequentes applaudebant uictori, & concinentes in iubilatione modulabantur canticum nouum, & implebat cœlos consonantiæ illius harmonia, thronis & dominationibus parantibus filio iuxta patrem consessum, cherubim & seraphim pedes pacificos ambientibus, radiantibus undiq; diuinis claritatibus et splendoribus supercœlestibus, quos nec ardor perseuerans consumit, nec turbinis alicuius efflatus extinguit, nec interpolatio caliginis ullius abscondit. Celebrat tanti triumphi magnificentiam lætabundus cœlestis exercitus, & qui descendenti coram pastoribus Bethlehemitis decantauerunt in sublimi præconia, modò expressioribus conatibus & intensioribus iubilis reuertenti ad patrem solenniora obsequia impendebant, & festiuis affectibus uenerebantur hominem supra se sublimatum: quem gloria & honore coronauerat pater, & ad dexteram suam collocatum, hoc dato ei priuilegio singulari, ut in nomine eius omne genu flecteretur, & super omne nomen eius nomen excellentius coleretur. Quanta in eius susceptione in cœlis iucunditas fuerit, nemo sufficit enarrare: rei huius magnificentia omnem superat intellectum. Si linguis hominum uel angelorum quis eloquatur, uel ad hoc cuiuslibet elaboret acumen ingenij, ut desinire uelit quæ patris in reditu filij hilaritas fuerit: aut si forte illud sempiternũ gaudium aliquod tunc admiserit incrementum, si stabilitatis æternæ se aliquo modo mutare possit immobilis magnitudo: scrutator ille maiestatis opprimetur à gloria, & uerendum est ne dum uehementius exprimit uerba

uerba quàm oportet, sanguinem pro lacte emungat. Attamen inuisibilem deum uisibilem filium recepisse ad dexteram suam, manifestum est, & humilitatem carnis nostro throno iudiciario honoratam paternæ complacuisse altitudini, duo genera gentium ciuitati supernæ, de qua gloriosa dicta sunt, deinceps assignare, & esse supra mansionarios homines & angelos, & beatitudinis illius gloriam his duobus ordinibus in perpetuum frequentari. Hæc merces obedientiæ Christi, hæc crucis & mortis stipendia, hic passionis labor promeruit ut corpus humilitatis nostræ fieret corpori claritatis Christi conforme, & mortale hoc indueret immortalitatem, & corruptibile incorruptionẽ: & fierent homines cum Christo in cœlestibus iudices, qui cum eo iudicia pertulerant malignorum, & extiterant usq; ad mortem tribulationum consortes. Hac die primum inuecta est cœlis hæc nouitas inaudita, & gauisus est pater hæreditate amplificata, sobole multiplicata, promissionibus, quas loquutus fuerat in prophetis, redditis & completis. Solum ad hæc quæ prædicta sunt restat iudicium, & examinationi ultimæ adhuc reseruant antiqua oracula locum. De iudicio quippe & angustia Christo sublato, supereſt post misericordiæ tempora quæ ad finem festinant, ut iustitiam comitetur iudicium: & habeant singuli quod merentur, & honoretur honore dignus, & contemptor confundatur inglorius. Hoc & duo angeli Christo ascendente testati sunt, quia qui iudicatus abibat, iudex esset terribilis rediturus, & uideret collecta in unum generalitas hominum quas foderat manus, quod terebrauerat latus, faciem quam conspuerat, & prolata in medium inflexibili sententia, occurrentibus saluatori electis, remaneant impij infinitis deputati tormentis. Quanta illud edictum sequentur lamenta, illius ultimæ tubæ

christi obedientiæ merces.

clangor quam horribilis erit? continuus erit & superfluus illarum lacrymarum decursus, stridorẽ illum dentium flammæ inextinguibiles agitabunt. Immortales miseri uiuent in-

Luc.16. ter incendia, & inconsumptibiles flammæ nudum corpus allambent. Ardebit purpuratus diues, nec erit qui æstuanti linguæ stillam aquæ infundat. In proprio adipe frixæ libidines bulliẽt, & inter sartagines flammeas miserabilia corpora cremabuntur, & omni tormento atrocius desperatio condemnatos affliget. Non miserebitur ultrà Deus, neque tunc audiet pœnitentes, sera erit illa confessio, & cum clausa fuerit ianua, frustra carẽtes oleo acclamabunt excluſi. Nullum ibi refrigerium, nullum remedium: semel Christus descendit ad inferos, ulterius non descendet, non ultrà uidebunt deum in tenebris sigillati, irregressibilis erit illa sententia, & immutabile iudicium, & stabit damnationis huius immobile constitutum. Exultabunt sanè sancti in gloria, uidebunt deum & gaudebunt, lætabuntur & delectabuntur, & fruentur gloria, & in felicitate iocundabuntur æterna. Ibi non gustabunt quàm suauis sit deus, sed implebuntur & satiabuntur dulcedine mirifica: nihil eis deerit, nihil oberit, omne desiderium eorum Christus præsens implebit: non senescent, non tabescent, non putrescent amplius: perpetua sanitas, felix æternitas, beatitudinis illis sufficientiam confirmabunt. Non erit concupiscentia in membris, non ultrà ulla exurget rebellio carnis, sed totus hominis status pudicus & pacificus, sana ex integro natura, sine omni macula & ruga deinceps permanebit. Erit deniq; Deus omnia in omnibus, & illius præsentia omnes animæ & corporis implebit appetitus, cessabuntq; de cætero consummatis omnibus ministratorij angelicarum uirtutum discursus: & impleta ordinataq; omnino ciuitate Dei, nec innouabitur,

bitur, nec mutabitur ultrà fixæ & consummatæ beatudinis status. Ei igitur, ante cuius tribunal stabimus, qui nunc uultui dei apparet pro nobis, cui de nobis tanta cura fuit, ut pro nobis uellet nasci & mori, in præsenti quæsumus, ut sit cura curandi nos, & nobis autoritatem & potestatem iudicandi nosmetipsos & corrigendi concedat, ut in illo terribili iudicio suo inter electos asciti & congregati, liberi à seruitute & captiuitate, cœlestibus ciuibus cõiungamur, & fruamur bonis, quæ ipse diligentibus se repromisit: quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit.

SERMO DE SANCTO SPIRITV.

ADesto sancte spiritus, & paracletim tuam expectantibus illabere cœlitus, sanctifica templum corporis nostri, & consecra in habitaculum tuum: desiderantes te animas tua præsentia lætifica: dignã te habitatore domum compone: adorna thalamum tuum, & quietis tuæ reclinatorium circunda uarietatibus uirtutum, sterne pauimenta pigmentis, niteat mansio tua carbunculis flammeis, & gemmarum splendoribus, & omnium charismatum intrinsecus spirent odoramenta: affatim balsami liquor fragrantia sua cubiculum tuum imbuat, & abigens inde quicquid tabidum est, quicquid corruptelæ seminarium, stabile & perpetuum hoc facias gaudium nostrum, & creationis tuæ renouationem in decore immarcescibili solides in æternum. Interfuimus sacræ uerbi infantiæ, & puerperio uirginis obsequuti sumus cum cœlesti militia, gloriam decantauimus paruulo: confessi sumus omnipotentem, quem in cunabulis uidimus uagientem: circuncisionis celebrauimus sacramenta, & truncato præputio uoluptatum sanctimoniæ didicimus mancipari. Interfuimus baptismati saluatoris, & audita patris

tris uoce de cœlis, ad obediendum Christo traditi sumus, & instructi cœlitus quomodo patrem & filium dilectio iungat & uniat, ita ut in ipsis nominibus intimetur distinctio personarum, & naturæ unitas euidentißime innotescat. Sed & spiritum sanctum in specie colũbæ inter illa mysteria uidimus & intelleximus, ex illa specie gemitus pœnitentiæ & desideria contemplationis diuinæ, ex simplicitate cordis & innocentia uitæ immaculatæ incessanter prodire: & neminem nisi suspirijs huiusmodi præcedentibus, & inspiratione diuina monente, posse ad cœlestia aspirare: ut suspiratio, & inspiratio, & aspiratio à sancto spiritu & causam habeant, & effectum, & materiam, & prouentum. Sequuti quoque sumus in æternum Dominum ieiunantem, & repulsa potenter diaboli uidimus tentamenta. Interfuimus cœnæ, & de calice Domini bibimus, pedes lauimus, mortui sumus cum Christo, & ecce uiuimus: prosequimur ascendentem, & præstolamur promissum nobis spiritum sanctũ, cuius unctio nos de omnibus doceat, qui inuisibili magisterio nos doceat, & cœlestibus instruat disciplinis, qui carnales hebetet sensus, & conterat appetitus. Hic spiritus sanctus ab ipso mundi initio aquis legitur superfusus, non materialibus aquis quasi uehiculo egens, quas potius ipse fecerat, & complectentibus firmamentum dabat congruum motum, & limitem præfinitum. Huius sempiterna uirtus et diuinitas cum in propria natura ab inquisitoribus mundi antiquis philosophis proprie inuestigari non posset, subtilissimis tamen intuiti sunt cõiecturis compositionem mundi, compositis & distinctis elementorum affectibus præsentem omnibus animam affuisse, quæ secundum genus & ordinem singulorum uitam præberet & motum, & intransgreßibiles figeret metas, & stabilitatem aßignaret & ue-

sum. Hanc uitam, hunc motum, hanc rerum essentiam animam mundi philosophi uocauerunt: putantes cœlestia corpora. Solem dico & Lunam & Stellas, ipsumq; firmamentum, huius animæ uirtute moueri & regi, & aquas, & terram, & aërem huius semine imprægnari: qui si spiritum & Dominum, & creatorem, & uiuificatorem, & nutritorem crederent, omnium quæ sub ipso sunt, conuenientem haberent ad fidem accessum. Sed abscondita est à sapientibus & prudentibus tantæ rei maiestas, nec potuit humani fastus ingenij secretis interesse cœlestibus, & penetrare ad supersessentialis naturæ altitudinem: & licet intelligerent quòd uerè esset creatrix & gubernatrix rerum diuinitas, distinguere tamen nullo modo potuerũt quæ esset deitatis trinitas uel quæ unitas, uel quæ personarum proprietas. Superfe-

Spiritus anima mundi.

rebatur quidem elemento purificatorio spiritus sanctificator, iam tunc baptismi uirtutem enuntians. Iam tunc illa præfigurabantur tempora, quibus arca Noê aquis inuecta diluuij uiri iusti familiam cõseruauit illæsam, abolita generatione adultera, qui in filiabus hominum bestiali petulantia effrænes, impudenter se illis commiscuerant, nec diuinos, nec humanos in flagitijs publicis uerebantur aspectus. Aream illam quæ typum gerebat ecclesiæ spiritus sanctus & tunc regebat, & adhuc regit, extra quam quisquis perfidus euagatur, inuolutus fluctibus mergitur in profundum: & impoßibile est eum uiuere, cui non superfertur spiritus uitæ, cuius uiuificus calor animat omnia, & fouet, & prouehit, & fœcundat. Hic spiritus sanctus omnium uiuentium anima ita largitate sua se omnibus abundanter infundit, ut habeant omnia rationabilia & irrationabilia secundum genus suum ex eo quòd sunt, & quòd in suo ordine suæ naturæ cõpetẽtia agunt, non quòd ipse sit substantialis anima singulis, & in se

Arca Noẽ typus ecclesiæ.

sin

singulariter manens: de plenitudine sua distributor magnificus, proprias efficientias singulis diuidit & largitur, et quasi sol omnia calefaciens subiecta, omnia nutrit, et absque ulla sui diminutione integritatem suam deinexhausta abundantia, quod satis est et sufficit omnibus, commodat et impartit. Hic spiritus rubri maris aquas siccauit, et suspensis hinc inde uehementibus fluctibus, ab ollis carnium, et Aegypti pulmentarijs populum ad spiritualem eremi libertatem eduxit incolumem, et alimonijs cœlestibus pauit, manna quasi rorem matutinum infundens gramini-bus, quod colligi iussum est ad mensuram. Aderat plena mensura per totam hebdomadam, uacante sabbati die, cui sexta præcedens dies consueti uictus duplicans quantitatem octauæ præfigurabat quietem, in qua absq; labore et solicitudine in delicijs epulabuntur electi, et saturabuntur in terra sua duplicia possidentes, corporis et animæ felici perennitate & perenni felicitate ditati. Hic est spiritus sanctus, quem magi in Aegypto tertij signi ostensione conuicti, cum sua defecisse præstigia faterentur, Dei digitum appellarunt, antiquis philosophis eius intimarunt præsentiam defuisse. Et licet de patre & filio aliqua sensissent Platonici, spiritus tamen tumidus & humani appetitor fauoris sanctificationem intellectus diuini mereri non potuit, & ubi ad profunditatem sacramentorum uentum est, omnis eorum caligauit subtilitas, nec potuit infidelitas sanctitudini propinquare. Hic digitus Dei mundanæ iudex & uindex perfidiæ, noui tempore testamenti potenter expellit dæmonia: nec laborat agendo, sed solo nutu perficit omnia: quod dicit, facit: quod iubet, implet: secreta indicat, pandit occulta, reuelat ignota, hebetat acutos, & perspicaces confutat. Hoc digito in lapideis tabulis lex primũ cõscripta, quinquagesimo die

Dei digitus.

die post egressum Israël de Aegypto in monte Sina Moysi est commendata: sed populus nequam & gens duræ ceruicis à quorũ animis terror ille recesserat, quem mons ardens & flammea iuga, & clangor buccinæ, & lampades coruscæ, & horrenda tonitrua nuper incusserant, in apostasiam conuersi, et de Moysi reditu desperantes, lege diuinitus missa indigni iudicati sunt: quia in oculis eorum Moyses frangens tabulas, tam uerba quàm instrumenta comminuit & deleuit. Quin etiam sceleris ultione patrata, reuersus in montem ad Dominum, quadraginta diebus ieiunans, & colloquens, tandem obtinuit ut ipse alias de saxo ad instar priorum excideret tabulas, in quibus eandem quæ in primis fuerat scripturam insculperet et formaret. Factumq; est mirabili dispensatione superni iudicij, ut lex quam sanctus scripserat spiritus, deleretur: & quam manus humana restituit, in posterum teneretur. Quod ea ratione credi potest sic actum, ut populus prior secundum carnem ambulans & uiuens, diuinis colloquijs & spiritualibus mandatis ostenderetur indignus: nec posse mentes perfidas sancta percipere, nec intelligere sacramenta, quæ exemplarium tegmine uelabantur. Porrò testamenti noui quæ Christo euangelizante patuit ueritas uerbo Christi prolata, indissolubilis permansit, & solida deinde stabilitatis perpetuæ autoritate fulcita est, eò quòd oblatam gratiam humiles susceperunt, & quòd filius inter pauperes spiritu inuenit sibi domum, in qua caput reclinaret, & merito reprobatos uisibiles tabulæ inuisibilis Dei iudicant contemptores, & ampliori dignos honore incarnati uerbi credulos auditores, & deuotos ueneratores. Lex igitur à paschalis agni immolatione die quinquagesimo datur, & pentecostes nomen tantæ rei solennitas ex lege accepit, in ipso dierũ

Lex Dei digito scripta.

numer

Septenarius numerus.

numero sacramenti magni complicans rationem. Septenarius quippe numerus septies reuolutus, quinquagesimum efficit, addito nonade, qui præsentis seculi meta, & futuri initium, perpetuitatem sub octauæ nomine continens, sic præsentia terminat, ut nos ad perpetua introducat. Sacratus hic septenarius numerus à conditione mundi autoritatem obtinuit: quoniam in sex diebus prima Dei opera patrata sunt, et septima consecrata quieti, & quasi sancta & sanctificans solennitate uocationis honorata, et spiritui sanctificatori attributa. Vnde & cessanti à seruilibus operibus populo iubetur ut diem sabbati sanctificet, et spiritui rectitudinis, et sanctitudinis, & fortitudinis adscribat, quòd directè, quòd honestè, quòd uiriliter incedit: quia totum ex eius cõstat ducatu. quòd deuij diriguntur, quòd impij conuertuntur, quòd debiles cõfirmantur. Spiritus rectus, spiritus sanctus, spiritus principalis regit, componit, consummat, & perficit quas inhabitat mentes, & corda quæ possidet: nec errare patitur, nec corrũpi, nec uinci, quos docuerit, quos possederit, quos gladio potẽtissimæ uirtutis accinxerit. Septenarius iste ex quaternario & ternario constans, cum in se propter prædictas causas honorabilis habeatur, habet ex partibus suis excellentiam maximam: quia artificis & materiæ uidetur exprimere et distinguere primarias substantias, ut ternarius creatorem propter trinitatem enuntiet, & quaternarius creaturam propter quatuor elementa, quæ rerum omnium causæ sunt & semina. sub huius numeri breuitate concludat. Spiritus sanctus à patre procedens, à patre & filio, quaternario superfertur, & conditor benignus opus suum amplectitur, & diligit quod plasmauit, & creaturam suam sanctus ipse sanctificat & consociat sibi, & charitatis nexu statuit & conquadrat. His alijsq; secretioribus rationibus quas

quas illustrium uirorum subtiliora ingenia indagarunt, septenarius numerus in scripturis sanctis sæpe sacramentales causas complectitur, & simplex & multiplicatus necessarios ad intelligentiam diuinorum operum parturit intellectus.

Sabbatum.

In hebdomadibus apud Hebræos dies septimus sabbatum idem requies appellatur, qui numerus non tam in septimanis, sed etiam obseruatur in annis, & annorum hebdomada consummata, septimus annus requietionis est, & ipsi terræ sabbatũ imperatur: nec fas est cuiquã eo anno serere uel metere quippiam, sed quæ sponte siue in terra, siue in uineis, uel in arboribus nascuntur, alimoniæ pauperum deputantur. Annorum quoq; septimanæ apud Hebræos quinquagesimum annum faciunt, quem iubileum appellant, in quo decreto legis (ut suprà dictum est) fit terræ remissio, & seruorum libertas, & restitutio possessionum, quas eatenus distractio alienauerat, & cætera huiusmodi gratis ad hæreditatis ordinem reuertuntur. De numero septenario cum multa dicta sint, plura supersunt quæ in lege & Euangelio præcipue commendantur. Quinquagesimus itaque annus perficit iubileum, quinquagesimus dies à pascha pentecosten facit, in quo uere spiritu sancto infuso apostolis, ad hæreditatem cœlestem à quo uenundati sub peccato exulabant, quos diabolo Domino mendicitas & egestas subiecerat, reuertuntur. Septem sacerdotalibus clangẽtibus tubis, Hiericho corruit: septem petitionibus orandum patrem filius docuit. Remissio peccatorum duplicato septies septenario Petro mandatur. Leprosus septimi diei inspectione à sacerdote iudicatur: summi sacerdotis in septem diebus consecratio consummatur. Dominus IESVS Christus de septem panibus quinque millia hominum reficit: & iustus quisq; Deo laudes per diem septies dicit. Ipse Dominus IESVS ab

Iubileus.

Leuit.13.
Mat.14.
Psal.118.
Gen.4.

Adam

Luc.3. Adam secũdum generationes, quas Lucas commemorat, septuagesimus septimus inuenitur, ut ultionem in Lamech septuagesies septies promulgatam ueniens terminaret. Septem Exod.12. diebus in pascha editur azyma, septem diebus mense septimo Leuit.23. tabernaculorum solennitas celebratur. In septem annis templum à Salomone construitur, septem brachijs & totidem luminibus cãdelabrũ adornatur. Celebramus tam nos quàm Iudæi quinquagesimum diem, sed illi in typo: nos autem in ueritate, non tam significamus, quàm agimus. Pentecosten igitur celebrantes cõmemorauimus, quæ olim sub Moyse in ueteri testamento sunt acta, & quæ sub Christo facta Act.2. sunt, post cuius ascensionem in cœlos spiritus sanctus uisibiliter super apostolos in linguis igneis apparuit, & ad instar prioris seculi uniuersitatem fidelium unius labij esse uoluit: ut quorum erat cor unum & anima una, una esset et lingua nec posset impedire intellectum credentium aliqua diuersitas uerborum. Sed Euangelica doctrina propria lingua prolata ad omnium auditum eandem efficientiam obtineret, ut Græcis & barbaris omnibusq; gentibus uerbum Euangelij sic esset intelligibile, ac si in eorum auribus linguæ in qua nati erant idiomata resonarent. Aderant Medi, & Elamitæ, Mesopotameni, & Arabes: hi omnes, dum Hebræa lingua Apostoli prædicarent, locutio Iudaica enuntiationis suæ articulos cursu consueto euoluens nullo exponebatur interprete, sed uerbo eorum per spiritum sanctum inerat uirtus & gratia, ut habitantes Pontum & Asiam, suam esse dicerent linguam, quam audiebant: quasi primitiuæ linguæ libertas ad antiquitatis reuersa originem cõfusionis contumeliam euasisset. Nec tantum apostolis collata est hæc gratia, sed multitudini credentium idem spiritus superfusus est, intus ardentibus, extrà loquentibus, & complectebantur

tur se dilectio & uerbum, & de calore spiritus sermo seruebat ignitus. Iã omni timore excluso, obedire, sed Deo magis quàm hominibus publice profitebantur: & uidebatur eis gloria, si pro Christo iniuriam paterentur. Ad hunc modum olim Moysi iussum est, ut in uiros septuaginta, quos ipsos presbyte- Num.11. ros iudicaret, de spiritu suo partiretur, ut in negotijs partem gererent solicitudinis: quibus cum imposuisset Moyses manus, requieuit in eis spiritus sanctus, qui non Moysi ablatus est, quasi ipse sine spiritu remaneret, uel idem spiritus secaretur in partes, sed secundum mensuram donationis diuinæ quæ erat in Moyse, gratia singularis facta est multiplex & communis, & data est multis in eo potestas, quod prius solius Moysi disponebat autoritas. Sic Heliæ spiritum 4.Reg.2. duplicem recepit Helisæus, non quòd in duas substantias idem spiritus sit diuisus, & duos propheta sanctus habuerit spiritus, sed quòd populo Christiano, cuius typum Helisæus gerebat, accepto spiritu sancto, data sit potestas in opere & sermone, & ascendentem Heliã, id est Christum pio desiderio prosequutus fide claruerit & intellectu, & uita & signis & miraculis fulserit & exemplis. Hic sacrorum ordinum distributor reges creat & principes, sacrat pontifices, eligit sacerdotes. Hic sapientia Salomonem, intellectu Danielem, Ioseph consilio, Samsonem fortitudine, Moysen scientia, Dauid pietate, Iob timore prosequitur, & sanctorum animas omnimodis fœcundat uirtutibus, in tantum affectus pacificos prouehens, ut iam in cœlis nostra sit conuersatio, diffusa in nobis charitate per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hic in pudicis mentibus sibi statuit mansionem. Hic humiles & cœlibes habet domesticos, abominatur ærarios, falsarios detestatur. Hic Giezi mercenarium lepra comdemnat, & Ieroboam 4.Reg.5. uendentem sacerdotia cum apostatis locat. Hic Simonem 3.Reg.13.

Actuum 8. gratiæ Dei nundinatorem à sanctorum consortio exhæredat, cuius detestabiles ausus ultrix ruina confundit & quassat. Hic Balaam ad maledicendum conducto silentium imponit, & per asinam redargutum, collisso ad parietem pede, uacuum pecunia, contumelia oneratum, claudicantem ad propria remisit confusum. Hic omnibus ecclesiæ sacramentis interest, quæ ipse efficit & consummat. Hic peccata diluit, hic iustificat impios, & ad uitam reuocat mortuos. Hic discordes pacificat, & uinculo dilectionis astringit & ligat. Hic nos cœlo inuehit, & à mundi huius uanitatibus aulsos superni regni constituit hæredes, cuius summa est felicitas, quòd corpus istud spirituali effectu cum Angelis conuersabitur, nec ultra erit carnis & sanguinis aliquis appetitus, sed erit omnium plena sufficientia, cognoscibilis Deus, & inhabitator spiritus sanctus.

Num. 22.

DE LAVDE MARTYRII, AD MOYSEN, ET Maximum, & cæteros Confessores.

Cic. pro Milone.

SI incongruens est fratres charissimi in hoc fauore dicendi aliquid trepidationis adferre, minimeq; deceat gloriam tantæ deuotionis infringere, ex eo quod fatear me cœpisse dubitare: tamen identidem dico, ipsa animum deliberatione confringam: exequendæ laudis cupiditate succenditur, & ad loquendum magnitudine uirtutis inhibetur. Cum autem non deceat tacere, aut periculosum sit parum dicere nisi quòd hæc æstuanti res sola subuenit, quod uideatur ei facile ignosci posse, qui non timuit audere. Quam ob rem charis-

rissimi fratres, etsi potentia Dei oneratur facultas ingenij, ut quanto se in exprimenda martyrij dignitate protulerit, tanto ipso pondere laudis oppressa, atq; æstimatione rerum omnium, de quibus cum maximè loquitur, debilitata ac fracta, intra seipsa illaqueata oratione deficiat, nec habenis liberis ac solutis in apertum sermonis eloquium uim tantæ laudis expromat: tamen erit aliqua, nisi fallor, in eloquendo fides, quæ ipsius operis oratione munita uagè fundat, quod dicendo impar ingenij conscientia commoueat. Cum igtiur fratres charissimi tot tantisq; rebus impliciti, ad comprobandos salutis eximios pulcherrimosq; prouentus omni studio ac labore nitamur, ne quo ignauiæ metu territus, uel reuocer, uel extinguar: cum si quis ad id uoluerit, de quo agimus, intueri, se deuotionis expensa, atque ipsa eius magnitudine ponderata, magis miretur aud're potuisse, in quo me positum & amplitudo rei premeret, & confusam gaudio mentem in angustias animi uoti sui feruor urgeret. Nam & quis est quem non ista res terreat? Quis non admirationis suæ pauore subuertat? Est etenim profectò, nisi fallor, & iam in ipso conscientiæ rubore admiranda formido, quæ nos exagitet pariter & inflammet. Cuius quanto penitius inspexeris potestatem, tanto ex ipso uenerandæ claritatis aspectu religionis suæ præmittat honorem. Considerare enim utiq; debetis, quanta est gloriæ uita, qua licet maculam sordis & polluti corporis, licet modicè inusta contagia, tantoq; temporis mundi crimen, exceptum unius ictu, remedijs expiare, quo & augeri merces, & crimen posit excludi. Vnde omnis consummatio & status uitæ in martyrio est collocatus. Hoc fundamentum uitæ & fidei, hoc præsidium salutis, hoc uinculum libertatis & honoris: & quamuis sint & alia per quæ adipisci lux possit, tamen ad proximitatem muneris pœnis melius patrocinan-

tibus peruenitur. Quantæ enim sit gloriæ ponderate, huius uitæ cupiditatibus, & quæ ab omni animo natura mundi, quæ commercio segregatum contra aduersantes discrimen opponere, nec sæuitiam torquentis horrere, animari hominem dolore quo credatur extingui, & id sibi in augmentum uirtutis assumere, quod cruciatui putat prodesse qui punit. Nam prædurantibus licet guttis resultans ungula rerrat in uulnus, exeuntibus flagellis cum auulsa corporis parte rediens aliena ducatur, stat immobilis tamen pœnis suis fortior: hoc solum secum ipse conuoluens, quòd in illa crudelitate carnificum plus quàm pro qua patitur, Christus ipse patiatur. Nam quando si negauerit dominum, pro eo crimen subeat, pro quo uicisse debebat, necesse est cum uiderit, cuncta tolerare, cui uictoria debetur & pœna. Igitur quoniam res summa martyrium, tria sunt quæ ex eo nobis proposuimus esse dicenda: quid sit, quantum sit, cui rei prosit. Quid est ergo martyrium? delictorum finis, periculi terminus, dux salutis, iter, patientiæ magister, domus uitæ: quo profecto etiam ea occidunt, quæ in futuro discrimine potuissent tormenta reputari. Per hoc & testimonium nomini redditur, & maiestas nominis redampliatur: non quòd per ipsam noui possit, uel de scelere tractantes magnitudo eius infringi, sed quòd redundet ad gloriæ cumulum, dum circunstrepentis populi error impauidus animus dat doloris & minis frendentis inuidiæ ad Dei titulum. Quod quantum sibi mens crescat in pugna, quantum se ille putauerit uincere per Christum hominem uoluerit coronare. Tunc ergo omne fidei robur expenditur, tunc credulitas comprobatur, cum in sermones uulgi atq; in opprobrium uenerit: cumq; te inter illas populares insanias religiosa mente fremaueris, conuincens scilicet ac repugnans, quicquid super

Martyrium quid.

persona tua in iniuriam Christi profanus sermo iactauerit: ut cum ex aduerso mali moles opposita reluctatur, feriant scilicet fluctus, & reuolutum æquor identidem pulset, tamen hæret immobilis uirtus, nec undis circunspumantibus adoperta succumbit, donec per scopulos uix digesta se supprimat, & superiacens in aperta litoris spatia ipsum æquor euadat. Quid enim in illis aliud quàm sermo uacuus, & inane colloquium, & inanium uoluptas praua uerborum? sicut scriptum est: Oculos habent & non uident, aures habent & non audiunt: Grauatum est cor insipiens eorum, ne quando conuertantur & sanem illos. Non enim dubium est, quin hoc de omnibus dixerit, quorum dura mens semper, & obstinata pectoris feritas, à deuotione uitali fugata dissentiit, ducente dementia, furore rapiente, omni denique illos immanitate uexante, qua instigantur pariter ac feruntur: ut cum illis ad pœnam sua facta sufficerent, pœnam ipsam persequutionis agitatæ, crimen onerare. Totum hoc in laude martyrij expectat, totum gloria passionis illuminat, in qua spes futuri temporis cernitur, in qua Christus operatur ipse, cuius aguntur exempla quæ petimus: cuius & uirtus est qua repugnamus, & qua in hoc loco aliquid proferre suppetit. Summa nimirum est ista, atq; adnüranda dignatio, & quam nec mente concipere, nec uerbis ualeamus implere. Quid enim nobis amplius potuisset largiri, quàm ut in se primus ostenderet, quid in alijs coronaret? mortalis factus est, ut immortales esse possemus: & humanæ sortis exitum pertulit, per quem reguntur humana ut nobis uideretur præstitisse quod passus est, confessionem tribuit martyrio subiectis: omnia deniq; quibus lux supprimi posset, in remedium salutare natiuitatis suæ meritis religauit humanitate præcipua, uirtute diuina. Cuius rei quiqui digni esse meruerũt,

carucerunt omni hac mundi teterrima labe, subactæ mortis conditionem uicerunt. Non enim dubium est quantum à domino consequantur, qui saluti suæ nomen Dei prætulerint, ut in illa iudicij die meliores cruor faceret, sanguis suus esse monstraret. Mors quippe integriorem facit uitam, mors magis deducit ad gloriam. Sic quotiescunq; latentes stipulis distenta imbribus frumenta turgescunt, fœcundæ messes coguntur æstate. Sic quoties ferro uitis abscinditur erumpentibus pampinis, melius uua uestitur. Nam & in augmentum prouenturi temporis, quicquid iniuria sua proficit, flammas quippe plerunque agris iubet immittere, quo calore uagantis incendij cæca terræ spiramenta laxare iubet stipulas, crepitanti igne torrere, ut se in altius grauida seges tolleret, parturientibus culmis densior arista floreret. Igitur talis & martyrij primò casus, postmodum fructus est, qui morte uitam comdemnat, ut uitam morte custodiat. Quid enim tam eximium atque sublime est, quàm inter tot instrumenta carnificum deuotione robusta cunctam fidei reseruare uirtutem? Quid tam magnum atque pulcherrimum, quàm inter tot circunstantium gladios libertatis suæ dominum, ac salutis autorem, repetita sæpius uoce protestari? & maximè si ante oculos tuos ponas, nihil detestabilius esse decore, nihil fœdius seruitute, nihil aliud te debere iam pete re, aliud optare, quàm eripiendum esse cladibus seculi, exuendum malis mundi, nec inter ruinas orbis iam iamq; perituri, alienum à terrena contagione uersari? Quid enim tibi cum hac luce, cui lux æterna promissa est? Quid cum hoc uitæ naturæq; commercio, quem cœli ampliudo deposcit? An teneat cupiditas ista uiuendi? Sed post inexpiabile malum sæuiens ignis æterna scelerum ultione torquebit. Teneat cupiditas ista uiuendi, quibus & mori pœna est, & durare tormentum? Tibi iam & mundus ipse succumbit, & terra cedit, qui morientibus cunctis ad hoc reseruatus es, ut martyr esse potuisses. An non quotidiana cernimus, nouos exitus diuturnos factis & sæuientibus bis inexpers cuiusdam cladis exitia, ac strages populatarum urbium intuemur? ut posßimus agnoscere quanta martyrij habenda sit dignitas, ad cuius gloriam nos cogere & iam salus cœpit. Et enim charißimi fratres, respicite ad hoc, quæso uos plenius in quo, & salus uertitur & sublimitas computatur, licet non sim nescius, etiam uos iudicijs contineri: ne qui ignorarent hanc esse nobis traditam disciplinam, ut sine ullo terrore militiæ uim tanti nominis tueremur: quippe quos pridem à desiderio lucis istius cupiditas æterna memoria deduxerit, quos futurorum uota diu fefellerint, quosq; ab omnibus uitijs optanda Christi societas segregarit: nec si hic exitio succumbere, morti animam dubitamus offerre. Nec iam retinenda sunt nobis, & amplectenda beneficia diuina: quorum ultra rerum ardorem, tanta sit ista merces, quantum in dicendo humana mediocritas uix possit implere. Sanguini nostro patet cœlum: sanguini gehennæ, cœli tabernaculum. Et inferus omnium gloria pulchrior sanguinis titulus & integrior corona: signatum sit quoties de hoste triumphabilis spolijs, onustus spolijs miles ingreditur, uulneribus suis gaudens. Sic quoties tempestatibus diu nauta fatigatus littora tuta contigerit, felicitatem suam de presso periculo ducit. Est enim profectò, nisi fallor, labor lætus, per quem securitas inuenitur. Igitur toleranda sunt omnia, patienda cuncta, nec appetendum quomodo id gaudeas tempore, & perpetuo puniaris ardore. Meminisse enim debes, uelut quadam te fœderis pactione constrictum, ex qua aut capessendæ salutis sit iusta conditio, aut pœnæ merita formudo: stant inter aduersa pariter ac prospera

Vergil. in Georgicis.

arma & tela, hincq; te secularis ambitio, inde cœlestis admonet magnitudo. Si salutem times perdere, scito mori posse. Porrò autẽ contemnenda tibi mors est, cui Christus occisus est ante oculos, tibiq; concurrant dominicæ promissionis exempla, concurrant oblata præmia, & parata discrimina, quantamq; inter se habeant difficultatem, res utrasque conspicit. Poteris enim confiteri, nisi scias quantum noceat, si negaris. Cœlo martyres gaudent, ueritatis inimicos ignis absumet. Paradisum Dei testibus floret, negatoris gehenna æternus ignis inardescit. Et ut de cæteris taceam, hoc nos utique magis debet hortari, quòd confessio uocis unius Christi perpetua confessione seruetur: sicut scriptum est: Qui me confessus fuerit in terris coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo, & coram Angelis eius. Adhoc accedit ad gloriæ cumulum, ornamenta uirtutum. Ait enim: Fulgebunt tanquam scintillæ in arundineto discurrentes: iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. Magna est enim fratres charissimi uita salutis æternæ honestæ passionis ornare, magna sublimitas ante ora domini, assectumq; Christi potestatis humanæ tormenta contemnere, nec horrere. Sic Daniel minas & leonum frementium rabiem per constantiam fidei suæ uicit, dum adorandum nullum aliud esse quàm Deum credidit. Sic in camino pueris constitutis in se arsit incendium, dum ignes iusti tolerant, quod de gehenna domino credo metuebant. Vnde & retulere condigna non in posterum tracti, non salutis æternæ præmio reseruati. Fidem illorum Deus uidit, ut quod sibi post exitum promiserant, uterentur in corpore: nec enim potest æstimari, quanta in præsenti tributa sit merces. Si sæuitia fuit, cessit: si flamma constitit. Vna mens enim omnibus, quam nec uiolentia frangeret, nec ira subuerteret, nec à deuotionis obsequio timor mortis inhiberet. Vnde per gratiam Dei factum est, ut sic in illis rex potius uideretur punitus esse, dum euadunt quos se crediderat occidere. Nunc iam ad eandem, fratres charissimi, ueniam, ex qua ostendere satis possum, quanta martyrij uirtus habeatur, quæ etiam etsi est omnibus nota, pro quingentis charitatis insignibus expetenda, tamen plus addidit necessitas temporis desiderio uoluptatis. Etenim est in numeris magnis, si eo tempore quis coronetur, quo coronatum se putat si fortè moriatur. Igitur cum sit sublime excelsumq; martyrium, nunc magis est necessarium, quo mundus ipse subuertitur, partimq; orbe concusso natura deficiens ultimi exitus monimenta testatur. Nam & cum cœlo imber incũbit, pluuias & triste prætendit, & quoties atra tempestas horrẽti imminet pelago, per inter apertam fluminum noctẽ coruscãtium fulmina reluceſcunt: sed & cum magnis mare fluctibus uoluitur, paulatim unda se tollit, paulatimq; æquor albescit, donec certa sit postmodum ruere, ut in illis quibus retũditur saxis spumam altius iaciat, quam undam tumidum pelagus expuebat. Legis scriptũ esse, usq; quadrantem nos ultimum reddere: sed hæc pars ablata martyribus. Etenim qui salutis æternæ cupiditatibus freti huiusce desideria uicerunt, hos expertes doloris uniuersi, domini propitiatio coronabit. Igitur hic primum, charissimi fratres, poterimus exponere, quanta martyrij uirtus possit impleri. Atque ut transeam, nunc iam meminisse debemus, quanta sit gloria, ad Christum immaculatum uenire, consortem passionis existere, perpetuaq; cum domino æternitate regnare, carere exitijs imminentibus seculi, nec inter cruentam morborum populantium stragem in communi cum cæteris, sorte misceri. Atque ut sileam de cæteris, si tibi in his naturæ lubricis malis proposito, uitæ promitteretur excessus, non'ne omni mente gau-

deres? Si qua te in huius mundi turbinibus fluctuantem uicina arceßierit requies, non'ne mortẽ pro remedio computares, positus inter arma carnificum, ac tela præliantium, quæ sit ista sublimis ac fortis, considerans quanta sit pœna negare eo tempore, quo frui seculo nequeas, cuius caucis careas: quoniam quidem grauiora tormenta ac puniendi noxias artes in perniciem nostram dominus sciebat armari, quo fortes ad omnem
Eccl.2. tolerantiam faceret: Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Sed & beatißimus Paulus exclamauit & dixit: Mihi uiuere
Philip.1 Christus est & mori lucrum. Quam ob rem, charißimi fratres, fide firma, deuotione robusta, contra omnes seculi atroces & asperos insequentium fremitus aduersa uirtute resistendum, nec timendum, quorum spes æternitatis & iusta cœlestis est, quorũq; ardor in cupidine lucis succẽdatur, et salus de promissa immortalitate lætatur. Hoc uerò quòd catenis arctantibus manus & circumacti graues ceruicibus nexus solido deprimunt pondere, uel eculeo corpus extensum, candentes stridet ad lamnas, non exẽpti sanguinis, sed tentationis est causa. Nam & ipsam martyrij dignitatem, quemamodum agnoscere possemus, nisi illam etiam cum damno corporis nostri cogeremur optare? Sensi equidem, nec me ueritas fallit, cum sæuæ incumbentium manus membra diuelterent, artusq; laniatos tortor sæuiens exararet, nec tamen uinceret, circunstantium uerbis magnum ustius est dici profecto, nescio quod non doloribus subigi, non pœnis angentibus frangi. Sed erant aliæ diuersæ centiũ uoces, & puto liberos habet. Nam & illi societas in pœnis coniunx, & tamen nec uinculo pignorum cedit, nec obsequio pietatis abductus à proposito suo deficit. Noscenda res est, & uirtus penitus scrutanda uisceribus. nec enim leuis est ista quæcunque confessio, propter quam homo patitur & mori

mori posse. Etenim charißimi fratres, uirtus est tanta martyrij, ut per illam credere etiam ille cogatur qui te uult occidere. Scriptum est & legimus: In dolore sustine, & in humilitate tua habe patientiam, quoniam per ignem probatur aurum & argentum. Quoniam ergo nos terrenis tentationibus probat dominus, & his seculi malis scrutatur Christus, gratulandum nobis est, atque lætandum, quòd non nos perennibus reseruet exitijs, sed gaudeat ab omni contagione purgator. Cæterum ab his quos hereditatis participes adduxit, & in regna cœlorum libenter adsumit, quid utique aliud quàm integritatis ambitum quæri ipse dixit, uniuersa quæ tacẽtibus explicant campis, & quæ in obliquos se erigunt colles, & quos seculi magnitudo circumuenit, & pelago circunfluente lubricum æquor includit? Quòd si illi adiacent omnia, nec à nobis exposcit, nisi facta syncera, auro, ut ipse dixit, similes esse debemus. Aurum quippe cum relucentibus terris tremulo uideris splendere sub lumine, ros & liquidum flammis torrentibus resoluam. Nam & artificis grana, ferè sic est, caminis quoties sanè languentibus æstuans ignis cuomit, aditu terrestri, carnali, angusto diues flammis eligitur, & resluentibus leuis arena retinetur. Vnde necesse est uniuersa sufferre, quo possimus omni scelere carere, sicut per prophetam suum dixit: Et si coram hominibus tormenta passi sunt, tamen spes illorum immortalitate plena est, & uexati in paucis, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentauit illos & inuenit illos dignos sibi, & quasi holocausti hostiam accipit illos. Quòd si te dignitas ambitiosa deterret & congesta in thesauris pecuniæ admonet magnitudo, quæ semper propositum bonæ mentis auertit, & deuotam pro Domino suo animam furiali elidit horrore, quæso repetas uerba cœlestia, nam id ipsum uox dicentis est Christi: Qui perdiderit

derit animam suam pro nomine meo, recipiet in hoc seculo centuplum, & in futuro uitam æternam possidebit. Quas utique, qua nihil maius, nihil aptius, nihil utilius computare debemus. Nam licet pretiosarum uestium more purpuræ imagines currat, & lentescentibus filis aurum erret ad speciem, nec de effossis grana, quibus incumbedi siue metalla thesaurus: uacua nisi fallor ista atque inania computabuntur, si adiacentibus tibi cunctis, sola salus tibi deesse uideatur, sicut spiritus sanctus loquitur, nihil nos inuicem animæ nostræ posse dare. Ait enim: Si totum orbem lucrifeceris, & animam tuam perdideris, quid proderit uobis? aut quam homo commutationem dabit pro anima sua? Vacua sunt enim uniuersa quæ cernimus, & quæ infirmis radicibus posita, solliditatis suæ uim nequeant sustinere. Nam quod & de seculo capitur, uetustate temporis frustratur, unde & quid esset dulce uel charum, uel quod salutis æternæ præferri cupiditatibus posit: dominicis amputata præceptis, iure proprio, ac lege priuata sunt. Ne in tormentis scilicet patrem filius frangeret, ne obstrictum durati roboris pectus in aliam uoluntatem affectus fortè mutaret. Solam ueritatem, salutemq; solam inter magnos complectendam esse cruciatus, suo Christus iure constituit. In quo coniux & liberi & nepotes, in quo omnis uiscerum soboles relicta, usurpanda uictoria est. Nam & Abraham sic Deo placuit, qui tentatus à Deo, & filio non pepercit, pro quo ignosci forsitan posset, si illum dubitasset occidere. Armauit manus religiosa deuotio, nec domini iubentis imperium pietas paterna neglexit. Nec horruit quòd nati funderet sanguinem, nec intremuit ad uocem, & adhuc pro eo Christus non fuerat occisus. Quid enim charius eo, quàm qui ne quid inuitus hodie sustinueris, prius est quod doceret? Quid eo dulcius, qui cum

cum ipse est Deus noster & dominus, tamen patientem pro se hominem regni cœlestis efficit coheredem? O grande nescio quid sibi quàm illud conscientiæ ratio uix sustinet carere, quin magna semper miretur ad munera, siue quia tam large maiestas Dei, ut insperantibus cunctis etiam ea offerat, quæ nobis contemplatione factorum nefas fuerat optare. Etenim si tantum salus daretur æterna, pro ipsa perpetuitate uiuendi haberemur in gratia. At nunc cum cœlum, & iudicandi de cæteris facultatem perenni seculo largiatur: quid est in quo spem remissis omnibus posit humana mediocritas experiri? Si iniurijs ageris, prior actus est ille. Si contumelijs premeris, Dei munus imitaris. Vnde & parum est, quicquid pertuleris pro eo, qui nihil amplius potes, nisi quòd in hoc salus uniuersa consistit. Quin martyrio totum ille promisit. Deniq; Apostolus, cui cordi fuerunt semper uniuersa, cum instar munerum promissorum penitus miraremur: Aestimo, inquit, non esse condignas passiones huius temporis Rom.8. ad superuenturam claritatem, quæ reuelatur in nobis. Etenim secum ipse uoluebat quantæ merces existerent, ut ei cui sufficeret morte carere, non tantum salutis daretur præmium, sed & conscendere cœlum, cœlum quod nec fugata lux cogit in noctem, nec alternis uicibus dies aperit in lucem, sed aëris liquidi serena temperies, per sudum igneo fulgore rutilantem puram explicat claritatem. Iam supereſt charissimi fratres, ut debeamus ostendere cui rei martyrium prosit. Atque illud profectò doceamus, quòd nos ad hunc gloriæ titulum metus excitet futurorum. Etenim quibus magna promissa sunt, magis magna sunt quæ metuenda esse illis uideantur. Nam in arma miles ascendit priusquam se inimica hostis tela commouerint: Nec nauem aliquis statione subducit, nisi animum pelagi pauor strinxerit. Sed & in tenta

tentatis suis opibus scrutator agricola non antè felici terram
suscitat uomere, quàm in puluerem imbre concepto putris
gleba soluatur. Ita est omnis naturalis usus, nescire quid
prosit, nisi agnoueris quod accidit. Vnde datur sanctis o-
mnibus præmium, dum infliguntur iniustis tormenta facto-
rum. Igitur quæ suis promiserit Dominus nemini qui ne-
sciat dubium, sed nec quantis minetur ignarum. Et quoniam
ita se attulerit sermo, ut de utriusque asseratur ratio:
paucis quæ dixi, breuiter exponam. Sæuiens locus, ge-
henna cui nomen est magno plangentium murmure, &
genitu, & eructantibus flammis perhorrenda, spissæ ca-
liginis nocte sæua semper incendia camini fumantis expi-
rant. Globus ignium arctatus obstruitur, & in uarios
pœnæ exitus relaxatur. Tunc sæuiendo plurimo glome-
ratum in se ipse conuoluit quicquid ardoris emisit edax
flamma cruciarit. Hic quibus recusata uox Domini &
imperia fuere contempta disparibus coërcet exitijs, procq;
merito salutis exactæ uires suas suggerit dum pars sceleris
crimen imponit. Et alios quidem moles intolerabilis cur-
uat, alios per abruptum cliuosi tramitis collem uis sæua
præcipitat, & catenarum stridentium nexum graue pon-
dus inclinat. Hic sunt & quos agens strictim rota & inde-
fessa uertigo, & quos tenaci inter se densitate constrictos
adhærens corpori corpus includat: ut & absumat incen-
dium, & grauet ferrum, & se cruciet turba multorum,
quibus aut inquisitus fuit semper Deus aut notus. Num-
quam excidit locus ubi iacet gratia, ubi uirentibus campis
terra luxurians alumno se induit gramine, & redolens
pascitur flore, ubi altum nemora tolluntur in uerticem,
& ubi arbor densior comam uestit, quicquid curuantibus
ramis scena deorsum iacens inumbrarit. Omnia illic non
frigo

frigoris, nec ardoris, nec cum autumno arua requiescant,
aut uere nouo tellus fœcunda parturiat unius pœna ferun-
tur æstate. Quippe cum nec mensibus suis tunc Luna de-
seruiat, nec per terrarum Sol momenta decurrat, aut in
noctem lux fugata concedat. Habet populos quies læta sene-
scentes placida, ubi fons scaturiens medio sinu aluei pro-
rumpentis emergit, & pauco per interualla circuitu sinu-
osis flexibus labitur, ut in ora nascentium sibi fluminum
diuidatur. Hinc ergo magna laus martyrum, hinc nobis
corona uictorum, quibus maiora his repromissa sunt præ-
mia. Quòd uerò uel seris corpus obijcitur, uel imminens
gladius non timetur, dignationis ostenditur ratio, manifesta-
tur electio. Etenim incongruens fuerat, ut cum tanti mu-
neris iudicasset in terrena uitia cordis, quærit, mœret. Me-
rito enim nihil uobis ô boni martyres denegatum, quos spes
æternitatis, & salus lucis, quorumq; deuotio uniuersa cœ-
lestis, & mens dedita cernitur seruitutis. Merito, inquam,
merito uobis nihil uelle non licitum, quorum animo despe
ctus hic mundus, & alienata seculi facies, uelut confusa te-
nebrarum inhorruit cæcitate. Cui semper hic mundus loco
carceris, tecta pro claustris, inuito semper habita commea-
tus. Sic quippe triumphantibus uictoria, de his malis rapi-
tur, quam non pompatico congressu uana subiecit ambitio,
aut popularis extulit magnitudo, sed quam cœlesti cupiditate
flagrantẽ suo Christus addidit regno. Nihil itaq; tam magnum
atq; uenerandum, quàm quod liberat morte & facit uiuere,
& dat perpetuò regnare sanctis. Hoc diuitibus aptum miseris
necessarium, omnibus gratum, quo lætantur boni, releuantur
abiecti, coronantur electi. Etenim omnium cultor uelut quod-
dam martyrio remediũ uitæ dedit, quando alijs aliud pro me-
rito eorum & tribuit, alijs pro misericordia sua tradidit.

Vidim

Vidimus quippe ad hunc nominis titulum fide nobiles uenisse plerosque, ut deuotionis obsequium mors honestaret. Sed & alios frequenter aspeximus inter iustos astitisse, ut admissa peccata redimentes, cruore suo loti haberentur in sanguine, & reuiuiscerent interempti, qui uiuentes computabantur occisi. Mors quippe integriorem facit uitam. Mors amissam inuenit gloriam. Nam hoc spes iam amissa percipitur, hoc salus cuncta reparatur. Sic cum ardentius æstuarit, supinis è collibus fluuium iubent elicere, & scaturientibus riuis arua sitientia temperare, quo se in uberes culmos uicta agri iciunitas funderet, pluuia imbre mentita seges densior inhorreret. Quid igitur, fratres charissimi, potissimum referam, quid'ue dicam, sic in unum conuenientibus titulis dignitatis turbatur animus, deducitur sensus, & ipso conatu nitentis eloquij impar sermo euanescit? Quid enim dici satis esse possit, cum si uim æternæ salutis expresserit, occurrat ambitio, si ambitum dixeris, præueniat magnitudo? tres simul quæ congruunt, necesse est, quod dignum præferendum esse uideatur. Ita impetus orationis audentis uelut implicat os, quæ obuiam ex aduerso martyrij exempla tenuerunt. Quæ uox, quæ litera, quæ uires instar muneris tanti capiant? sustinere confessionem uocis unius, aduersa succumbunt, læta proueniunt, parent regna, parantur imperia, deuincitur pœna, mors subigitur, uincta profertur, & infestantis inimici repugnantia arma resoluuntur. Si delictum est, occidit: si mendacium, abscessit. Vnde quæso uos, hoc uestris mentibus ponderate, tumq; de nostra oratione percipite, quantum sciatis uos posse sentire. Veniat ante oculos uestros, qui dies ille sit, cum spectante populo, atq; intuëtibus cunctis contra terrenas cruces, & minas seculi inconcussa deuotione reluctetur, quàm suspensi animi mentes, quæ solicitè de ancipiti trepidatione

tione gratulante formidine, pauido quatiantur horrore, quæ illic anxietas, quæ optatio precum, quæ uota memorentur, cum adhuc nutante uictoria, atq; in incertos exitus casu meretrix capiti corona dependeat. Cumq; illa pestilens ac furibunda consensio accendatur, ira inflammetur in insaniam, omnium deniq; pectoris rabie ac minis frendentibus terreatur. Etenim quantum hoc sit quis ignorat, ut præ doloribus uulnerum, non ictibus quæstionum, uelut despecta nostra fragilitas, & humanæ uirtutis inopinata mendacia, stare hominem nec moueri, torqueri, nec tamen uinci, sed pœna ipsa potius, quia cruciatur armari. Considerate quid sit, charissimi fratres, omnem martyrij firmitatem sensibus uestris animisq; proponite. Ecce animi cuiuslibet passione uocati gaudent iampridem acciti è seculo martyres, gaudent bonorum omnium nuntij, gaudent pariter electi, ibi lætatur milite suo dominus, lætatur teste nominis sui Christus. Parum est quod dico, fratres charissimi, parum est, ita mihi magna ratio in hoc genere dicendi, ac moles admiranda susceptæ: sed arbitrij, quæso uos, grauitas ab intentione propria non desit, sciens tantum de martyrio posse dici, quantum potuerit æstimari. Vnde & hæc sola exequendæ laudis fuit causa, non quo parem me gloriæ, atq; idoneum iudicarem, sed quòd tantam in illis cernerem esse uirtutem, ut & si parum de eo dicerem, plurimũ me dixisse profiterer. Nam præferatur licet bono fidei custodita iustitia, melioreq; se inter omniũ laudes uirginitas immaculata cognoscat: cedat ita, ne sanguis summittatur cruori, illi elegerunt bonum, imitati sunt Christum. Nunc uerò, charissimi fratres, ne quis me arbitretur omnem salutem, non alijs tantum quàm in martyrio collocasse: hoc profectò respiciat, neq; me tantum esse, qui loqui uideor, neque ita, sed habere ordinem rerum, ut

immortalitatis ſpes repromiſſa unius partis latere nitatur. Sed quoniam ita ſuo ore teſtatur eſſe habitacula penes patrem multa: mihi maius credidi eam gloriam, qua probantur hic homines, qui ſeculari indigni ſunt uita. Igitur chariſſimi fratres, æmula religione certantes, uelut incendio quodam mercedis agitati, omnem uirium copiam tolerantiamq; ſubeamus. Non enim mouere nos debent caduca, quæ ſemper, & quæ iam euerſionem ſuam non modò lege propoſita, ſed
Mat.3. & iam ipſo fine temporis arguũt. Exclamat Ioannes & dicit: Iam quidem ſecuris ad radicem arboris poſita eſt, monſtrans ſcilicet & oſtendens ultimam eſſe rerum omnium ſe-
Ioan.12. nectutẽ. Sed & ipſe dominus: Ambulate, inquit, dum lucem habetis, ne uos tenebræ comprehendant. Quòd ſi illo tempore ambulandum nobis eſſe prædixit: quæ ut nos magis ambularemus oſtendit, atq; ut ad laudem martyrij redeam,
1.Cor.9. uox eſt beatiſſimi Pauli dicẽtis: Quoniam qui in agone currunt, multi certant, unus autem accipit palmam: uos autem ſic currite, ut omnes coronemini. Sed & alibi quo ad martyrium poſſit hortari, cohæredes nos Chriſti uocauit, quin
Rom.8. etiam nec omitteret: Si cum Chriſto, inquit, commortui eſtis, quid tanquam uiuentes in hoc mundo decernitis? Etenim chariſſimi, fratres, qui reſurrectionis præmia ſuſtine-
Gal.6. mus, qui iudicij diem quærimus, qui denique cum Chriſto regnaturi ſumus, ſeculo mortui eſſe debemus. Nec poteris optare martyrium, niſi anté oderis ſeculum, nec peruenire ad Dei præmium, niſi amaueris Chriſtum. Non amat ſeculum, Chriſtus enim abiectus eſt ſeculo, ſicut & ſeculũ Chriſto. Ita ut ſcriptum eſt: Mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo. Nemini amabilis fuit mundus, quem non anté damauerit dominus: nec ſalute potuit frui æterna, qui mundi
Mat.14. gloriatus eſt uita. uox eſt iſta Chriſti dicentis: Qui in hoc ſeculo

ſeculo amauerit animam ſuam, in futuro perdet illam: qui autem in ſeculo oderit illam, in futuro inueniet illam. Sed & apoſtolus Paulus: Imitatores, inquit, mei eſtote, ſicut & ego 1.Cor.4.
Chriſti. Et alibi ipſe: Volo uos omnes, ait, ſi fieri poteſt, imitatores meos eſſe. Dixit hoc ille qui paſſus eſt, & quod paſſus eſt, ad hoc paſſus eſt, ut imitaretur dominum, utique & nos ad hoc uoluit pati, ut per ipſum imitaremur Chriſtum. Si iuſtus es & deo credis, quid pro eo ſanguinem fundere metuis, quẽ pro te toties paſſum eſſe cognoſcis? In Eſaia ſectus, in Abel occiſus, in Iſaac immolatus, in Ioſeph uenũdatus, in homine crucifixus eſt, & de cæteris quidẽ taceo, quæ nec oratio poteſt dicere, nec animus ſuſtinere: uincitur conſcientia humilitatis exemplo, & quanta conſiderat quæ dum paterentur acciderint, miratur paſſum propter quem cuncta trepidarint. Dies fugit in noctem, in tenebras lux cuncta cõceſſit, atq; inclinato per alternas uices pondere, omnis terra cõmota diſſoluitur, turbati manes, monumẽta nudata ſunt, & ſepulcris hiatu debiſcentibus terræ, reddita luci corpora reſtituerũt, fluxu ſanguinis mundus intremuit, ſciſſa quæ foribus dependebãt uela, templum omne fugit qui moriendo arguit ſeculum. Igitur cum ad exemplum dominicæ paſſionis, atq; ad omne teſtimonium Chriſti animam tuam ponas, nec fundere ſanguinem metuas: martyrio totum neceſſe eſt cedat, martyrij inæſtimabilis gloria, infinita menſura, immaculata uictoria, nobilis uirtus, inæſtimabilis titulus, triumphus immenſus. Quippe quo & propria confitentis laude præfertur, uelut ſocio Chriſti cruore decoratus. Itaque chariſſimi fratres licet ſit hoc totum dominicæ promiſſionis & muneris, licetq; tribuatur ex alto, nec capiatur, niſi eius imperio, ſed nec alimento concipi aut exprimi uerbis, aut oratione percurri, aut quibuslibet eloquentiæ uiribus poſ-

sit impleri: tamen erit hoc beneuolentiæ uestræ, erit charitatis & amoris, si uolueritis nostri memores esse, cum in uobis dominus martyrium cœperit honorare: uos intra summum illud altare, uos intra se magna illa uenerandi nominis sedes, ueluti sinu quodam gremij amplectentis includit, uos imperia perennis temporis sustinent, & illic regnaturi semper & uicturi. O beati quibus uerè sint demissa peccata, si tamen qui Christi compares estis aliquando peccatis! O beati quos à primordio mundi domini sanguis infecit, & quos merito splendore iste niueus amictus inducrit, & candor stolæ ambientis ornarit! Videor denique ipse mihi iam cernere, proq; arbitrio mentis humanæ ante oculos & aspectum diuinum illud mihi & insigne concurrit. Videor, inquam, mihi iam cernere, ut ille uirorum nobilis numerus Christi sui gloriam iterq; comitetur. Ibit ante ora eius felix caterua uictorum, & densantibus turmis, uelut Solis exortu totum illuminatum agmen inferet potestatem. Et utinam perabiecto mihi istud uidere contingeret, sed hoc Dominus poterit efficere, qnod nobis petentibus creditur non negare.

FINIS.

DE DISCIPLINA ET BONO PVDICITIAE

libellus, incerto autore, doctus tamen.

ALIQVAS officiorum meorum partes non æstimo præteriisse, dum semper enitor uel maximè quotidianis Euangeliorum tractatibus, aliquãdo uobis fidei, & sententiæ per Dominũ incrementa præstare. Quid enim aliud in ecclesia Domini utilius geri, quid accommodatius

tius officio episcopi potest inueniri, quàm ut doctrina diuinorum per ipsum insinuata collataq; uerborum, possint credentes ad repromissum regnum peruenire cœlorum? Hoc mei & operis & muneris, quotidianũ uotiuum negotium, absens licet obtinere connitor, & per literas præsentiam meam uobis reddere conor, dum uos solito more allocutionibus missis in fide interpello. Ideo conuenio, ut Euangelicæ radicis firmitate solidati, aduersus omnia diaboli prælia stetis semper armati, absentem me non credo, si fuero securus. Veruntamen omnia quæ utiliter proferunt, & æternæ uitæ statum tractantibus, uel diffiniunt, uel promittunt, ita demum fructuosa sunt, si ad emolumentum operis diuinæ indulgentiæ uiribus adiuuentur. Non solum proferimus uerba quæ de scripturarum sacris fontibus ueniunt, sed cum ipsis uerbis preces ad Dominum & uota sociamus, ut tam nobis quàm uobis, & sacramentorum suorum thesauros aperiat, & uires ad implenda quæ cognoscimus, tribuat. Periculum enim maius est, uoluntatem Domini cognouisse, & in Dei uoluntatis opere cessasse. Quamuis ergo ad multa uos negotia, ad diuinæ monitionis præcepta, semper ut scitis exhorter, quid mihi aliud uotiuum aut maius potest esse, quàm ut per omnia perfecti stetis in Domino? Tamen ut præcipue pudicitiæ claustra teneatis, quod & facitis, admoneo, scientes templum esse uos Domini, membra Christi, habitationem spiritus sancti, electos ad spem, consecratos ad fidem, destinatos ad salutem, filios Dei, fratres Christi, consortes spiritus sancti, nihil iam carni debentes, qua renatos ex pudicitia præter uoluntatem, quam uelle debemus, & nostra sit: præstetur etiam propter redemptionem, ut corrumpi non possit, quæ à Christo consecrata sit. Nam si Apostolus ecclesiam sponsam Christi pronuntiat, oro uos

quanta pudicitia exigitur, ubi ecclesia inter matrimonia sponsa uirgo præstetur? Et ego quidem, nisi quod breuiter uos admonere proposui, latissimas satis puto, & locupletes pudicitiæ laudes proferre potui, sed superuacuum duxi laudare eam diutius apud colentes. Vos enim illam ornatis dum geritis, & plures eius laudes exercendo profertis, facti eius ornamentum, dum & illa uestrum est, modulo decore inuicem fœnerando. Illa uobis disciplinam bonorum suggerit, morum uos illi ministerium præstatis operum sanctorum. Nam & illa quantum, & quid possit per uos apparuit, & quid uos uelitis ipsa demonstrauit, & docuit, copulatis in unum duobus bonis mandatorum & rerum, ne quid inutile uideretur, si præceptis ministeria defuissent. Pudicitia est honor corporum, ornamentum morum, sanctitas sexuum, uinculum pudoris, fons castitatis, pax domus, concordiæ caput. Pudicitia solicita non est cui placeat nisi sibi: pudicitia semper uerecunda, dum innocentiæ mater est: pudicitia semper ornatur solo pudore, bene sibi conscia de pulchritudine, si improbis displicet: pudicitia nihil ornamentorum quærit, decus suum ipsa est. Hæc nos commendat Domino, connectit Christo, hæc expugnat omnia de membris illicita desideriorum prælia, pacem nostris corporibus inducit: beata ipsa & beatos efficiens, apud quoscunque habitare dignatur, quam nunquàm accusare possunt, nec qui eam non habent: uenerabilis etiam hostibus suis, dum illam multo magis nurantur, qui expugnare non possunt. Sed ut matura & in uiris probata semper, & à fœminis appetenda, sic inimica eius impudicitia semper est detestanda, obscœnum ludibrium reddens ministris suis, nec corporibus parcens nec animis. De bellatis enim proprijs moribus, totum hominem suum sub triumphum libidinis mittit: blanda prius,

prius, ut plus noceat dum placet, exhauriens rem cum pudore: hostis continentiæ frequenter perueniens ad sanguinem: cupiditatum infesta rabies, incendium conscientiæ bonæ, mater impœnitentiæ, ruina melioris ætatis, contumelia generis, expugnans sanguinis & familiæ fidem, alienis affectibus suos inserens filios, in aliena testamenta sobolem ignoti & corrupti generis inducens. Quæ plerunque extra sexum ardens, dum se non continet intra concessa, parum sibi putat satisfactum, nisi in uirorum quoque corporibus non uoluptatem nouam quærat, sed extraordinaria & portentuosa contra ipsam naturam ex uiris per uiros monstra conquirat. Sed enim pudicitia locum primum in uirginibus tenet, secundum in continentibus, tertium in matrimonijs. Verum in omnibus gloriosa est cum gradibus suis: nam & matrimoniorum fidem tenere, laus est, inter tot corporis bella: & matrimonio de continentia modum statuisse, maioris uirtutis est, dum etiam licita reijciuntur. Certe ex utero sanctitatem custodisse, & infantem se usq; in senectutem in sua ætate tota tenuisse, admirandæ utique potentiæ est, nisi quòd blandas corporis leges non nosse, magis felicitatis est: notas iam uicisse, uirtutis est, sic tamen ut & uirtus ista de dono Dei ueniat, licet se in membris hominibus ostendat. B. Pudicitiæ, fratres, antiqua præcepta sunt. Quare antiqua dico? quia cum ipsis hominibus instituta sunt. Nam & ideo uir suus fœminæ est, ut præter eundem alterum nesciat, & ideo uiro reddita est mulier, ut subiecto quod fuerat ci proprium, nihil requirat alienum. Sic & duo, inquit, Gen. 2.
erunt in carne una, ut in unum redeat, quod unum fuerat, ne separatio sine reditu occasionem præstet alterius. Inde & Apostolus, caput mulieris pronuntiauit uirum, ut coniunctione duorum pudicitiam probaret. Nam ut alterius Ephes. 5.

caput membris aptum non potest esse, ita & alieno capiti membra non sua: caput enim suis conuenit membris, & membra capiti suo, utraque naturali fibula in cõcordia mutua cohærent, ne oriente discordia, de diuisione membrorum pactum diuini fœderis rumperetur. Addit tamen & dicit: Quoniam qui uxorem suam diligit, seipsum diligit. Nemo enim carnem suam odio habet, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam. Charitatis cum pudicitia ex hoc magna præscriptio, si uxores diligendæ sunt à uiris suis, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & ita uxores maritos debent diligere ut ecclesia Christũ. Hanc sententiam Christus quando uxorem dimitti non nisi ob adulterium dixit, interrogatus tantum honorem pudicitiæ dedit. Hinc nata est illa sententia, Adulteras non sinetis uiuere. Hinc Apostolus dicit: Hæc est uoluntas Dei, ut abstineatis uos à fornicatione. Hinc & illud dicit: Membra Christi, membris meretricis non esse iungẽda. Hinc traditur Satanæ in interitum carnis, qui proiiculcato iure pudicitiæ, uitia carnis exercet. Hinc merito regnum cœlorum non tenent adulteri: hinc est, omne peccatum extra corpus esse, solum adulterum peccare in suum corpus: hinc cæteræ præceptorum autoritates, quas nunc recolere omnes, non est necesse, apud uos præsertim qui illas nostis frequenter & facitis, quæ licet descripta non sint, quæruli tamen de his non potestis esse. Adulter enim non habet excusationẽ, aut habere potuit, quia ducere licebat uxorem. Sed sicut matronis iura præscripta sunt, quæ ita sunt nexæ, ut diuelli inde non possint: uirginitas uerò & continẽtia extra ius omne sunt, nihil ad uirginitatẽ de matrimoniorũ legibus pertinet, altitudine sua transcendit omnes, si ulla praua hominum leges ausa supergredi conantur. Virginitas æquat se angelis, si uerum exquiramus, etiam excedit, dum in carne

1. Thes. 4.
1. Cor. 5.

carne luctata, uictoriam & cõtra naturam refert, quam non habent angeli. Virginitas quid aliud est quàm futuræ uitæ gloriosa meditatio? uirginitas neutri sexus: uirginitas est perseuerans infantia: uirginitas est uoluptatum triumphus: uirginitas filios non habet, sed quod plus est, filiorum contemptum habet: non habet fœcunditatem, sed non habet orbitatem, felix quòd est extra partus dolorẽ, felicior autem quòd est extra funerum filiorum calamitatem. Virginitas quid aliud est, quàm soluta libertas? maritum non habet dominum, uirginitas affectionibus omnibus soluta est. Nõ matrimonijs est dicata, non seculo, non liberis. Persecutionem non potest timere, dum illam de securitate potest prouocare. Sed quia pudicitiæ nobis breuiter sunt exposita præcepta, iam pudicitiæ ponamus exemplum. Plus enim proficitur cum in rem præsentem uenitur, nec de uirtute dubitatur, quando quod præcipitur, exemplis etiam sanatur. Exemplum pudicitiæ à Ioseph cœpit. Adolescens Hebræus generosus de patre, ge- Gen. 39.
nerosior de innocentia, ob inuidiam reuelationum distractus à fratribus Ismahelitis, in domum deuenerat hominis Aegyptij, obsequio & innocentia & tota seruitutis fide facilem & beneuolum in se animum sui prouocauerat domini, cuius faciem tam sermo liberalis, quàm ætas omnibus commendauerat. Sed ista generositas ab uxore domini aliter quàm decebat accepta est, in domus parte secreta, & sine arbitris allata, & facinorosis accommodata putauit se pudicitiam adolescentis incontinens mulieris impudicia nunc promissis, nunc minis posse superare. Et cum retentus est uestibus, eò quòd moliretur fugam, propter tanti facinoris audaciam, ipsas uestes relinquens, & corporis nudi synceritatem habiturus innocentiæ testem, ad crimen impudicitiæ suæ impudens mulier adijcere non dubitauit calumniam: &

cæteris & marito squallida & feruens. spreto desiderio suo, conquesta est dolore simulato, quòd Hebræus adolescens uim sibi molitus fuisset inferre, quam ipsa conata fuerat irrogare. Maritalis ardor rerum inscius, & uxoris accusatione grauiter inflammatus incenditur. Pudicus uerò iuuenis, quia delicto conscientiam non miscuit, in imum carceris truditur. Sed sola non est in carcere pudicitia, nam est cum Ioseph deus, & nocentes dantur in manu eius, quia innocens fuerat. Somniorum præterea obscura dissoluit, quia spiritus in tentatione uigilabat, & per dominum liberatur à uinculis, qui in domo minore cum periculo fuerat, regiæ domus sine periculo dominus effectus est, generositati suæ redditus fructum pudicitiæ & innocentiæ, deo iudice, à quo meruerat, accepit. Sed non minus ex parte diuersa, aliud nobis pudicitiæ simile, de continentia fœminarum exoritur exemplum. Fuit, ut legimus, Susanna filia Helciæ, uxor Ioachim pulcherrima, pulchrior moribus. Hanc nullum ad decorem commendabat species: simplex enim erat. Excolucrat pudicitia, & cum pudicitia sola natura. In hãc ex senioribus duo cœperãt deperire, nihil memores nec diuini timoris, sed nec suæ annis iam marcescentis ætatis: ita illos in flagrantia transactæ iuuentutis incendia, rediuiuæ libidinis flamma reuocabat, pudicitiæ latrones amorem profitentur, sed oderant. Resistenti minantur calumnias, adulterij se dicunt accusatores, uoto adulteri. Inter duos libidinis scopulos auxilium de domino petebat, quia uiribus corporis repugnare non ualebat. Et exaudiuit de cœlo clamantem ad se pudicitiam dominus, & cum iniquitate oppressa duceretur ad pœnam, uidit inimicorum liberata uindictam. Bis uictrix, & in periculo suo tam funestè toties concepta & libidinem euasit & mortem. Infinitum erit, si exempla prosequar

quar plura, his duobus contẽtus sum, præsertim cum omnibus sit uiribus per ista pudicitia defensata. Non illos emollire potuit in uita generosi sanguinis memoria, quæ in quosdam licentia lasciuiæ est ministra, non decor corporis & aptè positorum figura membrorum, quæ suggerit plerunq; quasi flos quidam, properans uelociter transire ætatis porrectæ uoluptatis occasione pascatur: non anni primi uirentis, sed maioris ætatis, cum rudis adhuc sanguis æstuans, naturæ flammas accendat, & in medullis uersata incendia ad remedium, uerum etiam per periculum pudoris itura, non ulla latebrarum, & sine ullo conscio, quæ tuta quibusdam putatur occasio, quæ maxima uis est admittendi sceleris cum deliberationis accurrit impunitas. Non posita necessitas de autoritate iubentium, & in temeritate participum atq; sociorum, quo genere franguntur etiam sæpe recta consilia. Non præmia ipsa & bonitas, non accusationes, non minæ, non pœnæ, non mors, nihil tam sæuum, tam durum, tam triste, quàm cecidisse de alto pudicitiæ gradu. Digni tanto iudicis diuini præmio, quorum alter regio pene throno illustraretur, altera concordia mariti dotata inimicorum mortibus redderetur. Hæc sunt & his similia semper nobis ante oculos exempla ponenda, his patria diebus noctibusq; meditanda. D. Nihil animũ fidelem sic delectat, quàm integra, immaculata pudoris conscientia. Voluptatẽ uicisse, uoluptas est maxima: nec ulla maior est uictoria, quàm ea quæ è cupiditatibus refertur. Qui hostẽ uicit, fortior fuit, sed altero: qui libidinẽ repressit, seipso fortior fuit: qui inimicũ prostrauit, externum hostem percussit: qui cupiditatem depressit, hostem domesticum superauit. Malum omne facilius uincitur quàm uoluptas, quia illud quicquid est, horridum est, hoc blandum est. Nihil tam difficile opprimitur, quàm quod

per

per illud armatur. Qui cupiditates tollit, & metus sustulit, nam ex cupiditatibus metus ueniunt: qui cupiditates uincit, de peccato triumphat: qui cupiditates uincit, malum generis humani sub pedibus suis iacere ostendit: qui cupiditates uicit, pacem sibi perpetuam dedit. qui cupiditates uicit, libertatem sibi, quod est etiam ingenuus difficilimũ, reddidit. Meditanda ergo nobis fratres, ut res docent, semper pudicitia, quò facilior sit nullis artibus constat. Quæ enim illa consummata uoluntas, quæ nisi impediretur longe est, sed nostra est, ita non est acquirenda, sed fouenda quæ nostra est. Quid est enim aliud pudicitia, quàm mens honesta ad custodiam corporis data, ut sexibus redditus pudor fœueritate signatus, fidem honoris de incorrupta sobole seruaret? Pudicitiæ autem fratres competunt & cogniti sunt in primis diuinus pudor & præceptorum sancta meditatio, & animus propensus ad fidem, & mens attonita ad sacram religionem: deinde uidere, ne quid in se ultra modum sculptum, ultra honestatem productum, ne quid proditum, ne quid arte fucatum, nequid ad irritandos aut redintegrandos dolos lenocinatum. Non est pudica quæ affectat animum alterius mouere, etiam salua corporis castitate. Longe absint quibus pulchritudo nõ ornatur, sed prostituitur. Nã solicitudo de pulchritudine, & malæ mentis indicium & deformitatis est. Sit natura corporis libera, nec diuinis operibus inferatur uis. Semper est misera, quæ sibi non placet qualis est. Quid capillorum mutatur color? Quid oculorum extremitates suffuscantur? quid facies artibus in diuersam formam conuertitur? quid postremò speculum consulitur, nisi quia ne ipsa sit timetur? Cultus etiam mulieris pudicæ pudicus sit, adulterium fidelis nec in coloribus nouerit. Vestibus aurum intexere, quasi pretio est uestes corrumpere. Quid inter

inter fila staminum delicata, rigida faciunt metalla? non ut fluentes humeros premant, & luxuriam feliciter se animi iactantis ostendant? Quid cum ceruices peregrinis lapidibus urgentur, & absconduntur? quorum pretia etiam sine artibus calendarium cuiusuis excedunt? Non ornatur mulier, sed uitia ostenduntur. Quid cum digiti tali auro onerati, nec intrare possunt, nec egredi? utrum usus exposcitur, an patrimoniorum inanis pompa monstratur? Mirum negotium, mulieres ad omnia delicatæ, ad uitiorum sarcinas fortiores sunt uiris. Sed ut repetam quæ cœperam, colẽda semper pudicitia uiris & fœminis, omni custodia seruanda est intra limites suos. Citò natura corporis periclitatur in corpore, dum rapit illã secũ caro, quæ semper in lapsu est. Sub prætextu quippe naturæ quæ homines semper urget ad affectus, quibus ruinæ collapsi generis resarciuntur, blandimento uoluptatis fallentes, non ducit ad conscientiam legitimæ coniunctionis sobolem, sed iactat in crimen. Ergo contra has carnis insidias, quibus se diabolus & socium miseriæ & ducem facit, obluctandum est omni genere uirtutis. Assumantur secundum Apostolum Christi opera, & à consortio carnis quantum potest animus colligatur, separetur cõsensus à corpore, uitia semper castigentur ut odiantur. Ante oculus obseruetur. Deformis est atq; deiectus peccati pudor. Pœnitentia ipsa cum luctibus suis commissorum criminum inhonesta contestatio est. Nihil consideretur curiose in alienis uultibus, sermo & breuis sit, & sobrius risus, signum est enim animi facilis & remissi: nam cõtactus recedat etiam honestus, nihil corpori liceat, ubi uitandum est corporis uitium. Cogitetur quàm honestum sit uicisse dedecus, quàm inhonestum uictum esse dedecore. Dicendum etiam, quòd adulterium uoluntas non est, sed mutua contumelia:

lia: nec delectari potest, quod & animam interficiat & pudorem. Coërceat animus stimulos carnis, refrænet impetum corporis. Accepit enim hanc potestatem, ut illi ad imperium eius membra seruirent, & quasi legitimus ac perfectus auriga, ultra concessas corporis metas extollentes se carnis impetus, cœlestium præceptorum habenis reflectat, ne ultra terminos suos currus iste corporis raptus in periculum suum secum & ipsum rapiat aurigam. Sed inter hæc imò ante hæc contra turbas & uitia omnia de diuinis castris auxilium petendum est. Solus enim potens est Deus, qui homines dignatus est facere, & plena hominibus auxilia præstare. Ego pauca dictaui, quoniam non est propositum uolumen scribere, sed allocutionem transmittere. Vos scripturas aspicite, exempla uobis de ipsis præceptis huius rei maiora conquirite. Fratres charissimi bene ualete.

QVOD LAPSIS SPES VENIAE NON EST deneganda: ad Nouatianum hæreticum.

Iuxtà facundus ac doctus libellus, planeq; Cypr. æno dignus.

COGITANTI mihi & intolerabiliter animo æstuanti quidnam agere deberem de miserandis fratribus, qui uulnerati non propria uoluntate, sed diabolisæuientis irruptione adhuc usque, hoc est, per longam temporum seriem agentes, pœnas darent, ecce ab aduerso obortus est alius hostis & ipsius paternæ pietatis aduersarius hæreticus Nouatianus, qui non tantum ut in Euangelio significatum est, sicut sacerdos uel Leuites iacentem uulneratum præteriret, sed ingeniosa ac noua crudelitate sauciatum potius occideret, adimendo spem salutis, denegando

misericordiam patris, respuendo pœnitentiam fratris. Mirum quot acerba, quot aspera, quot peruersa sunt. Sed facilius quis in alieno oculo festucam perspicit, quàm in suo trabem. Nos autem fratres dilectissimi non moueat, aut turbet hæretici istius perfidi abrupta dementia, qui cum in tam ingenti dissensionis & schismatis crimine constitutus, & ab ecclesia separatus sit, sacrilega temeritate non dubitet in nos sua crimina retorquere. Cum sit enim à semetipso nunc factus immundus, sordibus sacrilegis inquinatus, hoc nunc nos esse contendit. Et cum scriptum sit, canes foris remansuros, & Apostolus hos eosdem canes docuerit esse uitandos, sicut legimus, ait enim: Videte canes, uidete malos operarios: rabiem suam non cessat latratibus excitare lupoꝝ more, tenebrosam caliginẽ optare, qua facilè possit ferina sua crudelitate, oues à pastore direptas, spelunca tenebrosa laniare: aurum certe se suosq; quos colligit, esse pronuntiat. Nec nos dubitamus desertores ecclesiæ apostatas factos, in aurum nunc facilè potuisse conuerti, sed illud aurum in quo prima delicta populi Israël denotata sunt. Cæterum uasa aurea & argentea quæ ab Aegyptijs excussa sunt in dominica potestate, id est, Christi ecclesia, perseuerant, in qua si perseuerasses Nouatiane, uas forsitan & pretiosum fuisses, sed nunc te in paleas & in stipulam conuersum, nec intelligis, nec plangis. Quid igitur uanis rebus extolleris? Damna potius quàm lucra consequeris. Quid te ex quo pauperior factus es, diuitem credis? Audi in Apocalypsi dominicam uocem iustis obiurgationibus increpantem. Dicis, inquit, dives sum, & ditatus sum, & nullius rei egeo, & nescis quoniam tu es miser, & miserabilis, & cæcus, & pauper, & nudus. Has opes, has diuitias paupertatis pro certo possidere se credat, quisquis Christi ecclesia dereli

Philip. 3.

Apoc. 3.

derelicta, ratione cæca, apud temerarios illos schismatū
duces, & dissensionis autores conuerti non trepidat, qui
Ioannes antichristos appellat, quos Euangelista paleis sum-
lat, quos Dominus Christus fures & latrones designa-
Ioan.10. sicut ipse in Euãgelio declarat, dicens: Quia qui non introit
per ostium in ouile ouium, sed descendit per alteram par-
tem, ille fur & latro est. Item in eodem quoq; ait: Omnes qui
uenerunt fures sunt & latrones. Qui isti sunt: non desertō-
res fidei, & transgressores ecclesiæ Dei, qui contra ordinem
Dei nituntur? Quos meritò spiritus sanctus per prophetam
Esa.30. increpat, dicens: Fecistis consilium non per me, & cogitatio-
nem non per spiritum meum, adijcere peccata super pecca-
ta. Quid ad ista respodeãt peruersissimi Nouatiani, uel nunc
infelicissimi pauci, qui ad tantam dementiam proruperunt,
ut nec Deo, nec homini reuerentiam habuerint? Illic impu-
denter & sine ulla ordinationis lege episcopatus appetitur,
hic autem proprijs sedibus, & cathedræ sibi traditæ, à Deo
renuntiatur illic ueritas, aspernantur me, ut sacrificent mihi,
nec offerunt oblationes sanctas filiorum Israël, nec accedunt
offerre sancta sanctorum, sed accipiens ignominiam suam in
errore, quo errauerũt: satis sit paucis probasse quidnam sint.
B. Audite igitur Nouatiani, apud quos scripturæ cœlestes le-
guntur potius quàm intelliguntur, parum si non & inter-
polentur. Sunt enim uestræ præclusæ aures, & corda cæca-
ta, qui nullum de spiritualibus ac salutaribus monitis lumen
Esa.6. admittitis. Sicut Esaias ait: Excæcati sunt serui Dei, & me-
ritò excæcati, quia uoluntas schismaticorum non est in le-
ge, quæ lex unam uobis & singularem designat ecclesiam, in
Gen.6. illa scilicet quæ sub Noë ante diluuium Dei prouidentia fa-
bricata est arca, in qua non tantum munda animalia, sed
& immunda, ut tibi cito respondeatur Nouatiane, inueni-
mus

mus esse recluſa. Quæ arca cum his quæ secum fuerant libe-
rata est, in qua & cætera quæ in ea inuenta non sunt, diluuio
perierunt. Ex illa igitur arca remittuntur duæ aues, corax &
columba. Qui corax uere hominum immundorum, & in te-
nebris perpetuis futurorum per seculi latam uiã, & immunda
uescentium apostatarum futurorum, & ad ecclesiam se ultrà
non uertentium, figuram portabat, quem sicut legentes inue-
nimus emissum, & nõ amplius reuersum. Huic ergo aui, id est,
immundo spiritui, quiqui fuerint similes inuenti, ad ecclesiam
amplius reuerti non poterunt, qui & si uoluerint, Dominus
prohibebit, qui Moysi præcepit, dicens: Omne uarium & im- Leuit.7.
mundũ eijce foras extra castra. Columba autem emissa incon- Gen.8.
nenti significatur reuersa, cò quòd requiem non haberet pedi-
bus suis, quam Noë recepit in arcam, & post septimũ diem ite-
rato emissam, recepit eam portantem suo ore oliuæ folium. Et
ego quidem fratres dilectissimi, non temere ista cogitans, nec
humana sapientia conspirans, sed ut cœlestis Domini digna-
tione necessarie, et pertinẽter mentibus nostris concipere per-
mittitur, dicam illam, id est, colũbam duplicem nobis per semet-
ipsam significare figurã: primam quidẽ & principalem, suam,
hoc est, spiritualẽ, olim, id est, ab initio, diuinæ administratio-
nis insistit, & sacramentum baptismatis, quod in salutem ge-
neris humani prouisum, & soli ecclesiæ cœlesti ratione cele-
brare, per os suum præostendit. Ter enim emissa ex arca, uo-
litans per aërem super aquam, significabat iam tunc ecclesiæ
nostræ sacramenta. Vnde & dominus Christus Petro, sed &
cæteris discipulis suis mandat, dicens: Euntes euangelizate Mat.28.
gentibus, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiri-
tus sancti, hoc est, ut ternitas illa quæ sub Noë per columbam
figuraliter operata est, hæc nunc in ecclesia per nos spiritua-
liter operetur. Sumamus iam nunc & secundam personam co-

lumbæ ex arca emissæ, diluuij scilicet tempore, quando omnes abyssi proruperunt, quando cataractæ cœli patefactæ sunt super terram propter facinora hominum, quæ quotidie exercebant coram Domino, sicut Moyses dixit: Et uidit dominus Deus redundare nequitias hominum super terram, & quòd omnes in malum recordarentur à principio dierum suorum, & dixit: Perdam hominem quem feci à facie terræ ab homine usque ad pecus, & à reptili usque ad uolatilia cœli. Emittitur ergo tempore cataclysmi columba ex arca aquis uiolenter toto orbe terrarum infestantibus. Illa arca figuram ecclesiæ, sicut superius diximus, portabat, quæ uerberabatur hinc atque inde aquis insurgentibus tantum. Cataclysmus ergo ille, qui sub Noë factus est, figuram persecutionis, quæ per totum orbem nunc nuper supereffusa est, ostendit. Aquis autem, diruptis cataractis, undique conuenientibus & excrescentibus significabantur gentes, quæ ad
Apoc.17. uastandam ecclesiam excreuerunt. Sicut Apocalypsis docet, dicens: Aquæ quas uidisti populi sunt, & gentes, & regna: columba autem quæ pedibus suis requiem habere non poterat, lapsorum imaginem portabat, qui immemores diuinarum prædicationum, uel simpliciter ignorantes, uel audacter dissimulantes ceciderunt. Quorum dominus ruinam in Euan-
Mat.7. gelio futuram his uerbis significauerat, dicens: Qui audit uerba mea, & non facit ea, similabo eum uiro stulto qui ædificauit domum suam super arenam, uenerunt tempestates, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & facta est ruina eius magna. Et ne temere comparasse uideamur, columbam illam lapsorum imaginem portare, Propheta ciuitatem ut columbam, hoc est, lapsorum personam increpat,
Sopho.3. dicens: Columba non exaudit uocem, id est, præclara & redempta ciuitas non recipit doctrinam, & in dominum fidens

fidens non fuit. Quòd autem requiem pedibus columba illa, sicut superius diximus, inuenire non poterat, hoc significabat uestigia negantium, hoc est, sacrificatorum, lubrici ueneno serpentis sauciata in lapsum conuersa, qui ulterius non possent super aspidem & basiliscum conscendere, & draconem & leonem calcare. Quam potestatem tradidit dominus discipulis suis, sicut in Euangelio ait: Ecce do uobis potes-
Luc.10. tatem calcandi super omnem potestatem inimici, & super serpentes & scorpiones, & non nocebunt uos. Istis ergo tot & tantis malignis spiritibus infestantibus, & in lapsorum necem insurgentibus, prouisa est uulneratis salutis uia, ut quibuscunque uiribus possent toto se corpore protrahere, castris suis recipere, quibus recepti medelis spiritualibus uulnera sua curare. Recepta igitur columba, paucis etiam diebus interiectis, iterato emittitur ex arca, quæ reuersa, non tantum firma uestigia, sed & insignia suæ pacis atque uictoriæ, per illa oleæ folia, quæ suo ore portabat, ostendit. Duplex ergo illa emissio, duplicem nobis persecutionis tentationem ostendit: prima in qua, qui lapsi sunt, uicti ceciderunt: secunda in qua hi qui ceciderunt, uictores extiterunt. Nulli enim nostrum dubium uel incertum est fratres dilectissimi, illos qui prima acie, id est, Deciana persecutione uulnerati fuerunt, hos postea, id est, secundo prælio ita fortiter perseuerasse, ut contemnentes edicta secularium principum, hoc inuictum haberent, quod & meruerunt exemplo boni pastoris, animam suam tradere, & sanguinem fundere, nec ullam insanientis tyranni sæuitiam recusare. C. Ecce quàm glorioso, quàm domino charos, schismatici isti ligna, fœnum, stipulam appellare non dubitant: quorum pares, hoc est, in eodem crimine lapsos seu adhuc usque constitutos, nec ad pœnitentiam admittendos esse præ-
Mat.10. sumunt, ex illa domini pronuntiatione, qua ait: Qui me negauerit

gauerit coram hominibus, negabo eum coram patre meo, qui in cœlis est. Proh dolor quid contra dominica præcepta contendunt, ut ea quæ Christus iudicij sui tempore sit acturus, hæc nunc stirps Nouatiani, patris sui exemplum diaboli sequuta, nunc exercere conetur? dicente scriptura: Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Respondebimus eis ad istam pronuntiationem domini, quàm male intelligant, & male sibi interpretentur. Quod enim ait: Qui me negauerit coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo qui in cœlis est: utique futuri temporis significatio est, quo tempore incipiet dominus secreta hominum iudicare, quo tempore tribunali Christi omnes nos oportet astare, quo tempore multi incipient dicere: Domine domine, non'ne in tuo nomine prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia exclusimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et tamen audient uocem Domini dicētis: Discedite à me omnes qui operati estis iniquitatem: non noui uos. ibi adimplebitur quod ait: Negabo & ego illos. Quos autem maximè negabit dominus Christus, nisi uos omnes hæreticos, & schismaticos, & nominis sui alienos? Qui enim aliquando Christiani, nunc Nouatiani, iam non Christiani, primam fidem uestram perfidia posteriore per nominis mutastis uelum, nunc propositioni uestræ respondeatis: Legite & docete, quem Dominus de his qui se dereliquerant uel negauerant, cum adhuc ipse hic esset, negauit: atqui & cæteris qui secum remanserant de discipulis ait: Nunquid & uos uultis abire? Petrum etiam quem negaturum ante prædixerat, cum negasset, ipse non negauit, sed sustinuit, & amarè illam suam negationem flentem ipse postmodum lenit. Quænam est tua Nouatiane dementia, ut illa quæ ad exitium salutis pertineant, tantum legas: & quæ ad misericordiam, prætereas? clamante scriptura & dicente: Cōuertimini

Deut.32.

Matth.7.

Ioan.6.

Luc.22

uertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio, & ploratione, & planctu: & scindite corda uestra & non uestimenta, & conuertimini ad dominum deum uestrum: quoniam misericors est, & miserator & multæ miserationis. Ideo quia multæ miserationis est dominus, audiuimus, audiamus quid per Dauid contestatur spiritus sanctus: Si dereliquerint filij eius legem meā, & in mandatis meis non ambulauerint, & si iustificationes meas prophanauerint, & præcepta mea non custodierint, uisitabo in uirga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eis. His similia & per Ezechielem legimus dixisse Dominum: Fili hominis, domus Israël habitauit super terram suam, & coinquinauerunt facinoribus suis. Sicut mulieris menstruatæ facta est immunditia eorum ante faciem meam, effudi iram meam super eos, & disseminaui eos inter gentes, & secundum peccata eorum iudicaui eos: quia coinquinauerunt sanctum nomen meum: & quia dictum est de his: Hic est populus Domini, peperci eis propter nomen sanctum meum, quod spreuit domus Israel inter gentes: & coniungens ait: Propterea dic populo Israel: Hæc dicit Dominus: Non uobis parco domus Israel, sed propter nomen sanctum meum parcam, quod coinquinastis inter gentes: & scietis quia ego Dominus, cum sanctificatus fuero in uobis. Item Dominus ad eundem: Fili hominis dic populo Israel: Quare loquuti estis, dicentes: Erroribus nostris tabescimus, & quomodo salui esse poterimus? dic eis: Viuo ego, dicit Dominus: quia non desidero mortem peccatoris, sed desidero, ut auertatur peccator à uia sua pessima, & uiuat. Redite ergo à uia uestra pessima. Quid morti uos traditis domus Israel? Sic per Esaiam prophetam: Non in æternum indignabor uobis, neque semper non defendam uos. Et quoniam Hieremias propheta in persona populi peccatoris de-

Ioel.2.

Psal.8.

Ezech.33.

Esa.57.

precatur Dominum, dicens: Emenda nos Domine, sed in ira-
Hier. 29. & 42. dicio, & non in ira, ne paucos facias nos. Adiecit & dicit
Esaiæ 57. Esaias: Propter peccatum modicè contristaui eum, & percussi eum, & auerti faciem meam ab eo, & contristatus est, & abijt tristis in uijs suis: & quia operatur, adiecit & dixit: Vias eius uidi & curaui eum, & dedi ei exhortationem, ueram pacem super pacem, pœnitentibus, deprecantibus, & operantibus restitui posse: quòd male pericrunt, quodq; à Christo declinauerunt: deniq; hoc in Euangelio cõprobatur, ubi illa mulier peccatrix describitur, quæ uenit ad domũ cuiusdam Pharisæi, ubi erat Dominus uocatus cum discipulis, portans uas unguẽti, quæ stetit ad pedes Domini, & lacrymis suis lauit pedes Domini, et capillis extersit, osculis infixis, ut excitaretur ille Pharisæus, et diceret: Hic si esset propheta, sciret quæ et qualis esset ista mulier, quæ eum tangit, quia peccatrix est. Vnde incontinenti Dominus peccatorum remissor, et pœnitentium receptor ait: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille respõdit, dicens: Magister, dic. Et Dominus: Duo debitores erant cuidã fœneratori: unus qui debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta: & cum non haberent unde solgerent, ambobus donauit. Et interrogauit, quis illorũ plus diligeret. Et respõdit Simon: Vtiq; ille cui plus donauit. Et adiecit, dicens: Vides istam mulierem? Intraui in domũ tuam, oscula mihi non dedisti, hæc autem non cessauit osculando pedes meos: pedes meos non lauasti, hæc autem lacrymis suis lauit, & capillis extersit: oleo pedes meos non unxisti, hæc autem unxit: propter quod dico tibi Simon, quia remittuntur illi peccata eius. Ecce Dominus utrisque debitoribus larga sua pietate debitum concedit. Ecce mulierem peccatricem pœnitentem, flentem, deprecantem, & remissam peccatorum accipientem. D. Erubesce iam nunc si fieri potest Nouatiane, desi-

Luc. 7.

ne, desine argumentis tuis impijs incautos decipere: desine uanus capituli præscriptione terrere. Legimus & adoramus, nec prætermittimus cœlestem Domini sententiam, qua ait negaturum se negantem, nunquid & pœnitentem? Et quid ego tam diu de miserationibus probare singula gestiam? quandoquidem Niniuitis, Allophylis, & longe à lege hominibus constitutis, propter ciuitatis suæ annuntiatam euersionem deprecantibus misericordia Dei non denegatur. Ipsi illi Pharaoni sacrilega temeritate repugnanti, cum quondam cœlestibus plagis uerberaretur, & conuersus Moysi dixisset: Orate pro me ad Dominum, quia peccaui, incontinenti ab eo suspendebatur ira Dei. Et tu iam Nouatiane iudicas, & nullam spem pacis ac misericordiæ habere lapsos prædicas: nec increpanti te Apostolo aurem accommodas dicenti: Tu quis es, qui iudicas seruum alienum? domino suo stat aut cadit. Stabit autem, potens est Deus stabilire eum. Vnde pertinenter & necessarie ex persona eorundem lapsorum increpat nos spiritus sanctus, dum dicit: Noli gratulari amica mea mihi, quoniam si cecidi, & exurgam: & si in tenebris ambulauero, Dominus lumen est mihi. Iram Domini tolerabo, quoniam peccaui illi usque dum iustificet causam meam, & faciat iudicium & iustitiam, & producat me ad lucem. Videbo iustitiam illius, & uidebit me inimica mea, & cooperiet se confusione. Oro, non legisti? Nolite gloriari, & nolite loqui excelsa, & ne exeat maliloquentia ex ore uestro, quoniam erigit à terra pauperem, & à sterquilinio inopem, & sedere eum facit cum potentibus populi. Non legisti: Tu qui stas, uide ne cadas? Non legisti: Quia Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam? Non legisti: Qui se exaltat humiliabitur? Non legisti: Quia Deus perdit memoriam superborum, & non relinquit memoriam humiliũ? Non legisti: Quia quo iu-

Ionæ 3. Rom. 14.

dicio quis iudicauerit, cum iudicari necesse est? Non legis? Quia qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & non scit quò eat: quia tenebræ excæcauerunt oculos eius? Vnde igitur & tam sceleratus, & tam perditus, tam discordiæ furore uesanus extiterit iste Nouatianus, inuenire non possum, qui semper in domo una, id est, Christi ecclesia, proximorum delicta ut propria fleuerit, onera fratrum, sicut Apostolus hortatur, sustinuerit, lubricos in fide cœlesti allocutione corroborauerit. At nunc ex quo Cainam illam hæresim, quæ non nisi tantum occidere gestit, exercere cœpit, nec sibi nouissimè parcit. Cæterum si legisset, quia iustitia iusti non liberabit eum in die qua errauerit, & iniquitas impij non nocebit ei ex qua die conuersus fuerit, iam olim in cinere pœniteret ille, qui semper pœnitentibus aduersatur, qui in ruina facilius ædificatorum stantium operatur, quàm instructione iacentium ruinarum, qui multos ex fratribus nostris miserrimos falsis suis aduersationibus perterritos, iterum fecit Ethnicos, dicendo quòd pœnitentia lapsorum sit uana, nec possit eis proficere ad salutem, clamante scriptura, & dicente: Memento unde excideris, & age pœnitentiam, si quo minus, ueniam tibi, nisi pœnitentiam egeris. Et quidem ad septem ecclesias scribens, singulis sua quoque facinora, & delicta ingerens, pœnitemini dicebat, quibus? nisi illis scilicet, quos pretio magno sui sanguinis redemerat? O te impium scelestumq; hæretice Nouatiane, qui post tot & tanta in ecclesia, à quibusdam retro uoluntarie commissa crimina, quæ & tu ipse in domo Dei priusquam apostata esses, cognoueras: & hæc posse aboleri de memoria succedente bono, utique docueras, secundum fidem scripturæ, dicentis: Quia si conuersus fuerit facinorosus ab omnibus facinoribus suis quæ commisit, & iustitiam fecerit, uita æterna uiuet, & non moriet-

Ezech.18.

morietur in facinore suo. Delicta enim quæ commisit, abolebuntur de memoria succedentibus bonis factis. Tu hodie retractas, an debeant lapsorum curari uulnera, qui nudati à diabolo ceciderunt uiolentia aquæ, quam suo ore serpens emisit post mulierem. Sed quid dicam? ait Apostolus: Laudo uos? in hoc non laudo, quia non in melius, sed in peius uenistis. Vbi enim sunt æmulationes & dissensiones in uobis, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Nec nos quidem mirari oportet, cur iste Nouatianus tam nefanda, tam grauia in personam lapsorum exercere nunc audeat: quandoquidem habemus exempla prævaricationis huius præcedentia. Saul ille bonus, præter cætera, postea liuore euertitur, & contra Dauid omnia aduersa & inimica agere molitur. Iudas ille inter apostolos electus, qui semper in domo Dei unanimis & fidelis, ipse postmodum Deum tradidit. E. Prædixerat quidem & Dominus multos esse uenturos sub pellibus ouium, rapaces lupos. Qui sunt isti rapaces lupi, nisi sensu subdolo conspirantes ad infestandum gregem Christi? sicut legimus ad Zachariam positum: Ecce ego suscito pastorem in terra, qui quod auersum est non uisitabit, & carnes electorum manducabit, & talos illorum torquebit. Similiter & per Ezechielem increpat huiusmodi pastores, scilicet prædones & laniones dicam, ut æstimauerat, dicens: O' pastores quare lac ebibitis, & coagulatum comeditis, & forte ad nihilum perduxistis, & infirmum non uisitastis, & claudicantem non curastis, & errantem non reuocastis, & permisistis populum meum errare inter spinas & tribulos? Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego ueniam aduersus pastores, & exquiram oues meas, & repellam eos, ut non pascant oues meas, & non erunt eis amplius oues meæ in deuorationem, & exquiram eas sicut pastor

1.Cor.11.

Matt.7.

Zach.11.

Ezech.34.

gregem suum in die qua fuerit caligo et nebula: sic exqui-
ram oues meas, et exquiram eas in omni loco, quocunque
dispersæ sunt: et quod perierat, requiram: et quod erra-
uerat, reuocabo: et quod claudicauerat, curabo: et quod
infirmum est, custodiam: et pascam oues meas cum iudicio.
Quis ista loquitur? utique ille, qui relictis nonaginta nouem
Luc.15. ouibus, quæsiuit illam quæ de suo errauerat grege, sicut Da-
Psal.118. uid dicit: Erraui uelut ouis quæ perijt: quam inuentam Chri-
stus redit humero suo portans peccatricem delicatam, qui
gaudens et exultans, uocatis amicis et domesticis ait: Con-
gratulamini mihi, quoniam inuenta est ouis mea quæ perie-
rat: Dico, inquit, uobis, quia tale gaudium erit in cœlo super
uno peccatore pœnitentiam agente. Et subiungens ait: Aut
quæ mulier habens denarios decem, et cum perdiderit ex
denarijs unum, non'ne accendit lucernam, et tota die do-
mum suam emundat, quærens donec inueniat? Et cum inue-
nerit, conuocat amicas et uicinas, dicens: Congratulamini
mihi, quoniam inueni denarium quem perdideram. Dico uo-
bis, quia gaudium erit in conspectu angelorum dei super
uno peccatore pœnitentiam agente. F. Econtrario autem non
agentes facinorum suorum pœnitentiam, quæ eos maneat, ex
ipsius domini responso cognoscant. Legimus enim in Euan-
Luc.13. gelio, quòd quidam uenerunt de Galilæis ad dominum, an-
nuntiantes ei de eis, quorum sanguinem miscuit Pilatus cum
sacrificijs ipsorum: quibus respondit dominus, dicens: Puta-
tis quia illi Galilæi super cæteros Galilæos peccatores fue-
rant, quia passi sunt talia? non. Dico enim uobis, nisi pœni-
tentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Aut illi decem et
octo, super quos cecidit turris in Siloa, putatis quia debitores
fuerunt morti super omnes homines qui habitabant in Hie-
rusalem? non. Dico uobis, inquit, quia nisi pœnitentiam ege-
ritis,

ritis, omnes similiter peribitis. Excitemus itaque nos quan-
tum possumus fratres dilectissimi, et abrupto inertiæ et se-
curitatis somno ad obseruanda domini præcepta uigilemus.
Quæramus tota mente quod perdidimus, ut inuenire possi-
mus. Quia quærenti, ait scriptura, dabitur, et pulsanti aperie- Luc.11.
tur. Mundemus domum nostram munditia spirituali, ut se-
creta quæque abdita pectoris nostri, uero Euangelij lumine
radiata, dicant: Tibi soli deliqui, et nequissimum in conspe-
ctu tuo feci. Quia mors peccatorum mala, et apud inferos
pœnitentia nulla: habentes in contemplatione, maxime diem
iudicij et retributionis, et quod ab omnibus nobis creden-
dum et firmiter est tenendum, quia acceptio personarum
non est apud deum, cum præceperit in Deuteronomio, non
accipiendam personam in iudicio. Non accipies, ait, perso- Deut.10.
nam, nec secundum minimum, nec secundum maximum iu-
dicabis. His similia et per Ezechielem dixit: Omnes, inquit, Ezech.18.
animæ meæ sunt, sicut anima patris et anima filij. Anima quæ
peccauerit, ipsa morietur. Hic erit igitur a nobis ueneran-
dus, hic tenendus, hic per plenam et dignam nostram con-
fessionem propitiandus, qui habet potestatem animam et
corpus mittendi in gehennam ignis, sicut scriptum est: Ec-
ce uenit cum multis millibus nuntiorum suorum facere iudi-
cium de omnibus, et perdere omnes impios, et arguere
omnem carnem de omnibus uerbis impijs, quæ de Deo lo-
quuti sunt peccatores. His similia et Daniel: Vidi, inquit, Dan.7.
thronum positum, et uetustus dierum sedebat super eum,
et uestitus eius erat tanquam nix, et capilli capitis eius tan-
quam lana alba: thronus illius flamma ignis, rotæ illius
ignis ardens. Flumen ignis prodibat ante eum, millia millium
seruiebant ei, et millia millium assistebant ei: ad iudicium
sedit, et libri aperti sunt. Ioannes autem manifestius et de die

iudicij

iudicij & consummatione seculi declarat, dicens: Et cum aperuisset, inquit, sigillum sextum, ecce terræmotus factus est magnus, & factus est sol niger, ut saccus cilicinus, & luna tota sanguinea facta est, & stellæ ceciderunt in terram, quomodo ficus à uento magno agitata, mittit grossos suos, & cœlum receßit ut liber cum inuoluitur, & omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt: & reges terræ, & maximi quique & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis petrarum, & in cauernis montium, dicentes montibus & petris, cadite super nos à conspectu patris sedentis super thronum, & ab ira agni: quoniam uenit dies interitionis, & quis poterit stare? Apoc.6.

Item in eadem Apocalypsi hoc quoque Ioannes dicit sibi reuelatum: Vidi, inquit, thronum magnum, & candidum sedentem super eum, à cuius facie fugit cœlum & terra, & locus eorum inuentus non est: & uidi mortuos magnos & pupillos stantes ante conspectum throni Domini, & libri aperti sunt, & alius similiter apertus est, qui est uitæ: & iudicati sunt singuli secundum ea quæ scripta erant in libro secundum opera ipsorum. Sed & Apostolus bonum consulens sic hortatur nos, dicens: Nemo uos decipiat inanibus uerbis, propterea enim uenit ira dei super filios contumaciæ, nolite esse participes eorum. Demus igitur totis uiribus fidei nostræ Deo laudem: demus plenam confeßionem, quandoquidem super pœnitentia nostra gaudeant uirtutes cœlorum, gaudeant angeli omnes, gaudeat & Christus, qui nos denuo peccatis oneratos, delictis obrutos, plena & clementi moderatione cessare à facinore hortatur, dicens: Conuertite uos & redite ab impietatibus uestris, & non erunt uobis iniquitates uestræ ad pœnam. Proijcite à uobis omnes impietates uestras, quas feciſtis aduersum me, & facite uobis cor Apoc.20. Ephes.5. Ezech.18.

cor nouum, & spiritum nouum. Et ut quid uos morti traditis domus Israël? Non enim desidero mortem peccatoris. Ego sum, ego sum qui deleo facinora tua, & commemorabor te, tu autem in mente habe & iudicemur. Dic tu facinora tua prius, ut iustificeris. Dum patet fratres indulgentiæ aditus, deum plenis satisfactionibus deprecemur. Humiliemus nos, ut exaltari poßimus. Acquiescamus diuinæ exhortationi, qua euadere liceat diem domini, & iram: dicit enim sic: Respice fili nationes hominum & scito. Quis sperauit in domino, & confusus est? permansit in mandatis illius, & derelictus est? aut inuocauit eum, & despexit illum? quoniam pius & misericors dominus, & remittentes in tempore tribulationis peccata omnibus inquirentibus se in ueritate. Ait ergo, Dic tu facinora tua prius, ut iustificeris. Præ manu sit nobis oratio illa exomologeseos plena. Esa.43.

ORATIO PRO MARTYRIBUS beati Cypriani martyris.

Hæc uidetur oratio quã indicat in fine superioris libelli.

HAGIOS, hagios, hagios, sancte sanctorum pater patrum nostrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus apostolorum, Deus prophetarum, Deus uirginum, Deus credentium, Deus & pater domini nostri Iesu Christi filij tui, te inuocamus supplices, pariter & deprecamur, qui ex ore altissimi procreatus es ante mundi dispositionem, & ex Mariæ sanctæ uirginis utero per mysterium editus, orantibus nobis desiderium animæ & integritatem cordis præstare dignare, ut lauacro salutari recreatum pectus delictis carnalibus incolume persistat. Petimus fide illibata, mente incorrupta, deuotione robusta, operatione, seu dilectione continua, ut in ecclesia

clesia sancta tua nos florere permittas, quoniam tibi flectimus genua, & curuamus ceruices, cui angeli et archangeli, millia millium martyrum, chorus apostolorum, & prophetarum gloria exultant: cui omnes aues cantant laudes: linguæ cõfitentur cœlestium, terrestriũ & infernorum. Tibi omnes aquæ in cœlo sub cœlo confitentur, te insensibilia sentiunt: tu es solus, et præter te nemo. Te quæsumus domine pater omnipotens, qui soli filio conspicabilis es, cui angeli & archangeli obtemperant, & tibi domine pater: te oramus, ut tribuas nobis mentem, integram innocentiam, synceritatem deuotam, conscientiam sanctam, puram, sobriam, castam, contra omnes insidias seculi gloriosa fide degentem: contra diaboli minas, et carnales illecebras munitum pectus concedas: nec uiolenti et cruenti letalibus laqueis implicemur, ut signum salutis æternæ incolume perferamus. Pelle à nobis omnem seculi illuuiem, omnemq; diaboli persuasionem. Laquectur, concidat, & separetur à nobis, & amoueatur, sicut à Sara famula tua Asmodæus dæmon nequissimus, extinctus per angelum tuum sanctum Raphael. Et sicut Tobiæ affuisti, ita mihi adesse digneris. Et ut tribus pueris in camino, & Danieli misericordiam præstitisti: sic circa nos famulos tuos facere digneris. Qui mortuos suscitasti, & cæcos illuminasti, surdis auditum, mutis eloquia, claudis gressum, leprosis sanitatem dedisti: ita & da famulis tuis, qui te tota uirtute mentis credimus natum, passum, uenturum iudicare uiuos et mortnos. Assiste nobis, sicut apostolis in uinculis, Teclæ in ignibus, Paulo in persecutionibus, Petro in fluctibus. Qui sedes super septem thronos ad dexteram patris, respice nos & libera nos de æternæ mortis interitu: unus in uno, pater in filio, filius in patre, spiritus sanctus, per quem, & cum quo est tibi in sancta ecclesia honor, uirtus, claritas, maiestas, potestas, benedictio, immortalitas,

mortalitas, & nunc & in æternum, semper & in omnia secula seculorum. Amen.

ORATIO BEATI CYPRIANI martyris, quam sub die passionis suæ dixit.

DOMINE sancte pater hagios, Deus hagie, & hagie Deus meus, quis enim maior te? tibi gratias & laudem gero Deus Abrahæ, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum, Deus apostolorum, & Deus prophetarum, & Deus martyrum, qui fuisti ante mundi dispositionem, Deus uiuorum, uenturus iudicare uiuos & mortuos: qui es Deus uerax, qui sedes super Cherubim & Seraphim, & prospicis abyssos, qui uides cuncta prius quàm nascantur, qui habes potestatem & rursus restituere, qui habes potestatem de arido uiride facere. Tu omnium Dominus dominator, libera me ab hoc seculo, & exaudi me orantem, sicut exaudisti filios Israël de terra Aegypti, & non tibi crediderunt, nec famulo tuo Moysi. Væ peccatis meis. Cùm te leuaueris confringere terram, sub qua fissura petrarum me absconsurus sum ab ante uirtutem tuam? Cui monti dicturus sum, cade super me: et cui colli, tege me ab ante metum Domini, cum te leuaueris confringere terram? Rogo Domine subueni mihi, noli secundum actum meum me iudicare: nihil enim in præceptis tuis parui. Exaudi me orantem: sicut exaudisti Ionam de uentre ceti, sic exaudias me: et cijcias me de morte ad uitam, sicut Niniuitæ induerunt cinerem et cilicium, et pœnitentiam egerunt. Exomologesin facienti ante conspectum

ctum tuum pro uniuersis peccatis meis, qui es amator pœnitentiæ, miserere mei. Sed & Dauid dicit: Domine propter nomen tuum dele peccatum meum. Et ego deprecans maiestatem tuam, dele uniuersa peccata mea: et exaudi me orãtem, sicut audisti tres pueros de camino ignis, Ananiam, Azariam, Misaëlem: & misisti angelum tuum cum nimbo roris, et confusus est Nabuchodonosor præpositus regni, quoniam tu es rex regnantium & Dominus dominantium, qui solus habes immortalitatem, et lucem habitas inaccessibilem, quam nemo hominum uidet, nec uidere potest. Exaudi me orantem, sicut
Daniel.4. exaudisti Danielem de lacu leonum: et misisti Abacuc prophetam, et attulit ei prandium, et dixit: Prande prandium, quod tibi misit Deus. Et dixit Daniel: Non relinquet Dominus quærentes se. Exaudi me orantem, sicut exaudisti To-
Tob.6. biam et Saram, dum orarent in atrio domus suæ: tunc obtulit pro eis Raphaël angelus orationes eorum: sic et tu exaudias preces meas, et admittas ad aulam sanctam tuam orationes meas, et continenter mittas angelum tuum qui deleat uniuersa delicta mea, sicut delesti spiritum immundum à Sara filia Raguel: et illumines cor meum, sicut illuminasti ocu-
Daniel.13. los Tobiæ. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Susannam inter manus seniorum, sic me liberes ab hoc seculo: quia tu es amator puræ conscientiæ. Exaudi me orantem, sicut exau-
4.Reg.20. disti Ezechiam regem Iudæ, et delesti ab eo infirmitatem, sic et à me auferas infirmitatem carnis: et augeas mihi ad fidem, sicut illi auxistis annos quindecim ad uitam. Libera me de medio seculi huius, sicut liberasti Teclam de medio amphitheatro, libera me ab omni infirmitate carnis meæ. Te deprecor pater maiestatis, qui in fine temporum misertus es nostri, mittens nobis IESVM Christum filium tuum Dominum Deum saluatorem nostrum, natum ex Maria uirgine de spiritu

de spiritu sancto, annuntiante Gabriele Angelo, per quem nos liberasti de periculo mortis imminentis. Et te deprecor filium Dei uiui, qui fecisti tanta mirabilia, qui in Cana Galilææ de aqua uinum fecisti, propter Israël: qui cæcis oculos aperuisti: qui surdos audire fecisti: qui paralyticos ad sua membra reuocasti: qui soluisti linguas blæsorum: dæmonio uexatos sanasti: claudos currentes fecisti, uelut ceruos: mulierem de profluuio sanguinis liberasti: mortuos suscitasti: super aquam pedibus ambulasti: qui Petro labenti manum tradidisti: qui mare fundasti, & terminum ei posuisti, & dixisti: Hucusque uenies, & hic te confringes in uirtute tua. Te deprecor filium Dei uiui propter uniuersa commissa mea, qui es in cœlis filius in patre, & pater in te in sempiternum, qui sedes super Cherubim & Seraphim honoris tui. Tibi assistunt Angeli, archangeli, numerus innumerabilis, timentes & pauentes honorem, & uirtutem tuam, clamantes uoce magna & dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus sabaoth. Tu ipse nobis testamentum fecisti: Petite, & Matt.7.
accipietis: pulsate, & aperietur uobis. Quodcunque à patre meo petieritis in nomine meo, ego à patre peto, ut accipiatis. Ego peto, ut accipiam: quæro, ut inueniam: ego pulso, ut aperiatur mihi: ego in tuo nomine peto, ut tu à patre petas, & detur mihi. Paratus sum propter nomen tuum ultimam sanguinis fundere, & quodcunque tormentum sustinere. Tu es Domine adiutor meus & defensor, defende me ab aduersario meo. Angelus tuus lucis protegat me, quoniam tu dixisti, quod credentes petieritis per orationem, dabitur uobis. Omnis homo mendax, tu es uerax. Sicut tu repromisisti, potestatem habes Domine dare mihi omne sacramentum cœleste, ut dignus sim faciem sanctorum tuorum uidere. Spiritus in me operetur, uoluntas tua in me fiat, quo-

niam tibi spopondi omnibus diebus uitæ meæ, qui passus es sub Pontio Pilato, bonam confessionem, qui crucifixus descendisti, & conculcasti aculeum mortis. Deuicta est mors, deuictus est inimicus diabolus. Tu resurrexisti à mortuis, & apparuisti apostolis tuis, sedes ad dexteram patris: qui uenturus es iudicare uiuos & mortuos. Tu dominaberis, libera me de manu quærentis animam meam. Per nomen tuum libera me ab aduersaria potestate, ut opem des uincendi inimicum meum, quoniam tu es potens assertor, & aduocatus precum, & petitionum nostrarum animarum. Die ac nocte interpellas pro peccatis meis, orationem meam perferas ad patrem tuum. Et tu domine sancte pater digneris respicere super preces meas, sicut respexisti super munera Abel. Digneris me liberare ab igne & pœna perenni, & ab omni tormento quod parasti iniquis: per bonum & benedictum IESVM Christum saluatorem nostrum, per quem tibi laus, honor, uirtus, gloria in secula seculorum. Amen.

DE SANCTO CYPRIANO MARTYRE SERMO beati Augustini, pius ac lectu dignus.

SERMONEM à nobis debitum auribus & cordibus uestris exigit tam grata, & religiosa solennitas, qua passionem beati martyris celebramus. Tristis procul dubio tunc ecclesia fuit, & non damno cadentis, sed desiderio recedentis, semper cupiens uidere præsentem tam bonum rectorem, atque doctorem. Sed quo affixerat solicitudo certaminis

minis consolata est corona uictoris, & nunc non solum sine ulla tristitia, uerumetiam cum ingenti lætitia, cuncta quæ tunc gesta sunt legendo recolimus, dieq; isto nobis gaudere concessum est, non timere. Neque enim formidamus terribiliter uenientem, sed expectamus hilariter redeuntem. Placet ita uniuersam illam fidelissimi, & fortissimi & gloriosissimi martyris passionem cum exultatione recordari præteritam, quam tunc fratres sustinuere futuram. Primò itaque quòd pro fide confessionis Christi in exilium Turibin missus est, non sancto Cypriano aliquid nocitum, sed multum illi præstitum ciuitati. Quò enim ipse mitteretur, ubi ille non esset, propter cuius testimonium mittebatur? Christus ergo, qui ait: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi, in omni loco membrum suum accipiebat, quocunque furor inimici pellebat. O stulta infidelitas persequentis. Si quæris exilium quò Christianus iubeatur ire: prius si potes, inueni unde Christus cogatur exire. De patria sua, in alienam te arbitraris excludere hominem Dei, in Christo nusquam exulem, in carne ubique peregrinum. Sed iam memorare, & considerare delectat post illud, quod Cyprianus non senserat, sed inimicus putabat exilium, quid ex ordine passionis ipsum cõsequutum sit. Cum enim Cyprianus sanctus martyr electus à Deo de ciuitate * Turibitana, in qua exilio præcepto Aspasij Paterni proconsulis missus fuerat, regrederetur, in hortis suis manebat. Et inde quotidie sperabat uenire ad se, sicut ostensum erat illi. Quid iam fremeret persecutoris impetus aduersus cor semper paratum, accedente etiam domini reuelatione firmatum? Quando enim desereret patientem, qui non est passus præoccupari nescientem? Iam ergo quòd ad eum passioni exhibendum duo missi sunt, qui eum etiam secum in circulum leuauerunt, in medioq; Matth. 28.

* aliàs, Curibitana,

posuerunt, & hoc diuinæ ammonitionis fuit, ut gaudens recoleret ad eius se corpus pertinere, qui inter iniquos reputatus est. Christus nanque inter duos latrones ligno suspensus, ad exemplum patientiæ præbebatur. Cyprianus autem inter apparitores ad passionem curru portatus, Christi uestigia sequebatur. Quid illud quòd cum in alium diem dilatus apud custodes esset, atque illuc se multitudo fratrum ac sororum congregans pro fratribus pernoctaret, custodiri puellas præcepit, quanta intentione consyderandum, quanta laude prædicandum, quanto præconio commendandum est? Vicina corporis morte, non moriebatur in animo pastoris uigilantia pastoralis, & cura tuendi dominici gregis, usque ad extremum uitæ huius diem mente sobria tenebatur. Nec excutiebat ab animo diligentiam fidelissimi dispensatoris, manus iam proxima cruenti carnificis. Ita se martyrem cogitabat futurum, ut esse non obliuisceretur episcopum, magis curans, quam rationem pastorum principi de commissis sibi ouibus redderet, quàm quid infideli proconsuli de fide propria responderet. Amabat quippe eum, qui Petro dixerat: Amas me? Pasce oues meas. Et pascebat oues eius, pro quibus sanguinem fundere illum imitans properabat. Custodiri puellas præcepit, sciens se non solum habere simplicem dominum, sed etiam uersipellem aduersarium. Itaque aduersus leonem aperte frementem in confessione uirile pectus armabat, aduersus insidiantem lupum in gregem sexum fœmineum muniebat. Ita uere sibi consulit, qui Deum iudicem cogitat, apud quem causam gestæ huius uitæ, atque ab illo sibi muneris iniuncti quisque dicturus est. Vbi omnis homo recipit, sicut testatur Apostolus, quæ per corpus gessit, siue in bonum, siue in malum. Ita sibi consulit, qui ex fide uiuens, & satagens, ne ab extremo præoccupetur die, extremum

Mat.16.

2.Cor.5.

extremum computat omnem diem, & sic Deus placidos mores perducit usque ad extremum diem. Ita sibi beatus Cyprianus episcopus misericordissimus, & martyr fidelissimus consulebat, & non sicut eum linguæ subdola diaboli per os possessi animæ impij iudicis monere uidebatur, dicens: Consule tibi. Cum enim eius immobilem mentem uideret, quando ei dixit: Iusserunt te principes ceremoniari. Respondit; ille, Non facio: adiecit & ait: Consule tibi: ipsa est lingua subdola diaboli, etsi non huius qui nesciebat quid loqueretur, illius tamen qui per eum loquebatur. Loquebatur enim proconsul non tam secundum principes homines, quorum iussa sibimet iniuncta iactabat, quàm secundum principes potestatis aëris, de quo Apostolus dicit: Qui operatur in filios diffidentiæ. Quem per huius quoque linguam operari Cyprianus nouerat, quod ipse non nouerat. Nouerat, inquam Cyprianus, cum à proconsule audiret: Consule tibi: quod caro & sanguis dicebat stolide, hoc diabolum dicere subdole: atque intuebatur in uno corpore duos, istum oculis, illum fide. Volebat eum iste mori, uolebat ille coronari. Proinde circa istum placidus, circa illum cautus, huic aperte respondebat, & illum uincebat. Fac, inquit, quod tibi præceptum est. In re tam iusta nulla est consultatio. Dixerat quippe ille: Consule tibi. Consulit enim qui consilium, uel impertit, uel quærit. Sed consul non à Cypriano consilium accipere uolebat, sed eum potius, ut à se acciperet, ammonebat. At ille, in re, inquit, tam iusta nulla est consultatio. Non adhuc consulo, quia non adhuc dubito. Abstulit enim mihi dubitationem ipsa iustitia. Iustus autem, ut securus moriatur in carne, certus uiuit in fide. Præcesserunt Cyprianum multi martyres, quos flagrantibus exhortationibus suis ad uincendum diabolum accenderat. Et erat utique iustum, ut quos

Ephes.2.

ueridicus loquendo præmiserat, patiendo intrepidus sequeretur. Ergo in re tam iusta nulla est consultatio. Quid ad hæc dicamus, quid ad hæc exultemus tanta conceptione gaudiorum? In quid erumpat cor nostrum, & os nostrum, nisi in ipsam uenerabilis martyris ultimam uocem? Cum enim Galerius Maximus decretum ex libello recitasset: Thacium Cyprianum gladio animaduerti placet, respondit ille: Deo gratias. Habentes igitur de rei tantæ memoria præsentis loci, festiuitatem solennissimi diei propositionem saluberrimi exempli, omnibus medullis nostris & nos dicamus: Deo gratias.

D. CAECILII CYPRIANI MARTYRIS AD FORTVNATVM, DE duplici martyrio.

MVLTIFARIAM multisq; modis ago gratias Fortunate mihi in domino charissime, diuinæ benignitati, quòd & tuam pietatem excitauit ad extimulandum officium meum, ut unico libello commilitonibus nostris materiam subministrarem, unde sibi gratia spiritus opitulante, munimenta telaq; fabricarentur, aduersus persequutionum incursus: & mihi quod petebas conanti, non dedignata est adesse, & quod utriusq; nostrum operam non passa est esse sterilem, hoc est, quod mei Fortunati pium desiderium bene fortunauit, & ministri sui officium uoluit esse gregis sui beneficium. Scribis enim ex eo libro multum roboris & alacrit

alacritatis accessisse strenuis, timidioribus autem & infirmis tantum animorum esse additum, ut ex his quoque per Dei gratiam certam uictoriam nobis promittere debeamus: eoq; libentius obtemperaui posterioribus tuis literis, quibus orat tua charitas, ut quoniam hoc auspicijs Domini nostri IESV Christi bene successit, addam uolumen alterum de duplici martyrij genere: quorum unum exhibetur, quum sæuit tortorum immanitas: alterum occultius quidem est, sed nihilo minus fortem animum postulat, multaq; diuinitus armatura communitum. Vtinam & hoc munus Christi spiritus per me fratribus, & commilitonibus nostris largiri dignetur, & quod dederit bene prosperare, quemadmodum enim nihil sanctum, nisi illo sanctificante, nihil potens, nisi illo corroborante: ita nihil felix, nihil auspicatum, nisi illo prosperante. Sanè & uestris precibus & domini bonitate fretus, aggrediar. Martyr, ut ijs quoque notum est, qui Græcè nesciunt, testem sonat. Quanquam autem post exortam Euangelicæ ueritatis lucem, ecclesiastica consuetudo cognominis huius honorem propriè tribuere cœpit ijs, qui in tormentis usque ad mortem perdurarunt in professione nominis IESV Christi, & Euangelicum instrumentum sanguine suo uelut obsignarunt apud incredulos: omnis tamen piorum uita testimonium reddit Deo: non quòd ille cuiusquam egeat testimonio, qui ex se fons est æternæ gloriæ, ut nec ullis hominum honoribus fieri possit honoratior, nec ullis mortalium ignominijs obscurior. Sed tamen ita uisum est æterno illius diuinoq; consilio, ut suam bonitatem, sapientiam ac potentiam apud homines per homines uelit illustrari: sicut mundum gubernari uoluit per Angelos, quum Angelorum ministerio non egeat, multaq; hominibus per homines largiatur, quæ per se dare poterat, qui quicquid uult nutu potest, & cui

uoluisse feciſſe eſt. Et quanquam, ut dixi, ad illam ineffabilem maieſtatem nulla pertingit ignominia, tamen in ſcripturis ita loquitur, quaſi per nos uel honoretur, uel ignominia afficiatur. Nam in Deuteronomio cum Moyſe expoſtulat, quòd apud populum ob laticis penuriam murmurantem in Cades deſerti Sin, ad aquas contradictionis non ſanctificarit ipſum inter filios Iſraël, & ob hanc offenſam non eſt illi nec Aaroni datum ingredi terram promiſſam, ac tot annis expectatam, ſed tantum è montis uertice procul aſpicere licuit. Porrò quod dictum eſt ſanctificare pro glorificare, qui literas Hebræorum callent, affirmant eſſe ſermonis illius proprietatem, quod ipſum tamen ex alijs ſcripturarum locis liquere poteſt, ſi minus illorum teſtimonio fidimus, quandoquidem & in oratione dominica, Sanctificetur nomen tuum, dictum eſt pro glorificetur ſiue clarificetur nomen tuum. Sic & Corinthios exhortatur, ut glorificent ac baiulent Deum in corpore ſuo. Sicut enim nomen Dei glorificatur uita piorum hominum, in quibus ipſe per ſpiritum ſuum operatur, quicquid faciunt boni: ita è diuerſo polluitur & infamatur malefactis eorum, qui ſe Dei cultores profitentur. Quemadmodum & militis uirtus, aut ſerui probitas redundat in gloriam ducis aut heri, ita militis ignauia, aut ſerui nequitia dedecori eſt duci aut hero, propterea quòd horum mores magna ex parte pendent ab illorum moribus in quorum poteſtate ſunt. Qui etiamſi prorſus abſunt ab omni culpa, tamen popularis exiſtimatio ſolet dominorum mores ex ſeruorum moribus æſtimare. Vnde etiam hic uidemus diuinam ſcripturam frequenter iuxta mortalium affectus loquentem, uelut in Leuitico de eo qui de ſemine ſuo dediſſet idólo Moloch, dicit: Quia polluit nomen ſanctum meum. At quod ab hominibus ſanctificatum eſt, pollui poteſt: Dei

uerò nomen in ſe ſemper eſt glorioſum, apud homines tantum contaminatur, quemadmodum mendax infamia non polluit uirum integrum. Sic & apud Ezechielem clamat nomen ſuum fuiſſe pollutum inter gentes impijs moribus Iſraëlitarum. Quin & beatiſsimus Paulus ſcribens Romanis ex autoritate prophetæ dicit, appellans Iudæos legem profitentes, ſed ea quæ lex uetat facientes, Nomen Dei per uos blaſphematur inter gentes. Et in oratione dominica, ſicut attigi modò, ex autoritate redemptoris oramus, ut ſanctificetur nomen Dei patris, hoc eſt, ut inclareſcat, & illuſtretur apud homines, utique per homines, uel potius in hominibus. Illuſtratur autem, ſi ſpiritus illius regnet in nobis, & ſi illius uoluntati obtemperetur in terris, quemadmodum in cœlis nulla eſt rebellio. Quoniam autem homines ex ſeſe nihil habent uirtutis, quicquid per nos rectè geritur, cedit in gloriam Dei, & ideo theſaurum diuinæ potentiæ promit interdum ex uaſis fictilibus, ut ſublimitas ſit uirtutis Dei, & non ex nobis. Ergo quanquam omnis piorum uita martyrio ſuo glorificat Deum & Chriſtum filium eius, nullum tamen eſt illuſtrius teſtimonium apud homines, quàm ſanguinis, hoc eſt, uitæ propter Deum contemptæ, & mortis fortiter toleratæ. Reddiderunt & miracula teſtimonium diuinæ potentiæ, præſertim apud incredulos: nam his proprie data ſunt ſigna, quemadmodum ſcribit beatus Apoſtolus, ſed ſemper efficacius fuit ſanguinis profuſi teſtimonium. Quot morbos inſanabiles uerbo ſanarat dominus? Quot cæcos illuſtrarat? Quot mancos, paralyticos ac debiles reſtituerat? Quot exanimes ad uitam reuocarat? Et tamen pauci credebant in eum, & audiebat, In Beelzebub eijcit dæmonia. Cæterum ubi uentum eſt ad ſanguinem, ibi deiectum eſt Satanæ regnum, ibi ſubactus eſt mundus. Commemorat &

Ioannes Euangelista triplex in terra testimonium, Spiritus, aquæ & sanguinis, quod efficacissimum est postremo recensens loco. Spiritum in columbæ specie descendentem super IESVM uidere meruit Ioannes Baptista, an alij uiderint incertum. Certè hoc testimonium Ioanni datum est, quo desineret dubitare de Domino IESV, an ille esset qui baptizaret spiritu & igni. Aquæ testimonium uidit Ioannes Euangelista, nec satis constat, solus ne uiderit, an cum multis. Erat quidem hoc ingens mysterium sacri lauacri, quo delentur peccata, sed uidit aquam simul effluere cum sanguine, qui nisi adfuisset, inefficax erat aqua. Quid enim prodest aboleri peccata, nisi succedat uita iustitiæ, quam confert sanguis? Quanquam hi tres unum sunt: unus enim Deus est, qui per spiritum, aquam & sanguinem declarat hominum generi uirtutem ac bonitatem suam: aut ideo dicuntur unum esse, quoniam undique sibi constat testimonium, nec ulla ex parte dissonat: quemadmodum quos arctissima iungit amicitia, propter summum animorum consensum, unus animus esse dicuntur. Ac iuxta sensum crassiorem hæc tria præcipua sunt in homine uitæ argumenta, atque etiam instrumenta. Quandiu enim pulmonis officio attrahitur uicissim ac redditur halitus, certum uitæ indicium est: unde loquendi consuetudine, spirare dicuntur, qui uiuunt, & expirasse, qui uitam finierunt. Quin & anima Latinis flatus dicitur, ad Græcæ uocis imitationem, qui uentum anemon uocant. Super hæc, sunt in ipso homine subtilissimi spiritus, à corde ubi fontem habent sparsi per uniuersum corpus, sed præcipuè per arterias commeantes, licet & alijs partibus omnibus misti: hi si subitò euolent, mortem præsentem adferunt: sin includantur, lenta ægrotatione consumunt hominem. Adest & humor quidam naturalis, quem, ut arbitror, medici phlegma uocant, sparsus & ipse per

per uniuersum corpus. Huius usum nusquam sentimus euidentius, quàm in sensu gustus. nisi enim hic admistus sit inter linguam & palatum, nullum erit palati iudicium. Et tamen hæc sic mista sunt in homine, ut non sit sanguis absque spiritu & phlegmate, & pariter ad tuendam uitam conferunt omnia. Videmus quoduis animal mori simulatque sanguis effluxerit, & consumpto humore, quem medici radicalem uocant, non aliter moritur homo, quàm extinguitur lucerna consumpto oleo. Sed nimium diu moramur in contemplatione naturæ, quod tamen non inutiliter factum opinor à nobis, ut dilucidius fiat charitati uestræ mysterium, in cuius contemplatione ideo uersamur lubentius, quia salubrius. Nam iuxta naturæ considerationem tunc ista magnam uim habent, quum in uiuo corpore sua munia peragunt: ac iuxta mysticam philosophiam, tunc demum plurimum ualent, quum corpus relinquunt. Nemo miratus est dominum humano more spirantem ac respirantem, sed quum in cruce clamore ualido emisisset spiritum, simul intellectum est, illum & uerum fuisse hominem, & uerum Deum: hominem, quòd iuxta naturæ ordinem, ubi uitalem flatum emisisset, desijt uiuere: Deum, quòd simul cum ingenti clamore mortuus est, declarans se uolentem ac spontaneum deponere uitam, quod humanarum utrium nemo nescit non esse. Sensit efficax testimonium spiritus uicinus Centurio: sic enim narrat beatus Marcus: Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic expirasset, ait: Vere hic homo filius Dei erat. Quid morte abiectius iuxta carnem? sed nihil morte potentius iuxta spiritum. Erat & illud præter naturæ cursum, quòd è latere exanimati corporis, sanguis & aqua profluxit, ut absolueretur triplex testimonium. Totum effudit spiritum, ut nos respiraremus: quicquid erat humoris aquei reliquum,

reliquum, expreßit, ut nos abluerемur: quicquid reſederat in corde ſanguinis emiſit, ut nos confirmaremur. Atque haud ſcio an perperam faciam hæc tria inter ſe conferens, quum ſint unum, non natura, ſed in myſterio. Si qua tamen eſt diſcretio, ſanguis in teſtimonij ratione potißimum celebratur, quòd in hoc ſcriptura teſtatur eſſe uitam animantis, & ob id à cibis ſubmouebatur edicto legis: præterea magis eſt expoſitus hominum oculis ſanguis, quàm ſpiritus aut aqua. Vita domini qui ſummus fuit martyr, quiq; & hodie pugnat & uincit in martyribus, plurimis fuit offendiculo, non iam loquor de Phariſæis & Scribis, ipſis etiam cognatis ac fratribus fuit deteſtabilis, quum dicerent illum in furorem uerſum: ſed mors illius non ſolum pijs, ſed impijs etiam fuit admirabilis, nec alibi magis uerum fuit, quòd Dei uirtus in infirmitate perficitur. Ibi fracta eſt Satanæ tyrannis, ibi deuicti ſunt inferi, ibi triumphatum eſt de zabulo, ibi deiectus orcus, cœlum apertum. Nimirum hoc erat quod inſtante mortis tempore deprecabatur dominus: Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Quid homine mortuo contemptius? Quis enim uel Cæſarem mortuum metuat? Sed Chriſti morte quid efficacius? Velum templi ſciſſum eſt à ſummo uſque ad imum: terra concuſſa eſt, ſaxa diſciſſa ſunt, aperta ſunt monumenta, reuixerunt ſepultorum corpora, ſol medio die obtexit faciem ſuam. Nunquam per omnem uitam magis declarauit potentiam ſuam, mox refractis omnibus mortis repagulis uiuum ſe diſcipulis exhibuit. Nimirum hoc eſt, efficax illud ſacroſancti ſanguinis teſtimonium, qui ſolus potuit dirimere maceriem, quæ Deum ab hominum genere ſeparabat, ſolus potuit unica litura delere totum illud chirographum, quod erat contra nos, & Satanæ in nos ius uindicabat. Neque enim ſanguis hircorum

hircorum, aut uitulorum potuit abolere peccatum, umbræ erant illa typi futurorum. Nec ullus hominis ſanguis poterat tollere peccatum mundi, præter unici illius agni ſanguinem, cui Baptiſta tribuit teſtimonium, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Plus eſt tollere peccatum, quàm peccata: & peccatum non huius, aut illius, ſed mundi: corpus enim peccati mundum uniuerſum occuparat, hoc per Chriſtum eſſe ſublatum, ſanguis ipſius pro nobis effuſus reddit euidens teſtimonium: melius pro nobis loquens, ut inquit Apoſtolus, quàm ſanguis Abel. Siquidem ille clamans de terra loquebatur uindictam, at Chriſti ſanguis de cruce clamans pacem loquitur, & reconciliationem. Quin idem ſanguis quoniam à nobis bibitur, ſi modò dignè bibitur, clamat in cordibus noſtris uerba pacifica & ſolatij plena. Et illic triplex teſtimonium, licet ſpirituali quodam modo. Clamat ſpiritus, qui nobis arrabonis loco datus eſt, Abba pater, teſtificans quòd ſumus filij Dei. Clamat aqua, per quam renati ſumus, quòd condonata ſunt nobis omnia peccata: & ſi quis adhuc dubitat, accedit ſanguinis teſtimonium, clamantis, Quid adhuc hæſitas, quid adhuc pauitas tyrannum Satanam? ecce pretium quo te redemit Dei filius. Niſi te ſaluum uoluiſſet Deus, non tradidiſſet unigenitum ſuum in mortem. Nemo maiorem charitatem habet, quàm ut animam ſuam ponat pro amicis ſuis. Si non eſt maius eximiæ beneuolentiæ teſtimonium, quàm ſi quis uitam impartiat amico, grauius eſt dominici ſanguinis teſtimonium, qui pro inimicis effuſus eſt. Effuſus pro inimicis, fecit amicos & filios Dei, atque ut conſideremus hanc fore perpetuam amicitiam, reliquit nobis edendam carnem ſuam, reliquit bibendum ſanguinem, ut per eadem aleremur, per quæ ſumus redempti. Sanguinis aſperſione confirmatum eſt uetus

Hebr. 12.

teſtament

testamentum, quemadmodum Hebræis scribens præclarè docet beatissimus Paulus: Christi sanguine consignatum, & corroboratum est nouum testamentum, hoc est, testamentum & pactum gratiæ, & remissionis peccatorum per sanguinem agni immaculati, qui in se recipere dignatus est totius mundi peccatum, quod omnes ex Adam contrahunt qui prodeunt in hanc uitam, & cuius contagio peccant quicunque peccant. Tanta est autem Christi sublimitas, ut fortasse non oporteat quenquam cæterorum hominum cum illo conferre, nisi ipse nobis tantam fiduciam præbuisset, qui non dedignatus sit discipulos suos uocare amicos, seruulos suos uocare fratres & cohæredes. Quemadmodum igitur ille suo mirabili testimonio clarificauit patrem in hoc mundo, atque etiam in cœlis, ita testimonium illius quodam modo consummatur testimonio sanctorum, quasi sit una passio domini & seruorum. Id ne quis existimet parum religiosè dictum, beatus Paulus nobis patrocinatur, ita scribens Colossensibus: Qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia. Quis enim nescit fratres, quàm uberem prouentum effudit ecclesiæ seges, apostolorum ac cæterorum martyrum sanguine irrigata? Quò plus sanguinis effusum est, hòc magis ac magis efloruit multitudo fidelium, hòc latius sparsit suas propagines illa beata uitis, à Christo stirpe surgens, & occupans orbem uniuersum, quacunque patet ab oriente ad occidentem, ab aquilone usque ad austrum. Ecce fratres dilectissimi à domini redemptoris temporibus anni fluxerunt plus minus ducenti quadraginta, iamq; huius uitis palmites penè latius se sparserunt, quàm Romanum imperium, efferas etiam nationes musto spiritus inebriantes, & quos nulla ferri uis domare potuit, emollit

emollit sanguis illius agni candidi. Qui naturæ causas scrutantur, narrant adamantem nulli chalybis duriciei cedentem, hircino sanguine maceratum, ictu malleorum dissilire: nullus autem adamas corde saxeo peccatorum durior. Hoc igitur cor ferreum, cor saxeum, cor plus quàm adamantinum emollit sanguis Christi, & huius martyrum, qui supplerunt, quod illius passionibus deerat. Hoc argumento summus ille pastor, &, ut Petrus ait, princeps pastorum testificatus est se esse pastorem bonum, quia animam suam posuit pro ouibus, nobis exemplum præbens, ut qui pro nostra qualicunq; portione uices illius gerimus, parati simus, & ipsi pro grege dominico sanguinem fundere, nisi malumus uideri mercenarij, quàm pastores. Domini uerbis congruunt uerba discipuli. Quum enim dixisset se gaudere in passionibus quibus consummaret passiones Christi, perpetiens & ipse pro corpore Christi, quod est ecclesia, qualia passus erat Dominus, causam adiecit cur ea libenter pateretur, Cuius, inquit, factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in uobis, ut impleam uerbum Dei. Et alio quodam in loco scribit se repleuisse Euangelium. Sicut ergo mortibus martyrum consummantur passiones Christi, ita sanguine pastorum confirmantur promissa Christi. Nullum enim instrumentum indubitabilius, quàm quod tot martyrum sanguine signatum est. Hoc nimirum est implere uerbum Dei, hoc est replere Euangelium. Sed interim grauissimus dolor oboritur animo meo dilecti, dum mecum reputo, quum adhuc recens ille Christi sanguis feruere debeat in cordibus fidelium, tam multos esse in quibus refrixit charitas: atque hoc grauius discrucior, quòd tales non paucos pastores habeat ecclesia, qui non solum non opponunt corpora sua aduersus luporum incursus, uerumetiam ipsi lupos

lupos agunt, dum mactant aut perdunt animas simplicium, ipsi uentri suo quæstui, & ambitioni seruientes: adeoq; non implent uerbum Dei, ut illud cauponentur potius & impijs dogmatibus adulterent: nec cogitant quòd ille pastorum princeps seuerissimo iudicio reposcet singulas oues, pro quibus redimendis sanguinem suum fuderat, de manibus eorum. Sed illos suum manet supplicium: nunc melius est, ut omissis querelis nos inuicem ad officium quod Christo debemus, exhortemur. Triplex à Christo testimonium accepimus, triplex illi testimonium reddamus oportet. Rudimenta fideliter tradamus baptizandis, perfectiora baptizatis. Confirmemus illos fructibus spiritus, ad cœlestem uitam prouocantes, & si res postulet, libenter etiam uitam commisso nobis gregi impendamus, nostraq; morte uicissim Deum clarificemus. Et ne cui uideatur mirum morte hominum glorificari Deum, audi beatum Ioannem in Euangelio de Petro, cui dominus prædixerat fore, ut, ubi senuisset, ab alio cingeretur & duceretur quò nollet: ita loquentem, significans qua morte esset glorificaturus Deum. Quotquot igitur ab orbe condito propter Deum, propter iustitiam ac pietatem mortui sunt, morte sua glorificauerunt Deum. Nam eleemosynas, ieiunia, precationes, aliaq; pietatis exercitamenta simulant etiam hypocritæ: mortem nemo suscepit alacriter, nisi qui certò persuasum haberet, nihil aduersi posse accidere ijs, qui persistunt in charitate Dei. Neque tamen statim martyr est, qui occiditur: occiduntur & sicarij, & piratæ: non supplicium facit martyrem, sed causa. Quòd si qui leguntur sibi fortiter conscisse necem, aut infirmitas erat, morte quærens dolorum finem, aut ambitio, aut dementia: nec hoc est testimonium præbere Deo, id facere, quod & Deo displicet, & gentium etiam legibus prohibetur. Plurimũ interest inter

inter barbaricam immanitatem, & martyrum modestissimam constantiam, in se imbecillem, in Christo fortem. Sunt qui certis artibus corpus stupefaciunt, ne sentiant cruciatus, hoc modo se quidam malefici muniunt aduersus carnificum manus. Sunt & affectus impotentes, qui sensum adimunt animo, ita ut uel mortem impauidi perferant. Sed placidum illud ac mansuetum, illud humiliter sublime, & sublimiter humile non uidemus nisi in Christi martyribus. Non obtuentur trucibus oculis carnificem, non minitantur tyranno: magis dolent de illorum cæcitate, quàm de suis afflictionibus. Scilicet clamat & in illis Christus, Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Non aliud spectant quàm in cœlum, ubi spem omnem habent repositam. Sic ipse dominus uelut agnus sine uoce ad mactationem ductus est: & si quam edidit uocem, ea magis declarauit animum mitem ac placidum, quàm ullum potuisset silentium. Quàm blanda oratione compellat Iudam proditorem! quàm placidè respondit cæsus alapa! quàm nihil ferocius loquitur Annæ & Caiphæ! quàm tranquille respondit Pilato! Denique quum Pharisæi ueluti uictores mouerent capita sua, amarissimis conuicijs in illum debacchantes, ille mitissimus clamat, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Non igitur mori per se testimonium est, sed sic mori est testimonium præbere deo. Stephanus iuuenis inter homicidas, agnus inter lupos, stabat placido angelicoq; uultu, & ad domini exemplum orat pro lapidantibus, nec alibi habet oculos quàm in cœlum. Illic uidere meruit, cuius præsidio superior erat persequentibus. Qui uerò timet Deum, non metuit hominum sæuitias. Qui ex animo diligit uitam cœlestem, facilè uilem habet animam, atque illi cum beato Paulo, uiuere Christus est, mori lucrum. An non ingens lucrum est, hanc & breuem & innumeris malis con-

taminatam uitam cum ſempiterna felicitate commutare? Hic dominus quemadmodum & in cæteris omnibus ſeſe formam nobis exhibuit. Quum enim inſtaret extremus actus martyrij, quem aiunt in fabulis oportere eſſe optimum, receſſit, abiecit ſeſe in terram, prolixe atque etiam frequenter, ac ſanguineo ſudore madeſcens noſtræ naturæ in ſe expreſſit imbecillitatem, antè teſtatus animi tædium, ac triſtitiam uſq; ad mortem, ne nos in deſperationem caderemus, ſi quum omnia mortem præſentem intentant, horrorem naturæ ſenſerimus. Niſi enim adeſſet ſenſus dolorum, nihil haberet admirabile martyrium: ſed ſuperare dolorem, corona dignum eſt. Horrere mortem, naturæ eſt: uincere naturam animi fortitudine, gratiæ eſt. Omnia poteſt Paulus, ſed in eo qui ipſum corroborat. Sed quibus præſidijs uincitur naturæ infirmitas? ſi nos totos humi proſternamus, hoc eſt, ſi nihil omnino tribuamus uiribus noſtris, ſi uigilemus & oremus inſtanter, ſi noſtram uoluntatem diuinæ uoluntati ſubmittamus, dicamuſq; illa ex animo, ex toto corde, Tranſeat hic calix ſi fieri poteſt, ſed fiat non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis. Noui ego ac fleui quoſdam magna animi fortitudine præditos, qui iam coronæ proximi defecerunt, & quem diu profeſſi fuerant, abnegarunt. Quid fuit in cauſa? Dimouerant oculos ſuos ab eo qui ſolus robur dat infirmis: intermiſerant orationem, ac cœperunt ad humana præſidia reſpicere. Contemplabantur ſuæ naturæ uiriculas, conſiderabant aculeos, ungulas, candentes laminas, ferrum & ignem, reliquumq; carnificinæ apparatum, etiam aſpectu horrendum, & cruciatuum atrocitatem cum ſuis uiribus conferebant, & ideo uictoriam amiſerunt è manibus. Vbi quis ita cogitat, hoc poſſum, illud perpeti non poſſum, nunquam feliciter peraget martyrium. Sed qui ſe totum tradit diui

uinæ uoluntati, non aliò ſpectans, quàm ad illius opem: is demum firmus eſt & inuictus. Hoc autem fieri non poteſt, niſi adſit uera ac uiuida fides, nihil hæſitans, nihil diſquirens: ne cogitaris quanta ſit tyranni ſæuitia, quanta hominis imbecillitas, ſed quanta ſit domini uirtus, qui certat ac uincit in membris ſuis. Ergo ut à digreſſione reflectamus ad id quod erat inſtitutum, quemadmodum domini mors potentior erat, quàm uita, ita uoluit martyrum ſuorum mortem eſſe potentem. Quid enim infirmius quàm uinciri, damnari, cædi, cruciari, occidi, et ad carnificis arbitriũ præbere corpus? Hæc ſpecies interdum miſericordiam mouet etiam ſæuiſſimis tyrannis. Verum ubi iam ad monumenta martyrum pelluntur morbi, rugiunt dæmones, terrentur monarchæ, coruſcant miracula, concidunt idola, tum apparet quàm ſit efficax ac potens martyrum ſanguis. Præſentia infirma, epiſtolæ graues, audiuit beatiſsimus gentium doctor: hoc & ad martyres rectè accommodabitur, uita infirma & contempta, mors grauis ac potens. Iam non eſt par omnium martyrum in tormentis alacritas, quemadmodum nec omnes eodem genere mortis defunguntur. Tres illi beati pueri in medijs flammis inuenere refrigerium, & ſepti innocuo elemento uelut in conclaui canebant hymnum domino. Daniel item citra noxam leonum ſodalitio eſt uſus. Beatus Andreas, habet humana quidem hiſtoria, ſed ſatis probatæ fidei, gaudens ſibiq; gratulans ibat ad crucem. Alij diutinis ac uarijs cruciatibus ſubinde moriuntur, nec tamen morte datur finire dolorem. Eſt igitur & illud ueri martyris, hoc quoque totum arbitrio Dei committere. Nouit ille quid expediat nobis, & quid ad ipſius gloriam maximè conducibile ſit. Tantum illud aſſidue cogitandum eſt, ſiue uiuimus, ſiue morimur, domini ſumus.

Nec sibi quisquam displiceat, si corpore pariter & animo sentiat grauem ac diutinam molestiam, tantum fidat ei cui certat, is non patietur quenquam tentari supra id quod potest, sed faciat etiam cum tentatione prouentum. Quosdam electos interdum patitur in tormentis deficere, ut agnoscant imbecillitatem suam, atque eosdem pòst fortissimos reddit in certamine. Hac dispensatione Petrus ter abnegauit dominum, ut edoctus quàm nihil posset suis uiribus, confirmaret fratres suos. Quomodo autem confirmaret? ut sibi diffisi, fiduciam omnem collocarent in Domino. Sed iam tempus est, ut de altero martyrij genere disseramus charitati tuæ, de quo hoc etiam accuratius est disputandum, quòd occultum sit & omnium temporum commune. Neque enim semper sæuiunt Nerones, Diocletiani, Decij, ac Maximiani, nunquam tamen cessat diabolus exercere Christi militiam professos. Et fortassis erunt posthac donante Christo tempora, quibus nullæ tyrannorum persequutiones affligent ecclesiam, nunquam tamen defutura sunt certamina: nunquam martyria quibus homines pij glorificent Deum. Ecclesia quidem adhuc in hoc exilio militans, peculiaribus gaudijs applaudit ijs, qui in professione nominis Iesu animas suas fideliter deposuerunt, & ad horum memorias magna cum alacritate concurritur: sed cœleste theatrum, angelorum myriades & iustorum cum Christo regnantium innumerabilis populus applaudunt omnibus qui synceram fidem, & charitatem inuictam, quam habent erga dominum Iesum, integritate & innocentia uitæ testificantur: nec solum professione fidei, quæ iuxta Paulum, ore fit ad salutem, glorificatur Deus, uerum etiam confessione commissorum. Hæc ne temere ex nobis ipsis loqui uideamur, adducenda sunt scripturarum testimonia. Ergo nisi piorum uita

uita cederet in gloriam dei, Christus non diceret in Euangelio, Vt uideant opera uestra bona & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Nec Paulus Apostolus scriberet Corinthijs, Et in me clarificabant deum. Confirmatur hoc & per repugnantiam ex his quæ diximus. Etenim si nomen dei polluitur ac dehonestatur impia uita sui populi, utique bona illius uita cohonestatur. Damnatur apud Apostolum & philosophorum impia sapientia, qui quum deum cognouissent, non tamen eum ut deum glorificauerunt. Sapientiam profitebantur, & summam exhibebant stultitiam. Itaq; quum deum esse profiterentur, tamen turpiter uiuentes & idolis sacrificantes, falso testimonio quodammodo obscurabant dei gloriam, quasi nec iustus esset nec uerax, aut quasi non unus esset sed multi, aut quasi saxis esset adsimilis. Id autem euidentius etiam testatur beatissimus Paulus scribens ad Corinthios: Empti, inquit, estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore uestro. Ideo Deus redemit nos pretio sanguinis sui, ut semel à peccatis expurgati, deinceps uitam ipso dignam ageremus. Ac symbolum imperatoris gestamus impressum frontibus nostris. Quòd si gerens signum Christi, præstet opera Belial, non'ne dedecoratur ille cuius insignia gerimus? Contrà sicut imperator sibi placet de milite præstrenuo, sic existimans, illius uirtutem ipsi decori & ornamento esse: sic deus gloriatur in his quos redemit, quos lauit, quos sanctificauit, quos spiritus donatiuo dignatus est, si uitæ sanctimonia declararint Domini gratiam in ipsis non fuisse uacuam. Si Paulus gloriatur in discipulorum pietate, gaudium & coronam suam illos appellans, qui nihil erat nisi dispensator alieni muneris, an non Dominus magis gloriatur, super his pro quibus mortuus est? Iam quod in libro Iob ad hunc modum

Satanæ loquitur dominus, Num animaduertisti seruum meum Iob, quomodo non sit ei similis super terram, homo simplex & rectus ac timens deum, & recedens à malitia: non ne sermonem profert de suo cultore gloriantis? Beatus autem Paulus splendidiore etiam uerbo usus est scribens secundam ad Corinthios epistolam, Deo autem gratia, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos, in omni loco, quia Christi bonus odor sumus deo. Melius est nomen bonum super unguenta pretiosa. Scriptura gloriosam famam appellare solet odoramenta. Non tamen Deus gloriatur hominum more, sibi placens ac gestiens, sed nostram salutem suam ducit gloriam: & ideo subiecit Apostolus, In his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Quomodo glorificatur deus in his qui salui fiunt? Quoniam in illis illustratur illius misericordia. Quomodo in his qui pereunt? Quoniam in his declaratur illius iustitia. Nunc ipse sermonis cursus nos eò deduxit ut doceamus & peccatorum confessione glorificari deum. Hic occurrit protinus ex libro Iesu Naue Achan, qui quoniam contra diuinum edictum sustulerat ex anathemate pallium coccineum insigne, ac ducentos siclos argenti, ac linguam auream siclorum quinquaginta, populus Israël terga uertit hostibus: itaque Iosue dixit Achan, Fili mi, da gloriam domino Deo Israël & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Confessus dedit pœnas, & auersus est furor Domini. Ea confessio clarificauit Dei iustitiam ac sapientiam: Sapientiam, quòd illius oculis nihil esset abstrusum: Iustitiam, quòd non sine causa passus esset hostes aduersus Israëlem inualescere, quodq; leges ipsius nullus hominum impune uiolat. Nihil erat magni quod suffuratus erat Achan, magnum tamen erat documentum uniuerso populo,

pulo, quantum periculum sit dei iussa negligere, eiq; uelle imponere, quasi quicquam illum fugeret, aut quasi faueret prævaricatoribus. Atque ille quidem quum esset Iudæus ob unicum peccatum, quod ipsi leue uidebatur seueriſsimas pœnas dedit lapidatus ab uniuerso populo, corporis interitu salutem animæ redimens. Non enim iudicat Deus bis in idipsum. Sed quæ pœna manet illos, qui post tantam Euangelij lucem & gratiam, posteaquam semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt æque bonum Dei uerbum, utrtutesq; seculi uenturi, in multa atque immania crimina relabuntur, crucifigentes sibimetipsis filium dei, & ostentui habentes. Qui hòc sunt etiam miserabiliores, quòd cum tales sint, aspernantur tamen pœnitentiæ salutaris remedium, contemnunt ecclesiam, maternum gremium offerentem, & ad sanitatis instaurationem inuitantem. Eiusmodi defectio, quantam putas ignominiam inurit ecclesiæ? nec ea ignominia non potest pertinere ad Christum, qui est caput ecclesiæ, & per omnia suum esse ducit, quod est corporis ac membrorum ipsius. Ediuerso, quanta totius ecclesiæ exultatio, quum qui lapsus est, per pœnitentiam ecclesiæ reconciliatur? Ac ne putemus hoc gaudium apud nos tantum esse, Dominum audiamus in Euangelio κατὰ Lucam loquentem: Ita dico uobis, quòd gaudium erit in cœlo, super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Nam hac clausula finit parabolam de pastore, qui relictis nonagintanouem ouibus, unam, quæ à grege aberrauerat, multo labore quæsitam ac tandem inuentam, imposuit humeris suis, & caulæ restituit. Simili sententia claudit parabolam de muliere, quæ drachmam perditam inuenerat.

Ita dico uobis, gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente. Nec tamen hoc sic accipiendum est, quasi Deo & eius angelis gratius sit post lapsum redire ad pietatem, quàm citra lapsum perseuerare in innocentia: sed scriptura suo more loquitur secundum affectus humanos, illud testatum esse uolens, Deo gratissimam esse peccatorum conuersionem. Non enim quærit mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & uiuat. Atque interdum piorum hominum lapsus quamuis enormes diuina dispensatione uertuntur in summum ecclesiæ profectum. Sic lapsus est apostolorum princeps, sic Paulus gentium doctor, sic Maria Magdalene, quibus nunc ecclesia præcipuè glorìatur, quorum lapsus cesserunt in stabilimentum ac solatium domus dei. Præterea non hic loquitur de uerè iustis, sed de iustitia Pharisaica, quemadmodum alibi dicit, Non est opus sanis medico, sed male habentibus. At non erant sani, quibus hoc dicebat Dominus, sed legis qualicunque obseruatione tumidi, sibi uidebantur sani, & ideo non desiderabant medicum. Hæc quum ad hunc habeant modum, desiderate frater, conemur assiduis exhortationibus excitare fidelium animos, ut tota etiam uita martyrium, hoc est, testimonium reddat deo, quod adeò negligendum non est, ut nisi ea præcesserit, martyrium quod sanguine perhibetur, non sit martyrium. Frustra enim ceruicem præbueris carnifici, nisi prius occideris membra quæ sunt super terram, hoc est, affectus qui militant aduersus spiritum, odium, inuidiam, auaritiam, superbiam, libidinem, quibus quicunque seruit, deum quodam modo abnegauit, & Christum ore profitens, uita Satanam deum confitetur. Nec hic sermo debet cuiquam uideri durior, quum sit uerax ac salutaris. Quicquid homo quiuis Deo anteponit,

anteponit, sibi deum facit, nec possumus duobus seruire dominis. unus enim est deus ex toto corde, ex tota anima, ex totis uiribus diligendus. Quisquis igitur ore dicit, credo in unum deum, & seruit auaritiæ, aut libidini, aut luxui, sibi mentitur, sibiq; repugnat, aliud lingua sonans, aliud animo celans, uoce tantum testimonium perhibens deo, quum uita Satanam colat. Efficacius autem est uitæ, quàm linguæ testimonium. Non omnis qui dicit, Domine, domine, intrabit in regnum, sed qui facit uoluntatem patris cœlestis. Habent & opera suam linguam, habent suam facundiam, etiam tacente lingua. Ideo Dominus in Euangelio κατὰ Ioannem ita loquitur: Opera quæ dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio testimoniũ perhibent de me. Quemadmodum igitur bona opera profitentur deum: ita mala quodammodo loquuntur, Non est Deus, nec est scientia in excelso. Quis non contremiscat, quis non inhorrescat, quis non laceret uestimenta sua, quis non obthuret aures suas, si tales uoces audiat ex Christiano? Quantus horror, quantus dolor occupat animos nostros, quum quis uictus tormentis iussus abnegare Christum, abnegat, & ad Iouis statuam thus adolet! Quàm trepidamus metuentes ne Deus iratus fulmen in nos uibret iræ suæ, ne terra dehiscens nos absorbeat! ut interdum unius impietas, supplicij consortio multos inuoluat, & sunt scelera tam immania, ut uidisse quoque aut audisse sit detestabile. Sed cur alias in simili crimine tam sumus conniuentes? Cur & nobis adeo blandimur & alijs? At uide quid de talibus loquitur Apostolus scribens Tito: Profitentur se nosse deum, factis autem negant. Idem in priore ad Timotheum de uidua quæ negligit familiam: Si qua autem suorum maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Si fidem negauit, quæ

negligentius habet suam familiam, quid dicturum putas de his qui se totos dediderunt Mammonæ & uentri? De Christianis utique loquitur Paulus scribens Philippensibus, quum ait: Quorum finis interitus, quorum deus uenter est. Quos eosdem taxat scribens Romanis: Huiusmodi Christo domino nostro non seruiunt, sed suo uentri. Seruire, iuxta scripturarum consuetudinem dixit pro colere. Ventrem colunt, eum quem habent pro Deo. Iam de auaritia manifestius etiam pronuntiat scribens ad Colossens. Mortificate, inquit, membra uestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus. Execramur eos, qui procumbunt ad Dianæ simulacrum: quanto iustius eos execramur, qui toto pectore seruiunt Mammonæ, qui illi quotidie sacrificant? Et si auarus est idololatra, qui pecuniæ studio tenetur, qui quod hæreditate obuenit, aut industria partum est recondit, nec erogat in egenos: quid censendum est de his qui lenocinio, qui fœnore, qui rapto, qui fraude, qui calumnijs, qui opprimendis pauperibus rem accumulant? Atque hæc idolorum seruitus non solum inuenitur inter Christianos, uerum etiam, quod gemendum est, inter episcopos. Porrò temulentia adeò communis est Africæ nostræ, ut propemodum non habeatur pro crimine. An non uidemus ad martyrum memorias Christianum à Christiano cogi ad ebrietatem? An hoc leuius crimen esse ducimus, quàm hircum immolare Baccho? Mihi uidetur multo grauius si rem recta ratione uelimus expendere. Quum tyrannus dicit, Abnega Christum, & immola Ioui, & esto amicus noster, aut morere: sæpe lingua negat corde reclamante, & manus adolet thus, quum animus intus adoret Christum: quanquam hoc quoque grauissimum est crimen,

men, tamen aliquam impietatis culpam eleuat humanæ naturæ imbecillitas. Ibi Satanas tibi loquitur uoce tyranni: at quid tibi dicit idem per tuam concupiscentiam? Abnega Christum & esto diues, Sacrifica Mammonæ, & Christo nuntium remittito. Quid est quod pollicetur? aurum & argentum, inutilem materiam, nisi exerceas. Nec dicit morere, sed oblecta oculos: imò potius hoc dicit, Lucrare pecuniam ad breue tempus habiturus, & perde in æternum animam tuam. Et tamen hic sponte submittis genua Satanæ, & abnegato Christo, te totum illi mancipas. Quid autem Christus? Meus esto, & uiue in æternum: contemne diuitias istas temporarias, & ego tibi centuplum reponam in hoc seculo, & uitam æternam in futuro. Relinque terram, & accipe cœlum. Ac deus ista pollicens deseritur, & zabulus tam nihili res easq; falsò promittens adoratur. O' fœdam defectionem! O' turpem idololatriam! O' iniquam permutationem! Quo præmio solicitauit humani generis primos autores? Ostendit pomum, & dedit mortem. Mendacio fefellit, Non moriemini, sed critis sicut dij scientes bonum & malum. Atque illi decepti, qualem dominum deseruerunt, & ad quem defecerunt? A' qua felicitate exciderunt, & in quas ærumnas semet coniecerunt? Sed idem ille tenebrarum princeps, qui Euæ loquutus est per serpentem, nobis loquitur per satellites suos ac ministros, per lenas & lenones, per eos qui pelliciunt ad amorem pecuniæ, ad ambitionem, ad uoluptatem, auocantes à synceritate quæ est in Christo Iesu. Idem ille loquitur nobis per concupiscentias nostras quæ uiuunt in membris nostris. Nec dicit quod homo tyrannus, aut mihi obtempera aut morere, nec ostentat carceres, catenas, uncinos, sartagines, aut caminos incensos, non cruces, laqueos aut gladios, sed tantum contemne deum, renuntia uitæ cœlestis hær

stis hæreditati, & committe adulterum, & capies uoluptatem. Sed qualem? Momentaneam, & corporis tantum, quot autem amaritudinibus conditam? Infamia, periculo, super omnia uerò secreto conscientiæ cruciatu. Hæc est esca zabuli, hoc autoramentum. Stipendium porrò quale est? Dicat maiore cum fide beatus Apostolus: Stipendium peccati, mors est. Quæ mors? Corporis, quam solam minitatur & inferre potest tyrannus homo? Non, sed mors gehennæ, quæ finem nescit. Plus potest homo tyrannus quàm zabulus. Ille quodam modo cogit hominis naturam, hic nihil aliud potest quàm solicitare, deijcere non potest, nisi assentiaris: contempsisse uicisse est. Maior itaque uenia debetur, Christum in tormentis abneganti, quàm sponte assentienti zabulo, cui credidisse est Christum abnegasse. Ille mendax est & omnis mendacij pater, & illius promissa, quantumcunque fronte blandiantur, nihil aliud sunt, quàm præstigiæ pellicientes in exitium. Ne quis itaque sic sibi blandiatur, Sum peccator, amo pecuniam, seruio libidini, studeo honoribus, indulgeo uindictæ, deditus sum uoluptatibus, sed Christum non abnegaui. At reclamat tibi Paulus, factis abnegasti: reclamat tibi Dominus ipse, Non potes duos dominos colere. Et interim horres abominandum thurificati aut libellati cognomen, ipse fortasse thurificatis ac libellatis deterior. Illos humanus metus uiolentior quàm ut hominis natura posit uincere, eò compulit, ut impias uoces promat lingua, reclamante conscientia: tu tam uili mercedula solicitatus sponte deficis ad eum, à cuius tyrannide te Christus suo sanguine redemit: cuius iam totus es factus, quemadmodum ait Apostolus: Empti estis pretio magno, & iam non estis uestri. Huius militiam professus es ad salutare lauacrum, huic dedisti nomen, huius sacramentis initiatus

initiatus es, accepisti donatiuum & pignus spiritus, ne quid dubitares de promisso stipendio, simulq; zabulo denuntiasti perpetuas inimicitias, renuntiasti omnibus illius pompis ac uoluptatibus, exsufflasti, exsibilasti, iurasti in uerba redemptoris, quumq; tot uitijs seruias, tibi places quòd nondum sis thurificatus aut libellatus. Si quis miles iuratus in uerba Cæsaris profugeret ad Turcam, & ex illius arbitrio faceret ea, quæ sciret ingratißima Cæsari, nónne comprehensus ad supplicium raperetur, ut desertor, ut periurus, ut perfuga? Quis autem audiret eum ita se defendentem, non sum desertor, non abnegaui Cæsarem? An non mox audiret, quid refert si lingua tacuit, re ipsa abnegasti, & plus quàm abnegasti, qui non solum deseruieris militiam, uerum etiam ad tyrannum & hostem imperatoris tui irreconciliabilem transfugeris? Meritò fidelium aures abominantur apostate uocabulum, uerum hoc non ibi tantum execrandum est, quum incenso thusculo aut inscripto libello renuntiatur professioni nominis Christi, sed ubicunque contemptis Christi legibus, obtemperatur Satanæ. Nec enim refert quid sonet lingua, quæ si sonet Christum, quum animus sit deditus criminibus, non est professio, sed hypocrisis, abnegatura Christum si metus urgeat, qui premit thurificatos aut libellatos. Atque in his rebus quæ sic inter se pugnant, ut neutra ferat alterius consortium, quoties hanc amplectimur, illam abdicauimus, quoties unam reiecimus, alteram agnoscimus: Cuiusmodi sunt lux & tenebræ, bellum & pax, mors & uita, deus & Belial, quemadmodum testatur & beatus Paulus in secunda ad Corinthios: Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? adhesisse Belial, est abnegasse Christum, utcunq; lingua

lingua aut habitu Christum profitearis. De hoc si quis simpliciorum dubitarit, dabo argumentum crassum & euidens. Fingamus tyrannum ita loqui Christiano, Incende thus Ioui, nihil addentem nec exigentem, ut Christum abneget, si adoleuerit, non'ne cunctis manifestum erit illum hoc ipso Christum abnegasse, quòd Ioui fecerit thymiama, etiam si nihil proferat impium in Christum? Quemadmodum qui magicis artibus utuntur, à quo malo nos domini misericordia liberauit, sicut à cæteris omnibus, quibus iuxta ueterem hominem quondam ambulantes tenebamur, tacitè Christum abnegant, dum cum dæmonibus habent fœdus. Iam si Machabæi fratres unà cum matre maluerunt tot cruciatibus exanimari, quàm carne suilla uesci, sic existimantes eum deum legis autorem negare, quisquis sciens ac uolens legis præcepta uiolat: quo pacto sibi blandiuntur, qui in luxu, temulentia, auaritia, rapinis, adulterijs, alijsq; criminibus consenescunt, quæ gentium etiam leges noluerunt esse impunita? Et quum tot modis Christum abnegent, quum toties immolent dæmonibus, pro Christianis haberi postulant? Atque in his sunt, qui palàm ista committunt, ac propemodum etiam gloriantur in rebus pessimis, adeo non pudet aut piget admissorum, & tamen audent uenire in ecclesiam sanctorum, audent misceri gregi dominico. Tales interdum tolerat ecclesia, ne prouocati magis etiam perturbent populum dei. sed quid prodest non eijci cœtu piorum, si mercucris eijci? Nam eijci remedium est, & gradus ad recuperandam sanitatem, eiectionem meruisse summa malorum est. Ac frustra miscetur cœtui sanctorum in templo manufacto, si submotus est à consortio dei & ab uniuerso corpore mystico Christi. Oportet autem & illud considerare, quantopere Christiani abhorrent ab idolothytis, & ab

& ab ingressu fanorum, atque ab ipsis etiam simulacris, quum beatus Paulus clamet neque idolum esse aliquid, neque idolothytum, multo minus fanum ex lapidibus constructum, est aliquid: & tamen plurimorum animus ea religione tenetur, ut mortem oppetant citius quàm gustent idolis immolatum, & inexpiabile piaculum esse ducant, si ingrediantur fanum Iouis aut Apollinis aut Dianæ, seq; putent contactu simulacri uehementer contaminari. Equidem probo talium religionem, si sibi constet in omnibus. Nunc proh dolor uidere est quosdam in his pene superstitiose trepidos, in alijs ubi grauior erat metuendi causa nimium esse securos. Per se non inquinat animam contactus idoli, nec ingressus fani, nec esus idolothyti, sed per se polluit conscientiam amor pecuniæ, incestus, rapina, hypocrisis, & his similia monstra. Quàm uerò congruit, horrere fani ingressum, nec horrere in templo sancto spiritui consecrato uictimas immolare dæmonijs? Clamat sanctus Paulus scribens Corinthijs: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Si quis autem templum dei uiolauerit disperdet illum deus. Rursus in eadem epistola: An nescitis quoniam membra uestra templum sunt sancti spiritus, qui in uobis est, quem habetis à deo, & non estis uestri? Quòd si Christianorum pectora sibi consecrauit deus, ut in illis inhabitet per spiritum suum, illic deliciatur & inambulat, illic amat sibi offerri uictimam puram in omni loco. Et qui in hoc templum Deo sacrum, eiecto sancto spiritu, inducit abominationes quas in mystica uisione conspexit Ezechiel, qui illic sedem facit, Mammonæ, Veneri, Como, Baccho, alijsq; portentis, qui ibi dæmonibus immolat spurcissimas hostias, ueretur ingredi fanum gentium ne contaminetur? Proinde nemo sibi frustra blandiatur, Deus non irridetur, constet

sibi

sibi nostra religio, nec alios detestemur, ipsi grauioribus obnoxij criminibus, nec alibi simus religiose timidi, alibi impudenter impij. Sed Christum semel professi tota uita reddamus illi testimonium, & undique glorificemus illum, obedientes illius præceptis, ut in hoc cognoscant homines quòd uerè fidimus illi, quòd ex animo diligimus illum, & quòd non simulatè ad sacrum lauacrum addiximus nos illius militiæ. Beatus Apostolus prædixit, nulli piè uiuere uolenti in Christo Iesu defuturam persequutionem. Si desit tyrannus, si tortor, si spoliator, non deerit concupiscentia, martyrij materiam quotidianam nobis exhibens. Postremò hæc ipsa mala quæ secum defert uita mortalium, quæq; pijs cum impijs communia sunt, martyrij coronam nobis parabunt, si placidè, si cum gratiarum actione pertulerimus. Neq; priuati sunt martyrij gloria, quicunque uiolenta morte consummati non sunt. Quis autem ausit Abraham patriarcham, uel huius filium Isaac, uel beatum Iob eximere è martyrum numero? Quæ carnificinæ grauius torserunt corpus, quàm patriarchæ mentem torquebant naturæ affectus, quum incunctanter ad dei iussum appareat immolare filium unicum & unicè charum, in quo tota spes erat illi posteritatis? Quid defuit Isaac martyrio, qui nihil obmurmurans passus est se colligari & imponi busto, nec expauit in ceruicem uibratam machæram? Cuius autem martyrium audebimus conferre cum his quæ passus est Iob? Quod si quis adhuc diffidit sermoni nostro, certe beati Pauli uerbis non poterit diffidere. Is scribens ad Hebræos orsus ab Abel usque ad Gedeonem, ingentem sanctorum cathalogum recenset, in quo plures sunt, qui non defuncti sunt morte uiolenta, imò pauci sunt qui sic mortui sunt, & tamen de omnibus pronuntiat: & hi testimonio fidei probati inuenti sunt, perspicuè

spicuè declarans etiam uita bona peragi martyrium fidei. Ecclesiæ quidem usus discernit illos cognominibus, martyres appellans eos, qui uiolenta morte decesserunt, confessores, qui constanter in cruciatibus ac minis mortis professi sunt nomen domini Iesu, parati mortem oppetere, uel potius martyrij supremam coronam ambientes: apud deum tamen quicunq; carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs, quicunq; Christo uerè commortui sunt, eiq; in baptismo consepulti sunt, ut iam non sibi uiuant, neq; mundo, cui semel mortui sunt, sed ei qui pro ipsis est mortuus, martyres sunt, nec martyrum corona fraudabuntur: in primis autē monachi, qui uerè monachi sunt, ac uirgines, quæ uerè uirgines sunt. Neq; enim locus desertus, saccus pro ueste, legumen pro cibo, neq; ieiunia neq; chameuniæ monachum absoluunt: sub his inuolucris interdum latet animus ualde mundanus, quod ita deprehenditur, si ad munus aliquod ecclesiasticum uocentur: ibi uideas quosdam ex illis facilimè uinci delicijs, impatientiores iniuriarum, appetentiores uindictæ quàm quiuis alius sit ex media plebe. Quid causæ est? Quoniam corpus exercuerunt magis, quàm animum, cum beatus Paulus doceat, quòd exercitatio corporalis ad modicum utilis sit, pietas ad omnia ualeat. Non hæc dixerim quòd improbandi sint, qui talibus modis castigant corpus suum & in seruitutem redigunt, sed quòd Satanas mille instructus artibus, nonnunquam illudit incautis, transfigurans se in angelum lucis, & ex huiusmodi corporum exercitamentis inducit illis falsam sanctimoniæ persuasionē, quumq; intus madeant spiritualibus uitijs, & sibi & alijs habentur pij. Talis erat iustitia Phariſæorum, cui prælata est iudice Christo publicani iniustitia. Ita sunt & uirgines fatuæ, quæ solidam existimant pietatem corpus habere uiro intactum,

quum animus auaritia, superbia, inuidia & obtrectatione sit corruptissimus. Sunt & falso uiduæ, quæ dum uiuunt in delicijs, Christo mortuæ sunt. In summa tamen quisquis uerè Christianus, cuiusq; status aut ordinis, habet certamina sua, habet crucem suam: quam si patienter tollit, si constanter sustinet, testimonio suo glorificat dominum, tantum ne sibi uindicet laudem bonorum operum. hoc enim non est glorificare deum, sed clarificare seipsum. Habet unusquisq; fidelium agones suos, habet aduersarium zabulum, habet agonothetam deum, habet theatrum non solum ecclesiæ & angelorum, sed & infidelium, quemadmodum dicit Paulus ad Corinth. Spectaculum facti sumus mundo & angelis & hominibus. Si uincimus, gloriantur angeli, gloriantur & fidelium ecclesiæ, gloriatur & ipse Christus in membris suis. Sin uincimur ignauia nostra, triumphat satanas cum angelis suis, insultant nobis increduli, ac deum contumelijs afficiunt, dicentes: Ecce qui iactant se redemptos à tyrannide satanæ, qui prædicant se mortuos mundo, nihilo minus uincuntur à cupiditatibus suis quàm nos, quos dicunt adhuc teneri sub regno satanæ. Quid prodest illis baptismus? quo dicunt exui ueterem hominem cum actibus suis, & indui nouum qui secundum deum creatus est. Quid prodest illis spiritus sanctus, cuius arbitrio dicunt se temperari? Quur semper in ore habent, Euangelium, Euangelium, quum tota uita discrepet ab Euangelij præceptis? Quanto creditis pudore suffunditur ecclesia, quum hæc ingeruntur ab hostibus, nec habet quo refellat opprobria? Non'ne uidemus totum ecclesiæ cœtum demittere uultus atq; erubescere, quoties aliqua uirgo quæ Christo nupserat, dilapsa ex angelico contubernio defecit ad stuprum aut coniugium? Quantus mœror occupat omnium nostrûm animos, sed præcipuè pastorum,

rum, si quando Christi miles tormentis inferior, renuntiauit imperatori suo! Quantus autẽ ex aduerso Satanæ triumphus! Itaq; fratres dilectissimi, si uere diligimus Deum, si quotidie petimus ex animo, Sanctificetur nomen tuum, summo studio aduigilemus, necubi polluamus nomen illius, sed & morte & uita glorificemus illum iuxta beati Pauli monita, uiuentes sine querela, ut simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos luceamus sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ continentes ad gloriam Christi Iesu regis & agonothetæ nostri, qui suum esse ducit quicquid in mẽbris ipsius geritur. Patiamur cum illo, ut cũ illo glorificemur in die Domini. Nos hic illũ clarificemus apud homines, ut ille nos clarificet claritate sua coram angelis suis: Quum, ut inquit beatus Petrus, uenerit glorificari in sanctis suis: Nemo coronatur nisi legitime certauerit: & hi qui corruptibilem coronam ambiunt, ab omnibus se abstinent, nihil non facientes quod ad uictoriam conducit: quid nos facere conuenit, ut assequamur illam immortalis uitæ coronam incorruptibilem & immarcessibilem in cœlis? Hic si quis roget, quo pacto quis possit esse martyr sine sanguinis effusione? quisquis hoc animo sequitur iustitiam, ut mortem citius admissurus sit, quàm uelit à iustitia deflectere, huic prompta uoluntas pro martyrio deputabitur. Deus enim non æstimat quenquam ex euentu rerum, sed ex affectu. Quur enim ille fraudetur martyrij gloria, per quem non stetit, quò minus martyrium peregerit? ut contrà mercedem apostatæ feret, quisquis hoc animo uiuit, ut Christum negaturus sit, si iactura bonorum, aut corporis cruciatus, aut mors sit accipienda. Qui ob paululum pecuniæ peierat, an is uerebitur abnegare Christum si tota res periclitetur, si intentetur infamia, carcer & mors? Qui

ob febriculam ad incantatricum remedia confugit, an is malit cruciatus morte tristiores perferre quàm Christo renuntiare? Imò qui toties ob breuem carnis delectatiunculam, ob momentaneam gloriam deficit à Christo, uitam habebit uilem pro Christo? Nec hunc tyrannus fecit apostatam, sed ad tyrannum accessit apostata. Vt autem est similis certandi ratio, ita ijsdem armis fratrum animi communiendi sunt ad has pugnas, quibus ostendimus confirmãdos ad martyrium. Fides est quæ pugnat & superat in martyribus, nec quisquã defecit in tormentis nisi fidei defectu. Orandus igitur assidue Deus, ut fidem in nobis augeat. est enim Dei donum, & illi debetur omnis uictoriæ gloria. Ingeramus illorum animis & infigamus, quàm horrendum crimen sit omnis idololatria, quàm seuere punita sit à Deo sub lege uetere, quot millia trucidarit Moses ob uitulum aureum. Deinde proponatur comparatio manifestæ idololatriæ, quum immolatur simulacris: & occultæ, quum contempto Deo obeditur per concupiscentiam Satanæ. Deinde conferantur inter se Deus fons omnis boni, & zabulus omnis malitiæ princeps, ostendatur & inæqualitas contubernij: in altera parte sunt filij Dei, conciues angelorum & hæredes beatæ immortalitatis: in altera, filij Belial, societas omnium dæmonum & hæredes gehennæ. Conferatur & impar militiæ genus, comparentur diuersa stipendia. Hæc si prius fuerint persuasa, & intimis infixa uisceribus, facilis erit uictoria. Nunc fides multis natat in labijs, quum in corde aut nulla sit, aut uehementer langueat. Quis enim non profitetur quod in Deuteronomio legimus? Audi, Dominus Deus tuus, Dominus unus est. Et, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Quis non quotidie recitat ore, Credo in Deum patrem omnipotentem? At non credit in Deum, qui non in eo solo

solo collocat totius felicitatis suæ fiduciam: nec unum habet Deum ac Dominum, qui per scortationem, per luxum & auaritiam Satanæ facit imperata: nec illi soli seruit, qui seruit uentri, qui deditus est huic mundo, qui totus in prauo positus est. Ethnici putant plures esse Deos, & hoc tibi uideris perfectus Christianus quòd persuasum habes unum esse Deum? quid magni facis? Idem credunt Iudæi, qui quotidie blasphemant filium Dei in synagogis suis, idem credunt dæmones & contremiscunt. Si uere credis in Deum, crede iustum & ueracem: iustum in remunerandis pijs, & puniendis impijs: ueracem in promissis. Crede non esse spem salutis, nisi per filium eius, quem pro nobis omnibus tradidit in mortem: crede nihil accidere mali posse ijs, qui se totos illius uoluntati tradiderunt & in illo perseuerant. Hoc est credere in Deum patrem, hoc est credere in filium eius, hoc est credere in spiritum sanctum, unum Deum, & ecclesiam sanctam mysticum Christi corpus, extra quam non est salus & in qua non est pernicies. Quisquis in tali petra pedes animi fixerit, aduersus omnes tentationum incursus stabit immobilis. Exempli gratia, Lacessitus es conuicio, suggerit tibi caro uindictæ cupiditatem, priusquàm respondeas, sic cogita tecum: Hunc maledicum hominem subornauit zabulus, ut me dejciat, ac delectum perdat: sed ausculta quid suadeat imperator tuus cui militas: Beati, inquit, mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Et, Mea est uindicta, & ego retribuam. quid suadeat fortissimus ille Christi dux Paulus, non uosmetipsos uindicantes charissimi, sed date locum iræ. Zabulus dicit, Fruere uindicta, & perde uitam æternam. Deus dicit, Vince in bono malum, & noli resistere malo, & accipe cum filio meo possessionem regni cœlestis. Mox dispice, utri potius expediat obtemperare.

re. Dicit tibi per concupiscentiam tuam zabulus, Mœchare & fruere temporaria corporis uoluptate, & esto meus seruus, & cohæres gehennæ. Audi potius quid dicat tibi Deus, Sperne temporariam uoluptatem, & accipe centuplum bonæ conscientiæ gaudium in hoc seculo, & uitam æternam in futuro, & expende utri potius sit auscultandum. Suggerit tibi per carnis affectum ueluti per Euam Satanas, Viue genialiter: ex aduerso dicit Christus, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient. Ad eundem modum de cæteris tentationibus, obijce tentatori clypeum scripturarum in quibus tibi loquitur Deus, non minore fide, quàm si tibi coràm ore ad os loqueretur. Ex his torrentibus sume tibi lapides, quibus deijcias superbum Goliath. Habes exemplum à Domino tuo: sic ille prostrauit zabulum. nec deijcias animum si sæpius inuadat, ac subinde maioribus machinis aggrediatur, nihil potest aduersus eum qui tecũ est. Dic illud Ioãnis, Maior est qui in nobis est, quàm qui in isto mundo. Succurrat illud domini dictũ, Confidite quoniã ego uici mundum. His rationibus si Christi miles fuerit exercitatus ad conflictum, in dies comperiet suum antagonistam debiliorem. Nec tamen remittendæ sunt excubiæ, siquando hostis simulabit tranquillitatem, sed obseruans illius insidias dicat cum beato Abacuc: Super custodiam meam stabo, & gradum figam super petram, omni custodia seruans cor meum, ne quà pateat aditus obambulanti quærentiq; quem deuoret. Tutissimum autem cordis munimentum est sobrietas, cum instanti oratione, iugiq; scripturarum meditatione. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus. Ex hac igitur colligendæ sunt sententiæ, quas ad manum

manum & uelut in procinctu habeas, ut his protinus serpentem caput erigentem deijcias: nullus est enim animorum morbus, cui non præsens remedium diuina scriptura suppeditet: hinc comparanda sunt exempla piorum, sed præcipue Christi, quibus se quisq; uel animet uel consoletur. Venio nunc ad illa mala quæ uel ipsam naturam hominis comitantur, uel fortuitu uidentur inferri. Hæc quoq; pius animus & ad pugnandum instructus, sibi uertet in materiam coronæ. Exemplo faciam quod dico clarius. Excutitur aliquis facultatibus suis, siue bello, siue naufragio, siue rapina. Ne protinus hic cogitet laqueum, aut rationem malis artibus sarciendi quod perijt, sed ita secum loquatur, Dominus est qui tentat me an diligam ipsum ex toto corde. Ipse dedit, ipse abstulit, sit nomen Domini benedictum. Gratias agat quòd acceperit ex Domini benignitate, agat gratias quòd amiserit ad probationem fidei. Si hæc dixerit eo animo, quo dixit sanctus Iob, cum illo mercedem accipiet. Nec enim Dominus æstimat, quantum quis perdat, sed quàm patienter: quemadmodum non respicit, quantum aliquis largiatur egentibus, sed quo animo. Habes aliquis filium unicè charum, eo te mors orbat præmatura, pestilentia spoliat te charissimis, sponsa, liberis, amicis, ferto patienter, & dic, Domino ita uisum, & sic fortassis & nobis expediebat, & nostris, sit nomen Domini benedictum. Sunt & morbi qui non minus atroces habent cruciatus, quàm ulla potest inferre tortorum sæuitia, ueluti pleuresis, ischiasis, podagra, paralysis, calculus, renum & ueticæ exhulceratio. Tale si quid acciderit, ne mens exasperetur ad impatientiam, ne lingua erumpat in uoces blasphemas, sed cum beato Dauid & Heli sacerdote dicat, Dominus est, faciat quod bonum est in oculis ipsius: ita mala quæ non in-

feruntur ob Christi professionem, uertemus nobis in coronam, & Christo in gloriam. Ac fiet forasse ut Dominus nostra tolerantia propitiatus, aut auferat afflictiones, aut mitiget: quod si non fit, tamen hac ratione faciemus, quod animo impatienti fuisset intolerabile, fiat patientia mitius. His atque huiusmodi argumentis non desinemus nos inuicem exhortari ad illustrandam Domini gloriam, cuius titulum & insignia gerimus. Præstemus illi martyrium in suo quisque statu & ordine, non solum in aduersis, uerum etiam in prosperis. In aduersis agnoscamus amorem patris flagellantis nos ad correctionem, & gratias agamus charitati qua diligit nos ut filios, quos abdicare non uult, sed emendatos recipere. In prosperis æquè gratias agamus illius bonitati qua consolatur nos ut tentationum pondus possimus sustinere: ita fiet ut tota uita nostra nihil aliud sit, quàm testimonium, declarans apud credentes & incredulos, sapientiam, bonitatem, misericordiam ac ueritatem dei patris, & filij illius, & spiritus sancti. Amen.

FINIS.

INDEX RERVM AC SENTENTIARVM HVIVS SECVNDI TOMI.

A

Ab altioribus abstinendum imperitis est. 263
Abraham interpretatio. 152
Aculeus peccati forma mulieris. 218
Adam causa mali. 309
Adam seductus ab Eua. 220
Adam terra interpretatur. 151
Ambitio. 270
Animal rarum est uir bonus. 268
Apostrophe in cupidos. 289
Apostrophe in Satanam. 311
Arbitrium cuique datum. 269
Arca Noë, typus ecclesiæ. 363
Ascensionis Christi dilatio. 355
Astutus alieno periculo eruditur. 216
Auaritiæ malum. 270
Augustinus tractatu 9. & 10. in expositione Euangelij Ioannis 2. 152

B

Baptismus se latè extendit. 293
Baptismo daturus autoritatem baptizatur Christus. 291
Bonorum raritas. 303

C

Cæcus illuminatur. 166
Caro non reluctatur propriè spiritui, sed spiritus sibi. 269
Casa dominica. 273
Castitatis commendatio. 255
Cathedra ueritatis quibus competit. 310

Ceremoniæ in suscipiendo capite Ioannis. 165
Charitatis querimonia. 246
Chrismatis beneficia. 315
Christus à chrismate, id est unctione appellatur. 176.335
Christus baptismo daturus autoritatem, baptizatur. 295
Christus in deserto. 300
Christus infans uir dicitur. 279
Christus patris speculum. 158
Christus regium nomen est. 176
Christi humilitas. 326
Christi obedientiæ merces. 355
Christi titulus. 156
Cœnæ dominicæ apparatus. 314
Columba Felici apparuit. 163
Corpus est animæ officina. 269

D

Decollationis Ioannis institutæ solennitas. 262
Dei gratia & charitas omnes recipit. 325
Diabolici regni sequaces. 311
Digitus Dei. 364
Dilectio Dei in mortales. 296
Diligere Deum, primum & ultimum præceptum. 299
Diuinitas definiri nequit. 264
Ductus à spiritu qualiter intelligitur. 306

E

Eleazari constantia. 223
Emmanuel. 28
Enoch interpretatio. 152
Esus carnis Christi. 319
Eunuchi. 248
Eunuchorum petulantia. 249
Ex ore infantium perfeciſti laudem. 290

F

Felicis oratio. 162
Fides omnibus una. 292

G

Galli, sacerdotes Cybeles à Gallo flumine Phrygiæ. 250
Gaudia natalis Dominici. 271

H

Hemitritæus febris tertiana una & dimidia. 225
Herodes delusus conqueritur. 289
Herodis truculentia. 269
Homo animam suam non cognoscens patienter Deum non intelligit. 268
Homo in malum pronus. 268
Homo non potest Deo conferri. 265
Hominis gratia facta omnia. 278
Humanæ naturæ per Christum perfectio. 277
Humilitas sanctitatis fundamentum. 277
Hypocritarum dementia. 302
Ὑποσάσις. 317

I

Ieiuniorum uirtus. 302
Impœnitentes iudicantur & damnantur. 340
Infans Christus uir dicitur. 279
Innocentia noxia. 251
Ioannes truncatus. 262
Ioannis caput inuentum. 262
Iob interpretatio. 152
Iubileus. 367

L

Latro blasphemus. 154

Latro confessor. 154
Laus Mariæ. 274
Lex Dei digito scripta. 365
Lex in adiutorium lata. 231
Libellus pastoris. 203
Locus deprauatus. 106
Lucta spiritus honestior quàm carnis. 302

M

Macheronta. 160
Manducare carnem, & bibere sanguinem quomodo intelligatur. 316
Manna, panis mystici typus. 321
Mariæ priuilegium & laus. 274
Martyrium quid. 372
Martyrium tam corona quàm baptismus. 251
Mortuis per mortuum reddita uita. 166
Mos uetus. 39
Mulier uiri adiutorium. 220
Mulierum insidiæ & laqueci. 226

N

Nitimur in uetitum. 268
Nomina nascentibus consona dabantur. 151
Nomina rebus consona. 262

O

Omnia hominis gratia facta. 278
Oratio efficax præcedente ieiunio. 303
Originalis macula baptismo abluitur. 328
Ossa Ioannis collecta. 160

P

Parilitatis incommoda. 255
Pastores Aegyptijs abominabiles. 275

Pastorum commendatio. 275
Patripassiana hæresis. 175
Phœnix. 18
Pipinus uictor. 264
Pipinus Vuandalis occurrit. 163
Prædicatio à pauperibus habet initium. 275
Prouidentia. 258

Q

Querimonia charitatis. 246

R

Raritas bonorum. 303
Regnum diaboli ultijs munitur. 310
Regni diabolici sequaces. 311
Resurrectio communis. 354
Resurrectionis primitiæ in Christo. 351
Resuscitatorum libertas. 352

S

Sabbatum. 367
Sacramenta quæ non iterantur. 327
Sapientiæ arma sumenda. 218
Scalæ Iacob innitendum. 278
Senes prudentes. 165
Septenarius numerus. 366
Sequaces regni diabolici. 311
Similitudo pulcherrima. 293
Similitudines pulchræ. 234
Sina quid mysticè. 153
Sion & Sina montes distincti. 149
Solitudinis palæstra difficilis. 301
Spadones. 148
Spiritus anima mundi. 303

Spiritus captiuus. 269
Stellæ quatuor cardinibus mundi constitutæ Adam componunt. 151
Subindicat baptismi sacramentum à Christo institutum & alia quædam ab apostolicis uiris. 327
Symbolum quid. 169

T

Tentatio prima. 305
Tentatio secunda. 306
Tentatio tertia. 308
Titulus Christi. 156
Tituli & nomina. 261
Transsubstantiatio. 316

V

Veritas ab erroneis non comprehenditur. 321
Via ad cœlum difficilis. 289
Vir bonus est animal rarum. 268
Virginitatis præconium. 256
Vita hominis non solo sanguine regitur. 318
Vnum necessariò est principium. 265
Voluntas Dei iustitia. 231
Vox ad Pipinum. 164
Vuandali in Aquitaniam deiecti. 163

FINIS.




III
1730 : 5123